JACOBI
PIGNATELLI
E CRYPTALEIS IN SALENTINIS
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris

CONSULTATIONUM
CANONICARUM
Tomus Tertius;

IN QUO PRÆCIPUÆ CONTROVERSIÆ DE IIS, Quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Concilium Tridentinum; ad Episcopos, & Regulares; ad immunitatem, libertatem, jurisdictionem Ecclesiasticam, ac hujusmodi alia potissimùm pertinent; non solùm ex utroque Jure scripto, sed etiam ex Sacrarum Congregationum decretis, rebus judicatis, placitis, atque consultis, ex prudentum responsis ex moribus receptis, breviter, ac perspicuè dirimuntur.

OPUS OMNIBUS UTRIUSQUE FORI JUDICIBUS, Jurisconsultis, ac politici studii mystis, inprimisque Summorum Pontificum, & Rerumpublicarum Consiliariis, & Advocatis utile planè, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum, altero Rerum notabilium in fine quarti Tomi apposito.

EDITIO SECUNDA VENETA AB AUCTORE RECOGNITA, Multis in locis aucta, & à mendis expurgata.

VENETIIS, M.DC.XCV.
Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

NVMERVS, ORDO, ET ARGVMENTA

Consultationum Tertij Tomi.

Index Conſultationum

An

CON-

Index Consultationum

Digitized by Google

CONSVLTATIO LXIV.

CONSVLTATIO LXV.

CONSVLTATIO LXVI.

CONSVLTATIO LXVII.

CONSVLTATIO LXVIII.

CONSVLTATIO LXIX.

FINIS.

AD

AD LECTOREM.

QVibus rationibus, quibuſque partium ſtudijs huius Operis auctor ducatur, vbicunque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſaculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, & illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animaduertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſſitatem, ſeu mauis corruptelam agnoſces; Cæterùm ne imprimendi operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercatura id datum fuiſſe, ac ſi id ageretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidaſque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra nouarum opinionum ſectatores, ſua iura probè conſtent.

D. IA-

Digitized by Google

D. IACOBI PIGNATELLI
CONSVLTATIONVM CANONICARVM.
Tomus Tertius.

CONSVLTATIO I.

An à Conseruatoribus Regularium detur appellatio ad Delegatum Apostolicum in Regno Sardiniæ?

1 NEgatiuè respondendum videtur. Nam à Conseruatoribus priuilegiorum non appellatur, nisi ad ipsum Pontificem, itaut ne ad Legatum quidem de Latere detur appellatio, Anchar. *cons.* 132. Ruin. *cons.* 3. Fragos. *de regim. Reip. tom.* 2. *de Iudic. Conseruat. par.* 2. *lib.* 4. *disp.* 12. §. 3. *&* 56. ac prosequitur Monet. *de conseru. cap.* 9. *n.* 84. *&* 185. Et in specie quod Delegatus Papæ non possit inhibere Conseruatori, tradit *n.* 97. ac conferunt deducta *c.* 8. *n.* 166. *&* 169. Quibus adde Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 106. *n.* 4. & Pasqual. *in obseru. ad Laur. de Franch. tit. de Conseru. q.* 6. *n.* 842. *cum seq.* Delegatus enim Papæ non est maior Conseruatore, quia etiam Conseruator est Papæ Delegatus. Minor verò, vel par non potest inhibere maiori, vel pari. Quinimmò posse Conseruatore inhibere cuicumque Delegato Sedis Apostolicæ post Spec. & alios tradit Cochier. *de Conseru. p.* 2. *q.* 11. *n.* 3. & Barb. *d. alleg. n.* 15. *&* 16. Nam Delegatus Papæ, saltem in causis commissis Conseruatori, est eo minor, *c. sanè* 2. *de offic. Deleg.* Idque non obstante quocunq; priuilegio in contrarium eiusdem Delegati Apostolici, quod tantùm operatur in quibuscumque grauaminibus, ab omnibus alijs iudicibus Regni illaris, non verò in Conseruatoribus, vt in fortioribus terminis Legati à latere, gerentis personam Summi Pontificis in Prouincia sibi commissa, quod scilicet non possit impedire iurisdictionem Conseruatorum, firmat Anchar. *cons.* 3. *lib.* 4. ac plenè Moneta locis allegatis.

2 Eòque præcipuè, quia Diploma deputationis dicti Iudicis Delegati loquitur de appellationibus à sententijs Iudicum ordinariorum, vel delegatorum, quorum in nomine non comprehenduntur Conseruatores, qui non sunt Iudices. Non enim habent tribunal, nec seruant iudiciorum formulas, sed solum defendunt à molestijs, & ab iniurijs manifestis ad textum *in c.* 1. *& fin. de offic. Deleg. in* 6. & sacri Concilij Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 5. cum alijs per Rotam coram Vbald. *dec.* 239. alias 616. *par.* 2. *rec. subiunit.* Quod etiam declarauit S. Congregatio Concilij in Fauentina die 17. Septembr. 1667. Quare procedunt magis de facto, & in forma extraiudiciali, quàm de iure, ac more iudiciorum, & proinde ipsi in eo diplomate non comprehenduntur. Ac præcipuè, quia cùm in Constitutione prima Greg. XIII. pro Patribus Iesuitis contineantur clausula, *appellatione remota*, profectò illa sublata est, Doctores communiter *in cap. Pastoralis*, §. *Præterea*, *de offic. Deleg.* Scacc. *de appel. q.* 16. *lim.* 1. *n.* 20. Adden. ad Buratt. *dec.* 597. *n.* 9.

3 Immò, quod Constitutio Gregorij XV. *de Conseru.* non tollat priuilegia Regularium eligendi Conseruatores, qui procedunt in omnibus causis, etiam iudicium legitimum, & solemne exposcentibus, docet Passerin. *in c.* 15. *de offic. Deleg. in* 6. *q. vn. art.* 1. *n.* 64. qui *num.* 10. firmat, quod Conseruatores isti, à Sede Apostolica in forma speciali concessi, non obligantur angustijs dicti textus, sed habent amplissimas facultates, per quas cognoscunt, etiam de minutijs, & molestijs occultis, addens in fine, quod licet ex dicta Constitutione Greg. XV. priuilegium Conseruatorum sit valdè restrictum, adhuc tamen in multis non subijcitur illius formæ, ac dispositioni, quod repetit §. 6. *n.* 46. & clariùs *art.* 1. *n.* 60. vbi agit de facultate Conseruatorum ex iure nouo quo in loco, postquam recensuit varia Regularium priuilegia, firmat *n.* 36. reducta quidem fuisse ad terminos Constitutionis Gregorianæ, sed adhuc vigere quamuis contraria sint Constitutionibus relatis *cap. statutum de rescript.* & citato *cap.* 1. *& fin. de offic. Deleg. in* 6.

At nihilominus affirmatiuè tenendum est. Quod vt faciliùs probetur, præmitto, plures Conseruatorum formulas à Sede Apostolica concedi, adeòut iuxta eorum singulas facultates iurisdictionis cognitio habenda sit. Alia namque respiciunt fauorem Capitulorum Cathedralium, aliæ fauorem Vniuersitatum Studiorum, aliæ Religiosorum. Eas omnes refert Moneta *de Conseru. c.* 2. *n.* 8. Præ cæteris autem insignis est facultas Patribus Societatis Iesu anno 1573. per Greg. XIII. concessa eligendi Conseruatores, ac Iudices ordinarios, qui ab iniurijs, grauaminibus, aut damnis bona Collegiorum, ac personas ipsas Societatis, necnon familiarium, clericali tamen charactere insignitas, à quibuslibet molestijs, iniurijs, ac damnis præsentibus, & futuris tueantur, & in illis, quæ iudicialem requirunt indaginem summariè, simpliciter, ac de plano, sine strepitu, & figura iudicij; in alijs verò, prout eorum qualitas exigeret, iustitiæ complementum ministrarent. Veruntamen huiusmodi Regularium, aliorumque exemptorum priuilegia, & facultates, tanquam excedentes terminos sacrorum Canonum, nempè Bonif. VIII. *in cap.* 1. *de offic. Deleg. in* 6. Ioannis XXII. *in extrau. de iud.* Concilij Lateranensis sub Leone X. *in extrau. vn. de iud.* Maris Magni Sixti IV. pro Mendicantibus, ac S. Concilij Trid. *sess.* 7. *c.* 14. *de reform.* Gregorius XV. in sua Constitutione 9. quæ incipit, *Sanctissimus*, restrinxit duntaxat pro manifestis iniurijs, innouando Constitutionem Bonifacij *in d. cap.* 1. *de offic. Deleg.* 4

Itaque ad terminos huius Gregorianæ Constitutionis priuilegia quorumcumque Regularium, cæterumque exemptorum circa Conseruatores redacta esse, testatur D. Fagn. *in c. si Clericus de for. comp. n.* 23. S. Rota Romana *dec.* 49. *n.* 15. *par.* 7. *rec.* & verbis conceptis idem Gregorius declarauit §. 13. ibi: *Non obstantibus omnibus, &c. quibuscumque litteris Conseruatoribus, quas ad formam huius præsentis Constitutionis reduxit.* Quod firmant Barbos. *de off. & potest. Episc. alleg.* 106. *n.* 53. *in fine, & in sum. Apost. dec. collect.* 206. *n.* 10. ac Ventrigl. *in prax. à n.* 27. §. *vn. sub mit. to.* 1. nec dissimulauit Peyrinus, quamquam Regularis *in addit. ad d. Const. Gregorij c.* 11. Vt proinde displiceat Passerini, aliorumque clandestina sententia. Quod planè fit ex ipsis Gregorianæ Constitutionis verbis, ac probatissimis Authoribus, atque ex Sede ipsa Apostolica demonstratur. Nam à Regularibus, atque alijs exemptis faciendam esse electionem iuxta formam, ac tenorem præfatæ Constitutionis, declarauit Sacra Congregatio Concilij in causa Angelopolitana, ad cuius declarationis præscriptum emanauit Constitutio 30. Innocentij X. incipiens, *Cum sicut* in Bullario §. 5. Quod tandem agnouit idem Passer. *n.* 69. *in fin.* vbi fatetur, Constitutionem Gregor. XIII. redactam fuisse ad terminos Constitutionis Gregorij XV. Quodque ex mente S. Congreg. Concilij declarauit fa. me. Innocentius X. in dicta sua Constit. 14. Maij 1684. subdens, quod postquam Gregorius XV. confirmauit 5

Constitutionem Bonifacij, Conseruatores nil amplius habere possunt, quàm in terminis dictæ Constitutionis illis est concessum. Atque hanc esse perpetuam, & illibatam mentem S. Congregationis Concilij in hac re pluries audiui ab Eminentiss. Cardinali Ginetto, cui hæc mea studia debeo. Obseruanda igitur est Constitutio Greg. XV. quæ, cum nullum faciat verbum super appellationibus à Iudice Conseruatore ad ipsummet Papam corruit obiectum, quia quod lex non dicit, neque nos dicere debemus per textum *in l. dissentientis, C. de repud. & l. illam, C. de collat. cap. illa, ne sed. vac.* Surd. *consf. 219. n. 21. & dec. 193. n. 4.* cum vulgaribus.

6 Immò, dato etiam, quod huiusmodi priuilegium legeretur in literis Apostolicis, illud tamen non intelligeretur concessum in causis, formulas iudiciorum requirentibus, sed tantummodo in causis manifestarum iniuriarum, Religioni, & Religiosis illatarum, proquibus solum conceditur facultas eligendi, ac deputandi Conseruatores iuxta præcipuam dispositionem Bonifacij VIII. *in c. hac Constitutione, de offic. & pot. Iud. deleg. in 6.* in qua expresse, etiam sub comminatione pœnæ, prohibetur Conseruatoribus, ne aliquo modo causis iudicialibus se ingerant. Quæ Constitutio est omninò seruanda. Non solùm quòd allegata omnia priuilegia, & Conseruatoriæ fuerunt à Greg. XV. reuocatæ, sed etiam quod ipse Gregorius §. 11. suæ Constitutionis eandem Bonifacij Constitutionem innouauit, *cap. innouamus, de treg. & pac. & c. innouamus, de censib.* & vtrobiq; Glos. *& in cap. Nonnt, de iud. & in c. cũ dilecta, de confir. vtil. vel inut.* Lancel. *de attent. in pref. n. 9.* & innuit Rota corã Merlino *dec. 743. n. 13. in fin.*

7 Ac eo magis, quia, licet priuilegium appellationis interponendæ solum coram Pontifice legeretur, ac intelligi deberet, non solum de causis manifestarum iniuriarum, sed etiam de causis formulas iudiciorum exigentibus, non idcircò tamen sequeretur, quod causæ Regni Sardiniæ, postquam in prima instantia fuerint coram Conseruatoribus actitatæ, non debeant subinde à Iudice appellationis in dicto Regno constituto cognosci. Quia, quicquid dicendum esset in alijs Mundi Regionibus, certum est, quod in Regno Sardiniæ hoc militare non debet, neque potest. Nam cum Ciuibus illius Regni peculiari priuilegio indultum sit, quod causæ, quę ad sanctam Sedem, & Curiam Romanam deuoluuntur, cognosci debeant per suum Iudicem ad id speciatim deputatum, huiusmodi speciali priuilegio non fuit derogatum per priuilegium generale postea Monasterijs Regularium concessum, ad text. *in c. cum ordinem 6. de rescript.* Oldr. *cons. 166. per tot.* signatè *n. 5. & 6.* Gonz. *ad reg. 8. glos. 9. §. 2. n. 6.* Seraph. *dec. 1293. n. 5. & 8.* Rot. in Beneuentana Canonicatus 1. Martij 1649. §. *Neque Dominie*, coram Peutingero, & in Viennen. Prioratus 22. Maij 1656. §. *Cum enim*, coram Verospio. Et præcipuè cùm huiusmodi priuilegia possint esse inter se compatibilia, vt scilicet per priuilegium, Regno Sardinię concessum, non lædatur priuilegium Regularium, cum illo in reliquis Monasterijs suarum Religionum vti valeant. Quo casu, data compatibilitate, posteriora priuilegia non derogant anterioribus, Rota coram Verallo *decis. 377. par. 2. & dec. 29. n. 33. par. 2. rec.* & coram Puc. *dec. 83. lib. 3. in portell. & dec. 29. n. 33. par. 7. rec.* & in Ianuen. priuilegiorum, §. *Nec subsistit* 24. Ianuarij 1648. coram Roias. Tuncque duntaxat lex posterior abrogat priorem, quando illi contraria est, neque patitur explicationem. Quia si aliquo modo vitari potest contrarietas, correctio quoque legum, quoad fieri potest, vitari debet, *l. vltim. C. de appell. & l. 2. C. de inoffic. dot. & c. cum dilectus, de de consuet. & c. cum expediat, de elect. in 6.* Bart. *in l. si constante, n. 39. ff. solut. matrim.* & alij, quos recenset, ac sequitur Tiraquell. *in præf. de retract. n. 62.* Legum quippè mutatio damnosa est communitati. Ideòque neque censendum est abrogatum dictum priuilegium, si explicationem admittere potest, sicut illam admittit.

8 Neque releuat, quod appellatio solùm ad Sanctissimum interponi debeat. Nam Doctores, qui id asserunt, intelligendi sunt ad formam Constitutionum Apostolicarum, scilicet in causis manifestæ iniurię, & in locis, ac Monasterijs, in quibus non est huiusmodi priuilegium concessum Regno Sardiniæ. Præsertim quia priuilegium generale, concessum Regularibus, non potest reuocare hoc speciale, concessum Regno Sardiniæ. Nam cùm fuerit concessum ea causa pietatis, & miserationis, debebat de eo fieri particularis mẽtio, vt illi derogaretur, Fel. *in c. Nonnulli n. 19. de rescr.* Alex. *cons. 122. n. 16. lib. 4.* Dec. *cons. 164. n. 5. lib. 1.* Bero. *cons. 147. n. 8. lib. 3.*

9 Exceptio verò illa, quod Delegatus Apostolicus non possit inhibere Conseruatori ex Moneta *cit. c. 9. n. 97.* qui etiam *n. 99.* declarat pro istis Delegatis intelligi Episcopos, & eorum Vicarios procedentes ex S. Concilio Tridentino, refellitur ex Constitutione Innocentij X. §. 1. & 2. in qua disponitur, Ordinarios locorum, procedentes, vti Delegatos ex S. Concilio Tridentino, non posse à Conseruatoribus Regularium inhiberi, sed è contra.

10 Minus subsistit, quod Iudices Conseruatores non comprehendantur sub verbis appellationis Iudicum ordinariorum, aut delegatorum, ac proinde neque sub facultatibus Iudicis appellationum, & grauaminum. Nam siue iurisdictio Conseruatorum æquiparanda sit ordinariæ, vt tradunt Aufr. *in addit. ad Capel. Tholos. dec. 38.* Gemin. *in c. fin. n. 2. de offic. deleg. in 6.* Franch. *ibid.* Nau. *cons. 3. n. 2. & 3. de offic. deleg.* Io. Baptista Costa *tr. de re integr. dist. 64. n. 3.* Confect. *in comp. priu. Mend. tit. 4. c. 7.* Monet. *de Conseru. c. 7. n. 37.* Quia nimirum Conseruatores sunt delegati ad vniuersitatem causarum. Is enim dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, cui sub vno vniuersali verbo commissæ sunt causæ, *l. 1. ff. quis, & à quo appell.* vt si committantur causæ omnes mercatorum, aut Clericorum Ciuitatis, quemadmodum notat Glos. *in cit. l.* Ias. *in l. à Iudice, n. 8. C. de Iud.* Bald. & Salic. *ibid.* traditque Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 31. n. 4.* & docuit Castr. *in l. 2. n. 3. ff. de offic. eius.* Soccin. sen. *in l. more, n. 41. de Iurisd. omn. Iud.* item Ias. *n. 8.* Franch. *in c. cum causam n. 27. de appellat.* Curt. iun. *cons. 2. n. 6.*

11 Siue sint de iure nouo, & speciali Iudices ordinarij, vt notat Peyrin. *de priu. ad Const. Gregorij XV. n. 2.* Quod etiam habetur ex declaratione S. Congregationis *ad Conc. Trid. sess. 24. c. 5.* quæ est huiusmodi: *Conseruatores sunt Iudices ordinarij, sed illi committentur causæ, vti Sedis Apostolicæ delegatis.* Quod ideò additum est à S. Cõgregatione, quia proceditur, vt Iudices ordinarij in causis Regularium, vt delegati verò quando fit eis aliqua specialis commissio. Quod autem sint Iudices ordinarij, habetur ex Constitutione Greg. XIII. edita 8. Kal. Iulij 1572. quæ incipit, *Æquum reputantes*, & est prima huius Pontificis in Bullario. Nam §. 5. decernit, quod dicti Conseruatores habeant perpetuam potestatem, & iurisdictionem. Quando autem iurisdictio est perpetua, est ordinaria. Quia iurisdictio illa est ordinaria, quæ non expirat morte concedentis, *l. & quia, ff. de iurisd. omn. Iud. c. c. 2. de off. leg. in 6.* Etiam re integra. Quia, quantum est ex sua natura, est perpetua. E contra verò delegata expirat, re integra, morte concedentis *c. quamuis, de offic. deleg. in 6.*

12 Deinde quando committitur vniuersitas negociorum per habentem potestatem dandi iurisdictionem ordinariam, censetur concessa iurisdictio ordinaria; nisi in concessione exprimatur, quod committitur iurisdictio delegata, seu nisi exprimatur, quod fiat delegatio, vt obseruant Bart. *tr. de iurisd. q. 5. n. 9.* Bald. *cons. 90. vol. 1.* Alex. *in l. Prætor, ff. de iurisd. omn. Iud.* Marant. *in spec. par. 4. dist. 5 tit. an sit Iud. ord. n. 2.* Conseruatoribus autem est commissa vniuersitas negociorum ab eo, qui potest dare iurisdictionem ordinariam absque vlla expressione, vt constat ex citata Constitutione Gregorij XV. de Conseruatoribus, edita sub die 20. Septemb. 1621. quæ incipit, *Ex certis, & rationabilibus.*

13 Rursus iurisdictio, quæ est à lege, est ordinaria, nisi aliàs lex constituat delegationẽ, *c. à Iudicibus 2. q. 6.* ibi: *Ordinarij verò sunt, qui ab Apostolico, vt Ecclesiastici, vel ab Imperatore, vt sæculares legitimam potestatem accipiant; & d. l. & quia, ff. de Iurisd. omn. Iud.* Conseruatores autem Regularium accipiunt iurisdictionem à lege. Quia Summi Pontifices eam tribuunt per suas Constitutiones, vt constat ex præfatis Constitutionibus Gregorianis, quibus decernitur quam iurisdictionem habeant, & quando procedere possint.

14 Confirmatur ex eo, quod licet secundum ius antiquum, & commune non possint Conseruatores suas vices alteri committere, *c. fin. de Iud. deleg.* secundum tamen ius nouum, & speciale possunt illas committere, vt docent Moneta *d. c. 7. q. 2. n. 58.* Sorb. *in comp. priuil. tit. Conseruator*, Rodr. *to. 1. q. 40. reg. 4. 65. ar. 10.* Passatel. *in not. ad priu. not. 32.* Confect. *in comp. priu. Mend. tit. 4. c. 7.* Peyr. *de priu. ad Const. 5. Gregorij XV. §. 2. n. 5.* & habetur ex Const. Clementis VII. quæ incipit, *Conquestionem dilectorum*, edita sub die 19. Maij 1524. Ita enim habet §. 2. *Discretioni vestræ per hæc scripta mandamus, quatenus, vel duo, aut vnus vestrum per vos, aut alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores, & Iudices, &c.* Ex quibus patet, quod possit suas vices alteri committere. Nec quod ad hoc per Constitutionem

nem

Digitized by Google

nem Gregorij XV. aliquid est innouatum. Immò supponit Pontifex, quod possit fieri subrogatio. Nam §.2. habet, *Vt Iudices Conseruatores huiusmodi, siue principales, siue sobrogati eligi, nominari, aut deputari non possint, &c.* Hæc autem mutatio ex iure nouo non alia ratione est introducta, nisi quia mutata est iurisdictio istorum è delegata in ordinariã.

15 Siue sint Iudices delegati, vt teneo cum communi, quam tradunt Glos.2. *in c.1. de offic. deleg. in* 6. Archid. *ibid. n.*1. Io. Andr. *n.*2. Franeb. *n.*3. Butr. *n.*4. Gemin. *n.*5. Ancbar. *n.*2. & *cons.*132. *n.*2. Ias. *cons.*145. *lib.*4. Ruin. *cons.*3. *lib.*4. Euerard. *loco à rubrica n.*5. Io. Neuizan. *cons.*35. *n.*9. D. Antonin. 3. *p. Sum. tit.*9. *cap.*4. §.2. & ex recentioribus Tholosan. *lib.*47. *syntag. iur. c.*32. *n.*23. Fusch. *lib.*2. *de visit. cap.*23. *n.*3. Nauar. *consil.*3. *n.*1. *de offic. deleg.* Coosect. *in comp. priuil. tit.*4. *cap.*7. *sub init.* Azor. *par.*2. *lib.*5. *c.*34. Monet. *d. cap.*7. *n.*36. Macerat. *var. resol. lib.*1. *resol.*16. *n.*4. Quod desumitur ex eo, quia materia Conseruatorum ponitur à Pontifice sob titulo, & rubrica de officio Delegati. Et quod sint delegati habetur *ex c.*1. *de offic. deleg. in* 6. Iurisdictio autem, & Officium Conseruatorum quoad non incœpta expirat per mortem concedentis, vt expresè statuitur *in c. fin. §. officium autem, de offic. deleg. in* 6. Immò iurisdictionem Conseruatorum neque æquiparandam esse iurisdictioni ordinariæ, tradunt quamplures, nempè Franch. *in c. cum causam n.*17. *de appell.* Anchar. *c. fin. n.*2. *de offic. deleg. in* 6. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. q.*67. *n.*63. Neuizan. *d. cons.*35. *n.*13. Nauar. *cons.*1. *n.*1. *de offic. deleg.* Qnia non sont delegati ad vniuersitatem causarum vnius Territorij, sed tantùm ad causas vnius generis personarum. Quæ commissio, licet generalis, non repræsentat iurisdictionem ordinariam. Quoniam hoc tantum præstat Territorium, *argum. ex l. fin. C. vbi, & apud quem.* Siue, vt rectè distinguit Passerin. *in alleg. c. Hac Constitutione ar.*2. *n.*69. & 70. Indices Conseruatores, qui ex vi Constitutionis Gregorij XIII. eligebantur, Iudices ordinarij nuncupabantur, post verò editam Constitutionem Gregorij XV. reformatoriam quarumcumqoe Constitutionum super Conseruatoribus, vt ex mente S. Congregationis Cnncilij, & Innocentij X. in Bullario nono ea Constitutione 30. §.5. sunt Iudices delegati, planè comprehenduntur in Indulto Iudicis delegati pro Regno Sardiniæ, Nam in eo legitur, quod huiusmodi *Delegatus possit cognoscere causas Iudicis ordinary, & delegati, seu cuiuscumque persona.* Item & illud: *Quique causas ecclesiasticas, tam beneficiales, quàm aliarom quarumcumque appellationum, ac personarum in eadem Insola residentium, &c. audire, &c.* Itaque potest inhibere Conservatoribus. Nam si ij non comprehenderentur sub verbis Ordinariorum, aut Delegatorum, saltem cnmprehendontur sub verbis, *quarumcomqoe personarum.* Nec oportuit fecisse de illis specialem mentionem. Quia dum Pontifex declarat, caosas beneficiales huic Iudici subiacere, præmissa hac proprietate, additisque posteà verbis generalibus, *qoàm aliarum quarumcumqoe appellationum*, comprehenduntur sententiæ de grauaminibus, à conseruatoribus illatis, quemadmodum fuit decisum in Rauennar. pensionis 5. Iunij 1660. §. *Cui indulto*, coram Albergato.

Denique non refragatur Constitutio Greg. XIII. in qua dicitur, quod adsit clausula, *Appellatione remota*, quæ reuera ibi non legitur, sed tantummodo, *appellatione postposita.*

Quia, vltra quod litteræ omnes conseruatoriæ fuerunt reuocatæ à Gregorio XV. vt sæpè diximus, ac firmauit Rota *dec.*49. *n.*15. *par.*7. *rec.* clausula *appellatione remota*, est intelligenda duntaxat ad effectom suspensiuum, non autem deuolutiuum, pro qoo appellatio est concedenda, Scacc. *de appell. lib.*3. *c.*2. *q.*16. *lim.*1. *n.*98. & 107. Item intelligenda est de appellatione friuola, non autem iusta; Rota in Montisalti beneficij 28. Iunij 1645. §. *Quare*, coram Bicluo.

Ad cuius tamen vberiorem explicationem notari velim, dictam Constitutionem Gregorij XIII. duas sub §.3. partes continere. Prima respicit causas super restitutione locorum, terrarum, domorum, possessionum, iurium, & bonorum, ac priuilegiorum obseruatione. Et in his mandat simpliciter, de plano, & sine figura iudicij procedi. Per quas clausulas licet solemnitates, inductæ à iure positiuo, sublatæ videantur ex Vestrio *in prax. lib.*5. *c.*1. adhuc tamen citationes, probationes, & termini ad probandum, & iura sua deducendum, tamquam de iure naturali, vel gentium, reo præfigendi sunt ad text. *in Clem. sæpè, de verb. signif.* & tradit Alex. *cons.*6. *n.*1. *lib.*3. & luculenter Corn. *cons.*243. *n.*3. *lib.*4. qui, persistendo in verbis dictæ Clementinæ, refert adhuc sententiam esse necessariò per Iudicem proferendam.

Altera pars includit occupatores, & iniorios, contra quos 16
mandat procedi, *appellatione postposita*, quæ clausula multum differt ab appellatione remota, de qoo agitur in commissione certæ causæ, à Summo Principe maturo consilio signata, & in huiusmodi appellatione idem solus procedit, & commissionem signat. Clausula igitur, *appellatione postposita*, cùm sit adiecta post verba contradictores, & rebelles, comprehendit dumtaxat contradictorem de facto, non de iure, qui potest nedum iura sua deducere, sed etiam debet audiri in suis exceptionibus, vt latè distinguit Rot. *decis.*118. *n.*5. coram Pegna, & apod Marchesan. *de commiss. par.*1.

Eòque magis, quia sa. me. Vrbanus VIII. ex speciali rescri- 17
pto articulum iurisdictionis inter Auditorem Cameræ Apostolicæ, & Delegatum in generalem in Regno Sardiniæ declarauit in causis appellationnm comulatiuã vtrique competere, & locum esse inter ipsos præuentionoi, vt ex tenore literarum Apostolicarnm. Cùmque Auditor Cameræ sit Auditor Papæ ex Constitutinne Gregorij XIV. ad quem deuoluuntur causæ appellationum à sententijs, seu grauaminibus illatis, etiam a Conseroatoribus, eadem iurisdictio rectè tribuenda est Delegato Apostolico in dicto Regno.

Quinimmò, dato etiam, quod in dicta Constitutione 18
adesset clausula, *appellatione remota*, id tamen intelligendum esset quoad Iudices ordinarios, non delegatos à Summo Pontifice. Nam certum est, quod in omnibus causis fori ecclesiastici liceat vnicuiqoe ad Apostolicam Sedem appellare, nec possit ab aliquo impediri. Quod desumitur *ex c. si quis vestrum, cap. si quis putauerit, c. ad Romanam* 2. *cap. ideo huic, c. arguta, c. si quis putauerit* 2. *q.*6. & ex Conc. Sardicensi *c.*7. & Fabiano *ep.*3. *decret. c.*2. sanciuitque Innocentius I. *ep.*2. *decr. c.*3. Qnoniam appellatio tendit substantialiter ad Superiorem, *l.*1. *§. si quis, ff. de appell.* & notat Card. *rubr. de appell. n.*20. Montan. *de appell. lib.*2. *c.*5. Castr. *in l. aduersus n.*2. *C. si aduersus rem iudicatam*, Scacc. *lib.*3. *de appell. q.*2. & 7. *per tot.* Ferrett. *cons.*292. *n.*2. *vol.*2. Rimin. *in rubr. n.* 48. & 166. *ff. de off. eius*, Franc. March. *dec.*233. *n.*4. & *decis.* 366. *n.*24. & *dec.*419. *n.*3. & *seq. par.*1. Valenz. *de immun. par.*6. *n.*75. & 77. Menoch. *cons.*75. *n.*23. Lopez *in l.*1. & 18. 23. *par.*3. Rot. *dec.*196. *n.*3. *par.*2. *diuers.* Et proinde vbi est superioritas, ibi habet locum appellatio. Cùm autem Pontifex, eiusque Index delegatus in Regno Sardiniæ sit superior respectu omnium Iudicium, possunt omnes ad ipsum appellare, nec potest esse suprema potestas ipsius sine iure, quòd omnes ad ipsnm appellare possint.

Atque ita est proprium Apostolicæ Sedis, quod omnes 19
possint ad ipsam appellare, vt nequeat Pontifex per quodcumqne priuilegium facere, quod iura appellationis non habeant locum. Quia impossibile est, quod ab ipsius iurisdictione, & potestate separetur, vt vniuersaliter de supremo Principe docent Io. Andr. *in c. cum Episcopos, de offic. Ordin. in* 6. Monach. *ibid.* Plot. *in l. si quando n.*278. *C. vnde vi*, Ias. *cons.*161. *vol.*2. Couar. *pract. quæst. cap.*4. *n.*1. Mastrill. *de Magistr. lib.*3. *c.*8. *n.*19. Lucas de Pen. *in l. in sacris*, *C. de prox. sacr. scrin.* & loqoentes de Summo Pontifice, tradunt Innoc. *in c. bonæ* 2. *de postul. Prælat.* vbi & cæteri, Abb. *in cap.*2. *de Cler. non resid.* & *in cap. venientes de iureiur.* Io. Andr. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* Socin. *cons.*275. *vol.* 2. Bald. *in l. cum multa, C. de bonis qoe lib.* & recentiores *in cap. cum contingat, de for. comp.* Franc. Varg. *de Episc. iurisd. cum Glos. in cap.*1. *de Cler. ægrot. in* 6. & loquens de appellatione ad Papam, Seraph. *dec.*615. *n.*5. & D. Thom. *in* 2. *dist.*44. *in exposit. lit. in fin.*

Ratio est manifesta. Quia non potest esse Princeps so- 20
premus, aut Pontifex sine soprema potestate respectu suorum subditorum, cùm suprema potestas sit forma, & substantia supremi Principatus. Alioquin Princeps supremus esset supremus Princeps, quia talis supponitur, & non esset, quia non haberet formam, per quam constitueretur Princeps supremus. Et proinde non posse supremam potestatem à Principe supremo separari, asserunt Gloss. *in cap. super quæst. de off. deleg.* Bart. *in l.*1. *q.*2. *ff. de damn. infect.* & *in l. Iudicium, ff. de iud.* & *in l. fin. C. de iudic.* Cyn. *in l. vn. C. qui pro sua iurisd.* Bald. *in feud. tit. Quid sit inuest.* & *in l.*1. *ff. de offic. Præf. Vrb.* Lucas de Penna *in l. Quicumque, C. de omn. agr. desert.* Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius, v. & vxorem, n.*319. *de testam.* Carol. de Grassal. *lib.*2. *Regal. Franc. iur.*14. Couar. *cap.*4. *pract. quæst. n.*1. Mastrill.

lib.3. de Magistr. cap.8. n.18. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 1. n.9. & habetur ex l. Legatus, ff. de off. Præsid. Vnde neque etiam separari possunt à Principe, quæ in suprema potestate includuntur, alioquin haberet supremam potestatem, & non haberet, quia non haberet ea, quæ sunt supremæ potestatis. Ius autem appellationum competit Principi in signum supremæ potestatis, & est aliquid de tali potestate, vt notant Doctores citati, & Crauetta cons.209. n.9. vol.2. & Petra de potest. Princip. cap.6. num.96. Quia ius appellationum est ius superioritatis, & ideò vbi est suprema superioritas, ibi est supremum ius appellationum.

24 Ex quibus sequitur, quod quando Princeps concedit aliquid alicui cum omnimoda potestate, id non intelligitur concedere cum illa omnimoda potestate, quæ est apud ipsum, vt tradunt Innoc. in cap. Dudum, de elect. & in cap. Inter Monasterium, de stat. Monac. Bald. in l. Testamenta, C. de testam. Ruin. cons.104. n.13. vol.3. Rimin. iun. in l.1. n.641. ff. de offic. eius. Quia non potest abdicare à se supremam potestatem, atque adeò nec ius appellationis. Vnde quacumque potestate concessa, semper sibi maiorem retinet, cap. Dudum, de præb. in 6. vbi Gemin. num.6. Bald. cons.326. in fin. vol.1. Anchar. cons.28. Paris. cons.83. n.15. vol.4. Borell. cons.86. n.15. Natt. cons.405. & 408. n.7. & cons.487. Iacob. Gal. cons.105. n.25. Alban. cons.82. n.17. & cons.84. num.87. Cæphal. cons.539. n.51. Bero. cons.74. n.3. vol.1. Giurb. cons.59. n.13. Chartar. decis.68. n.2. Peregr. lib.1. tr. var. n.74. & cons.1. n.12. vol.1. Quia concessa potestas est participatio potestatis, quæ est in Principe, atque adeò pars illius, & aliquid minus, ac semper dependens à suo fonte.

25 Quod quidem ex præcipua ratione valet in Summo Pontifice. Nam suprema potestas ipsius est potestas Vicarij; vnde principaliter est potestas Christi, vt capitis Ecclesiæ, cuius Pontifex est Vicarius in terris. Quia Vicarius habet eandem potestatem cum eo, cuius est Vicarius, c.1. de offic. Vicar. in 6. vbi Gloss. v. Ipsius, & c.2. de consuet. & cap. Romana, de appellat. in 6. Quod speciatim verum est, quod ad iudicialia, Abb. in repet. cap. Si quis contra n.31. de for. comp. Paris. cons.89. vol.4. Panin. de potest. cap. Sed. vac. q.10. n.14. Rot. decis.371. in nou. Ideòque offendens Vicarium Principis incidit in crimen læsæ maiestatis, sicut si offenderet Principem ipsum, Bart. in Extrauag. contra rebell. v. Rebellando n.4 Cardin. in Clem. Pastor. int. de re iudic. Præpos. in cap. In primis, §. De persona n.20. caus.2. q.1. Comens. cons.153. Gigas de crim. læs. maiest. lib.1. q.6. Menoc. cons.99. n.49. Estque idem Consistorium Christi, & Summi Pontificis, tamquam Vicarij ipsius, vt notant Azor. par.2. lib.4. c.7. Franc. March. dec.456. n.19. Cùm autem Pontifex habeat potestatem sibi à Christo commissam, tamquam Vicario, non potest in aliquo tali potestati præiudicare, neque à se abdicare cuiuscumque respectu ea, quæ sunt talis potestatis, vt est ius appellationum. Quia, quando ius, & potestas propria est complicata cum iure, & potestate alterius, non potest quicquam illi detrahi, cùm hoc redundet in præiudicium illius, cum quo ius est complicatum, c. Cum tempore de arbitr. & c. Cum olim, §. Nos igitur, de priuil. & tradunt Felin. in cap. Cum dilecta, de rescr. Abb. in c. Significasti, n.11. de for. comp. Tusch. lit. P. concl.759. n.3. Gaspar Guillel. in apol. feud. c.8. n.31. Mandell. cons.74. n.3. Seraph. dec.324. n.5. Nouar. in prax. elect. for. q.7. n.15. sect.3. Et loquentes de priuilegio, Syluest. v. Priuilegium, q.10. Armill. n.9. Sanchez lib.4. Sum. c.39. n.29. Sigismund. a Bononia part.1. de elect. c.2. dub.25. n.7. Lauor. in var. lucubr. tit.4. c.14. n.87. Suarez lib.8. de legib. c.6. num.2. Diana par.3. tr.2. resol.86. Tambur. de iur. Abb. tom.1. disp.16. q.15. n.3. alijque communiter. Nam habens ius implicatum cum alio non habet ipsum ita proprium, vt possit de illo ad libitum disponere sine iniuria alterius. Quod præcipuè verum est in iure Romani Pontificis, quod non solum est implicatum cum alieno, sed etiam est ius alterius; nempè Christi, cuius ipse vices gerit. Cùmque non possit aliquis eximi à potestate Dei, & Christi, vt capitis Ecclesiæ, itaut non possit semper habere recursum ad ipsum, neque etiam potest eximi à potestate Papæ, vt notat Abb. in c. cum instantia de censib.

26 Accedit etiam, quòd Princeps supremus non potest alienare, quæ ad Regiam Coronam spectant, vt habetur apertè in cap. Intellectum, de iureiur. vbi Io. Andr. Innocent. Panorm. & alij, traduntque Cyn. in l. Digna vox, C. de legib. Alber. & cæteri ibidem, Bald. in cap. licet, §. In generali, si de feud. defunct. cont. sit inter Dom. & agnat. & in c.1. v. Possideant, de pac. Constant. & in c.1. Qui successor teneantur; Isern. in cap.1. §. Præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. Oldrad. cons.74. Vasquez lib.1. illustr. contr. c.5. n.25. ac Doctores in cap.1. de prob. & in proœm. & in l. Prohibere, §. Plane, ff. quod vi, aut clam, & in l. Bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. Quod etiam locum habet in Pontifice ob eandem rationem. Vnde nec iura Regiæ, & Pontificiæ potestatis poterit alienare, quale est ius appellationum, nec facere, quod aliquis non possit ad ipsum appellare, quando appellatio est iusta. Quia tenentur omnia, quæ pertinent ad regiam, & pontificiam potestatem illibata seruare, ex d. cap. Intellecto, & cap. Grandi, de supplend. negl. Prælat. in 6.

• Neque dici potest, quod in Summo Pontifice sit ius recipiendi appellationes, si velit, posse tamen in subditis non esse ius appellandi, vt ait Bellarm. lib.2. de Roman. Pont. c.24. obiect.3. respondens hoc pacto ad can.22. Concilij Mileuitani, in quo prohibetur appellatio ad Transmarina. Quod tamen non soluit difficultatem illius canonis. Quare aliter soluenda est. Nam cùm appellatio sit relatiua ad eum, ad quem interponitur, connectit cùm ipso appellantem, tamquam termino relatiuo, & facit, quod non possit esse appellans, nisi sit is, ad quem appellatur; neque is, ad quem appellatur, nisi sit appellans. In relatiuis autem, & connexis fit extensio de vno ad aliud; estque idem iudicium de ipsis ita, vt quod dicitur de vno, dicitur etiam de alio, c. si quis obiecerit, c. si quis probandas 1. q.3. & cap. Præterea, de offic. Deleg. & cap. Translatio, de const. & l. quid ergo, §. Iudicio contrario, ff. de contr. & vtil. act. tutel. & l. Proinde, ff. ad l. Aquil. & l. cum actum, ff. de neg. gest. Et explicat Marsil. singul.251. Immò pro vno eodemque reputantur, leg. Quod conclaue, ff. de damn. infect. & notant Aym. cons.275. n.4. & 5. & cons.461. n.50. Scacc. de appellat. q.17. limit.21. n.75. Surd. decis.199. n.13. Escobar. de ratiocin. cap.15. n.12. Et ideò non potest in Pontifice esse ius recipiendi appellationes, nisi etiam in subditis sit ius appellandi. 27

Atque ex his liquet, quod non possint Regulares in Regno Sardiniæ suo priuilegio acquirere, quin possit appellari ad Summum Pontificem, eiusque Delegatum quando adest iusta causa appellandi. Quia cùm priuilegium contineat speciale beneficium, concessum à Pontifice cap. Priuilegia d.3. & in c. In his, de priuil. & cap. Abbate, & cap. olim, de verb. signif. potest tantum esse circa ea, quæ à Principe concedi possunt, non autem circa abdicationem eorum, quæ concernunt supremam potestatem, vt est ius appellationum. 28

Et profectò sicut ratio, quę mouit Summos Pontifices ad constituendum Iudices Conseruatores Regularibus, ea fuit, ne cogerentur in suis causis passiuis, vel actiuis iniuriarum è Prouincia exire pro recursu ad Sedem Apostolicam, expensis, periculis, alijsque incommodis se exponendo, vt ex Constitutione Bonifacij VIII. in cap. fin. §. Conseruatores, de offic. deleg. lib.6. testantur Flor. de Mena cap.3. à n.20. & seqq. Monet. de Conseru. d. cap.7. n.446. cum seqq. Eadem quoque ratio mouit fa. me. Pium II. ad erigendum Tribunal Iudicis appellationum in Regno Sardiniæ, ne Incolæ dicti Regni, appellantes tam ab Ordinariorum, quàm Delegatorum sententijs, aut grauaminibus è Regno egredi cum tot, tantisque periculis cogerentur. Quod & seruatum est ab Imperatoribus, vt in l. Cum post sententiam 26. C. de appell. ibi: si longinquitas regionis ad iudicium suum litigantes venire non patiatur, iudicio Rectoris Prouinciæ, quem ipse probaueris, negocium deleges. Quæ ratio & mens Summi Pontifices compellit quoscumque ad subijciendum non solum inhibitionibus, sed & sententijs, atque mandatis eiusmodi Iudicis delegati in audiendis, & decidendis causis grauaminum, & appellationum. Lex enim extenditur ad terminos suæ rationis, l. His solis, v. Satis etiam caute, C. de reu. don. & l. Illud, C. de Sacros. Eccles. Calder. cons.337. de testam. & alij communiter. 29

Atque ità declarauit S. Congregatio Concilij in vna Algarensi Iurisdictionis, quæ semel, ac iterùm acerrimè fuit discussa, patrono Raymundo Pannato, cuius viri doctrina, & probitas plenissimo Vrbis testimonio comprobata est. Tenor declarationis est huiusmodi. 30

Supplicem infrascriptum Libellum Sanctitati Suæ à Ioanne Pinna, delegato Apostolico in Regno Sardiniæ porrectum ad hanc Sacram Congregationem Concilij remisit Sanctissimus Dominus Noster. Beatissimo Padre. Espone humilmente alla Santità Vostra il Dottor Giouan Pinna, Canonico della Metropoli di Sassari nel Regno di Sarde-

Digitized by Google

degna, & Oratore deuotissimo, come fin dall'anno 1459. fu dalla sa. me. di Pio Secondo creato in Sardegna vn Tribunale di vn Giudice, il quale douesse conoscere l'appellationi da tutte le sentenze, e decreti di qualunque Giudice ordinario, o delegato, che fosse. Il qual Tribunale fu creato, accioche gli appellanti non douessero venire alla Corte Romana per euitare la cattiuità de' Turchi, & altri Corsari, nella quale spesso incorreuano nel portar le cause d'appellationi in Roma. Hora essendo stato honorato dalla Santità Vostra l'Oratore con questa Giudicatura, hà ritrouato nell'esercitio molti, e molti pregiudicialissimi abusi, e vno fra gli altri ne' Conseruatori de' Regolari, i quali contro ogni giustizia tentano introdurre, che dalle loro sentenze, o non si dij appellatione, opure che dandosi, debbano le cause d'appellatione immediatamente venire alla Corte Romana, ch'è vn negare indirettamente l'appellatione, mentre per li sopracennati pericoli del viaggio restano desertate le cause, sopra di che sono nati disturbi grauissimi; mentre hauendo l'Oratore riceuute nel suo Tribunale l'appellatione d'vna sentenza, o decreto fatto da vno de' sudetti Conseruatori, questo scandolosamente hebbe ardire non solo di precettar l'Oratore, Giudice dell'appellationi, che non s'ingerisse in detta causa, ma ancora di scommunicarlo. Si che l'Oratore per questo delitto fu necessitato non solo di dichiarare scommunicato il Conseruatore, ma ad instanza del Fisco Ecclesiastico condannarlo in pena di scudi mille d'applicarsi alla Reuerenda Camera Apostolica, della qual pena essendo stata principiata in qualche parte l'esecutione, il Conseruatore auuersario ricorse à' Giudici secolari per riscuotere detta esecutione a viua forza dalle mani degli Ecclesiastici, per lo che l'Oratore per difesa della giurisdittione Ecclesiastica fu necessitato con gran dispendij andare in Algeri, doue ritrouò molte persone contro di lui armate, come di tutto il seguito pienamente consta in processo, che l'oratore venuto a posta da Sardegna porge a piedi della Santità Vostra. Supplica commettere a qualche Congregatione tanto la cognitione dell'articolo, se il Giudice Apostolico dell'appellationi del Regno di Sardegna possa conoscere le cause di quelli, che s'appellano dalle sentenze, o decreti de' Conseruatori de' Regolari, quanto la cognitione del ricorso fatto al Giudice laico. Che, &c.

Itaque citatis partibus, & præsupposito tenore delegationis Apostolicæ, ac literarum Conseruatoriæ, alijsque positis, quæ ab vtraque parte in summario ad facti seriem probandam circumferuntur per manus. Quæritur.

Primo. An à Conseruatore Collegij Algarensis detur appellatio ad Delegatum Apostolicum in Regno Sardiniæ?

Secundo. An ideo Conseruator in prænarrata controuersia ritè, ac rectè processerit.

Die 24. Martij 1668. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum.

Ad primum respondit, dari.

Ad secundum, negatiuè respondit.

Et iterum Algaren. Iurisdictionis. De huiusmodi controuersia actum est die 24. Martij proximè elapsi, & cum responsum tunc fuerit, à Conseruatore Collegij Algarensis Patrum Iesuitarum dari appellationem ad Delegatum Apostolicum in Regno Sardiniæ, olim per litteras Apostolicas san. mem. Pij II. sub anno 1459. institutum. Et in casu de quo agebatur, ipsum Conseruatorem minus ritè, minus ac rectè processisse.

Procurator generalis Societatis porrecto libello ad Sanctissimum Dominum Nostrum, & à Sanctitate Sua ad hanc sacram Congregationem remisso, asserens ex prænarratis generalibus responsis, multas in die suboriri posse controuersias, ac turbas, supplex petit sociatim declarari.

Primo. An à dicto Iudice Conseruatore detur semper, & quomodo appellatio ad dictum Iudicem delegatum.

Secundo. Ac præsertim quando agitur de manifestis iniurijs.

Tertiò. Et an in iudicio, in quo nuper appellatum fuit, ageretur de manifesta iniuria.

Die 19. Maij 1668. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum.

Ad primum censuit, dari.

Ad secundum censuit, etiam dari ad formam cap. Pastoralis 53. de appellat.

Tom. III.

Ad tertium Congregatio censuit, in præsenti casu non constare de manifesta iniuria.

Ac tandem declarauit, pro dicto iudice quæ sequuntur.

Turritana Censurarum. Sacra Congregatio Concilij habita 2. Aprilis proximè præteriti censuit, censuras latas à Vicario Capitolari Turritano contra Delegatum Apostolicum Appellationum Regni Sardiniæ non sustineri. Et quia eadem est ratio de Subdelegato, Officialibus, ac Ministris Curiæ ipsius delegati, propterea supplicatur expressè vlterius declarari censuras latas à dicto Vicario contra Subdelegatum, Officiales, ac Ministros Curiæ Subdelegati non sustineri.

Die 17. Maij 1672. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum pariter censuit, dictas censuras latas à Vicario contra Subdelegatum, Officiales, ac Ministros ipsius Delegati, non sustineri.

Turritana Iurisdictionis. Occasione, quod Ioannes Pinna, Canonicus Turritanus, Iudex Delegatus Apostolicus Appellationum in Regno Sardiniæ, ad Vrbem se contulit ad se, suique muneris ius propugnandum, ad submouendam præterea turbationem, quam inducunt Ordinarij locorum Sardiniæ ad turbandam Iurisdictionem Iudicis Delegati à Sancta Sede ad Vniuersitatem causarum, prætextu quod Ordinarij ipsi de excessibus Iudicum Delegatorum cognoscere valeant, per ea quæ tradit Barbosa in Pastorali par. 3. allegat. 106. num. 26. & 27. supplex instat per sacram Congregationem declarari.

Primo. An Ordinarij locorum possint de prætensis excessibus Iudicis ad Vniuersitatem causarum appellationum cognoscere, vel potius teneantur ad S. Sedem cognitionem remittere.

Secundo. An dictus Iudex appellationum in causis ciuilibus, aut alijs mixtis, aut criminalibus, sit exemptus à iurisdictione Ordinariorum, & aliorum quorumcumque Iudicum sæcularium, & Regis & sic eius Officiales, Assessores, Fiscales, Notarij, Baiuli, & continuo Commensales.

Tertiò. An Ordinarij locorum possint aduersus Iudicem Delegatum prædictum implorare brachium Curiæ sæcularis, vel ad sanctam Sedem recurrere teneantur.

Quarto. An Iudex appellationum, cum sit Vicarius Papæ in dicto Regno, possit pro seruitio Curiæ habere familiam armatam.

Quintò. An in diebus audientiæ, & quoties informandis processibus, & suscipiendis informationibus de ordine sacræ Congregationis super negocijs Episcoporum, & Regularium, vt passim accidit in dicto Regno, vnde aliquo se conferre tenetur Iudex prædictus Canonicus Turritanus, possit consequi distributiones quotidianas ratione seruitij personalis interessentibus dari consuetas, cum aliàs fructus Canonicatus Turritani adeò tenues sint, vt sublatis distributionibus, vix annua scuta viginti supersint, & lucra quæ cum labore percipiuntur ex officio Iudicis appellationum vix annua scuta centum excedant.

Sexto. An delinquentes, & confugientes ad dictum Iudicem appellationum, possint impunè ab alijs Iudicibus ordinarijs, aut delegatis, siue per Curiam sæcularem, siue ecclesiasticam extrahi ab eius Palatio, ita quo ius reddatur, vel potius gaudeat immunitate, prout Palatia Nunciorum, & aliorum Officialium sanctæ Sedis.

Septimò. An Protonotarij Apostolici alioquin exempti à iurisdictione Ordinarij quoad causas excedentes summas ducatorum vigintiquinque ex Bulla Leonis Decimi, vt refert Gauantus in man. Episcoporum verbo Protonotarij, subiaceant in causis appellationum, si rei existant, Iudici delegato, vt suprà, ad vniuersitatem causarum.

Octauo. An ex eo, quod Pius II. instituit Tribunal appellationum ad subleuandum incolas Regni à periculis pyratarum, & ab expensis, possint appellati cogere appellantes ad Iudicem præfatum adeundum, etiam ex eo, quod san. me. Vrbanus VIII. præuentionem concessit inter A. C. & dictum Iudicem.

Die 12. Martij 1672. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, quoad primum, secundum, ac tertium distulit resolutionem. Ad quartum respondit: Nihil innouandum. Ad quintum Negatiuè: Ad sextum negatiuè: Ad septimum Affirmatiuè: Ad octauum negatiuè: Et die 2. Aprilis eiusdem anni, repropositis dubijs, quorum resolutio dilata fuit,

Digitized by Google

eadem Sacra Congregatio quoad primum censuit, non posse, sed recurrendum ad sanctam Sedem. Ad secundum quoad Iudicem respondit Affirmatiuè. Quo verò ad officiales, & alios distulit resolutionem. Ac demum ad tertium respondit negatiuè, & ad sanctam Sedem recurrendum.

Turritana Censurarum. *Ioannes Pinna Canonicus Turritanus, & Iudex delegatus Apostolicus appellationum in Regno Sardiniæ, per supplicem libellum à Sanctissimo remissum instat aduersus Gauinum Liguiam Vicarium Archiepiscopali Sede Turritana vacante deputatum, eò quia Oratoris, seu potius Apostolicam auctoritatem ausu temerario contempserit, lacerauerit, ac conculcauerit, vt Orator probare intendit ex processu exhibito, ex quo infrascripta facti series eruitur, nempe: De mense Decembris 1671. Didacus Accorrà ex causa ciuili conuenit Ioannem Pinnam coram Vicario Capitulari. Pinna, quia exemptus, vti Delegatus Apostolicus, dictarum appellationum cum protestatione de non consentiendo in Iurisdictionem, fori exceptionem declinatoriam opposuit, actaque coram eo gesta annullari institit. Putans Vicarius ordinariam eius iurisdictionem exinde perturbatam, Pinnam citari fecit ad comparendum intra hora quadrantem ad videndum declarari se in censuras Bullæ Cœnæ Domini incidisse. Comparuit Pinna, & à censurarum huiusmodi comminatione ad sanctam Sedem appellauit, pro actorum copia institit, & tamquam Iudex appellationum ad sanctam Sedem, Iudicem subdelegauit, qui de instantijs contra ipsum factis per Promotorem Fiscalem Curiæ Capitularis ad instantiam dicti de Accorrà de iure cognosceret. Vicarius tamen appellatione contempta, ad declarationem, & ad cedulonum affixionem processit. Quare Pinna iterùm Iudicem subdelegauit, qui de dictarum censurarum nullitate cognosceret, & dictus Iudex eas tamquam nulliter latas reuocauit. Et vlterius dictum Vicarium in censuras dictæ Bullæ incidisse pronunciauit. Sed Vicarius, & ipsum Subdelegatum, & Delegato adhærentes in censuras incidisse declarauit. Propterea ipse Subdelegatus contra Vicarium, & adhærentes censuras aggrauauit, & cedulones affigi fecit. His indignatus Vicarius, Subdelegatum in carceres coniecit. Et cùm Pinna ad Chorum accessisset, licet declaratio nullitatis censurarum contra ipsum relaxatarum præintimata fuisset, Vicarius propter Pinnæ aduentum, à diuinorum celebratione cessari iussit, itaut Orator ad Populi tumultus vitandos domum secesserit. Ex his instat committi alicui Iudici criminali Romanæ Curiæ, qui aduersus huiusmodi excessus animaduertat, ac petit decerni.*

Primò. An, & quæ censuræ sustineantur.

Secundò. An Vicarius propter carcerationem dicti Subdelegati coercendus sit, & quibus pœnis.

Tertiò. An Vicarius teneatur ad refectionem expensarum propterea factarum.

Quartò. An potius Iudici committendum, qui seruatis seruandis prout Iuris fuerit procedat.

Die 2. Aprilis 1672. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum Ad primum respondit Censuras latas à Vicario Capitulari contra Delegatum non substineri. Et illas latas à Subdelegato substineri. *Ad secundum, tertium, & quartum remisit ad A.C. qui procedat prout de iure.*

CONSVLTATIO II

An, & quo pacto remedium adhibendum sit fraudibus Clericorum in suis immunitatibus à vectigalibus?

1 ITa hodie corruptis moribus viuitur, vt neque honestatis amor ad rectè faciendum allicere, neque pœnarum timor à maleficio deterrere possit, præsertim cùm auri fulgor obuersatur deprauatis mentibus admiratione diuitiarum, quas strenui iuata, & ignaui concupiscunt, vbi quæ præmia virtuti, atque industriæ bonorum debentur, ea præsentibus nummis væneunt, & apud indignissimos esse comperiuntur. Cui malo vt Iudex Ecclesiasticus occurrat, optimum factu putat ea secare penitùs quicquid subest vitij, ne secum integras partes in consensum morbi rapiat. Quod quidem consilium neutiquam reprehendendum foret, si par animo euentus responderet. Sed vsu magistro probatum est, intempestiua seueritate, vel nihil profici aduersus fraudes, ac versutias improborum, vel potius multum offici, dum ea ipsa difficultate gliscit peccandi cupiditas euanido legum auxilio, quæ vel aperta petitione palam oppugnantur, vel mille fallendi artibus per cuniculos subuertuntur. Id multis illustribus documentis confirmari potest. Vnum hoc tempore in exemplum proponam; Fraudes Ecclesiasticorum in Respublicas sæculares.

2 Equidem parentes, qui plures liberos habent, vni ex illis Clericatum assumenti constituunt patrimonium pro Ordinibus suscipiendis super omnibus suis bonis, vel maiori eorum parte; ij verò qui liberis carent, idem seruant cum aliquo ex cognatis, & quandoque etiam extraneis, & sub clypeo immunitatis huiusmodi colorati patrimonij bona, quæ in libro, quo tributa, & census æstimantur, sunt descripta, quem Catastrum videtur appellare Bart. *in l. forma, §. si cum ego, ff. de censib.* æstimum Alciatus, eximunt ab eorum solutione.

3 Sunt qui emancipant ex suis liberis eum, qui Clericus est, donando eidem cum translatione actualis possessionis omnia bona sua, vel potiorem partem illorum, vt sint immunia, & in futurum absque vlla onerum solutione omne ex eorum fructibus viuant. Quod parentibus, etiam demortuis, inseruit cæteris fratribus eodem modo viuentibus sub regimine Clerici, neque ideò curantibus opponere de inofficiosa donatione.

4 Fratres quoque in diuisione bonorum communium malitiosè dimittunt Clerico pro eius rata quæcumque descripta sunt in catastro, accipientes in suam partem non descripta, sese tamen per scripturam priuatam, aut confidenter intelligentes, quod quisque, non obstante tali diuisione re ipsa habeat commodum suæ congruæ portionis. Multi grauati oneribus non ferendis super suis bonis, ea donant alicui Ecclesiæ ad tempus determinatum sub condicione, quod durante eo tempore, sibi locentur pro certa pensione annua, libera, atque immunia à quouis onere, quod genus donationum, S. Congregatio ipsa Immunitatis in vna Oppidensi sub die 27. Septembris 1661. censuit, habendum esse pro fraudulento, & ideò non gaudere immunitate, scriptumque Episcopo, vt procedat, prout de iure.

5 Nonnulli simulant donationes, & venditiones bonorum in catastro descriptorum sub varijs figmentis in Clericos, aut loca pia, vel ecclesiastica, reali possessione eis tradita, quæ tamen ipsi postea titulo locationis, libelli, seu emphyteusis ab huiusmodi donatarijs, & emptoribus accipiunt, vel cum eisdem conueniunt de fructibus correspondentibus, aut aliter per scripturas priuatas, seu alibi celebratas, vt difficillimè sit veritatem comperire causa solum fraudandi æstimum, ac euitandi onerum solutionem.

6 Aliqui de bonis, vt aiunt, allibratis fundant beneficia ecclesiastica cum reseruatione iurispatronatus pro se, suisque decedentibus, curando deinceps propriam, vel filiorum institutionem. Immò sæpè student eadem bona à beneficiarijs accipere titulo emphyteusis, libelli, seu locationis pro modica pensione. Quinimmò plerique inferioris notæ in eis colorant titulum coloniæ partiariæ, vel temporalis, vel perpetuæ, vt hisce artificiosis, ac subdolis machinationibus, & commentis eludant æstimum, subque prætextu immunitatis ecclesiasticæ se ab oneribus subtrahant.

7 Plures sunt, qui habitum clericalem assumunt, non quidem animo clericali, cùm non incedant in habitu, & tonsura, neque Ecclesijs deseruiant, sed vt solo charactere contenti, sæcularia peragant.

8 Et quod nihilo peius est non possunt huiusmodi fraudes, ac elusiones dijudicari ob frequentes inhibitiones, quas prædicti omnes obtinere curant ab Auditore Cameræ Apostolicæ in executionem Bullæ, quæ quotannis publicatur die Cœnæ Domini, vel sub alijs prætextibus, ac titulis, quibus Ordinariorum manus, & iudicium euincunt, atque eludunt.

9 Hinc non abs re multi Principes, ac præsertim Prorex Neapolis edicta emiserunt, tenoris sequentis. *PHILIPPVS Dei gratia, &c. D. Emanuel de Fonseca Comes de Monterey, & Fuentes, vnus ex Consiliarijs Status S. M. C. in supremo Italiæ Consilio Præses, Orator extraordinarius pro dicta Maiestate apud Summum Pontificem, & in præsenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis.*

Per-

Digitized by Google

10 *Perche continuamente ci viene fatta instanza da diuerse Vniuersità, e particolari delle Città, e Terre di questo Regno delle frandi, che si commettono da' cittadini, & habitanti in essi per fuggire i pagamenti fiscali, & altri pesi vniuersali, che sono obligati pagare per le robbe, che da essi si posseggono, mentre le donano a' Chierici, e a' Preti, e ad altre persone ecclesiastiche, in maniera, che non solo ciò viene ad essere di pregiudicio, e interesse del Real patrimonio di S. Maestà, mà vengono di più aggrauati gli altri poueri cittadini delle predette Città, e Terre. E conuenendo che a questo si diano gli ordini necessarij per euitar tali frodi, essendosi nel Regio Collateral consiglio viste, e riconosciute le consulte fatte in questo particolare dalla Regia Camera della Sommaria à Sua Maestà in vigore di suo Reale ordine, e proprio dell'anno 1590. e vltimamente nell'anno 1628. nelle quali si contengono i seguenti, cioè,*

11 *Primo in quanto alle donationi, che si fanno da' laici a' figli, ò parenti, preti, e chierici, restando in possessione essi medesimi laici delle robbe donate, e percependo i frotti, e l'entrate, come prima delle donationi, si come sempre per questa Regia Camera sono spedite prouisioni, si astringono i medesimi laici, e donanti à pagare per dette robbe donate, come pagauano prima delle dette donationi tutti i pagamenti vniuersali, non ostanti le dette donationi; perche si presumono quelle fatte in fraudem, con eseguirsi contro detti laici donanti, e possessori di dette robbe donate similmente laici.*

12 *Secondo quando dette donationi non sono in fraudem per le cause, come di sopra, dette robbe donate sono obbligate à contribuire all'Vniuersità, doue sono situate alla Bonatenenzia, & anco a i debiti contratti per le dette Vniuersità, a tempo che quelle sono state possedute per detti cittadini, giusta il catasto del tempo delle donationi, secondo i decreti di d. Regia Camera, & osseruanza continuata.*

13 *Terzo a rispetto delle donationi, che si fanno ad titulum patrimonij per potere il Chierico pigliar gli ordini sacri, se le dette donationi sono fatte dagli ascendenti, e non si eccede la portione virile, mentre il Chierico non si promoue ad ordine sacro, dette robbe sono obbligate a pagare la Bonatenenzia, e a contribuire i debiti contratti secondo il catasto tempore donationis, andando però il Chierico in habito, e tonsura clericale, e seruendo ordinariamente in diuinis in conformità del S. Concilio di Trento, e doppo promosso il Chierico ad ordine sacro, sono franche di detta Buonatenenzia. E così anche doppo la morte del padre, e ascendente donante, hauendo da contribuire allora solamente a i debiti contratti per l'Vniuersità, doue sono situate a tempo, che quelle sono state possedute per detti laici, la quale contributione di debiti contratti, si hà da esigere tanto pel tempo, che il Chierico non sarà promosso ad ordine sacro, quanto anche doppo promosso giusta il catasto del tempo della donatione, conforme all'osseruanza antica continuata per il d. Tribunale della Cam.*

14 *Quarta le robbe, che sono prouenute a' Preti, ò a' Chierici per legitima successione di loro padri, e parenti sono franche da' pagamenti vniuersali dal di che peruengono in potere di detti preti, ò Chierici, andando però i Chierici in habito, e tonsura clericale, e seruendo ordinariamente in diuinis, sono quelle solamente obligate a contribuire a' debiti contratti per l'Vniuersità a tempo, che sono state possedute da' detti padri, e parenti cittadini laici giusta il catasto del tempo della morte di detti padri, e parenti laici.*

15 *Quinto in quanto alle robbe comprate da' Preti, à Chierici, andando i Chierici in habito, e tonsura clericale, e seruendo ordinariamente in diuinis secondo il Sacro Concilio di Trento, non haueranno da pagare come cittadini, mà come buonatenuti, & ancora contribuire a' debiti contratti per l'Vniuersità a tempo, che sono state possedute per cittadini laici, giusta il catasto del tempo della compra, con clausula, che essendo detti venditori primi possessori di dette robbe secolari, sono quelli obligati a contribuire a i detti debiti per il tempo della loro possessione, e non essendo secolari, sono obligate le medesime robbe.*

16 *Sesto per l'esattione della Buonatenenzia, e debiti contratti ne' casi sopradetti con le clausule, & iuxta catastum, vt sopra, è lecito all'Vniuersità eseguire sopra le medesime robbe, frutti, & entrate di quelle.*

17 *Et essendo di ragione, che i capi predetti così ordinati, e le prenominate Consolte di detta Regia Camera si osseruino, e si faccino osseruare, ci è parso, o con voto, e parere dell'istesso Regio Collaterale fare il presente Editto, da publicarsi in tutte le Città, Terre, luoghi di questo Regno, per lo che ordiniamo a tutti Officiali maggiori, e minori, tanto Regij, come de' Baroni, che i conformità di quel che viene ordinato per li predetti presenti capi, e consolta di detta Regia Camera della Sommaria, debbanò il tutto eseguire, e fare eseguire in modo tale, che quelli habbiano pontualmente in omnibus, & per omnia il loro debito effetto. Comandando di più a i predetti Officiali, che dell'esecutione del predetto Editto ne debbano dare auuiso a i Regi Tribunali prouinciali, a' quali sono sottoposti, a' quali similmente ordiniamo d'hauer particolar mira dell'osseruanza predetta, con fare le debite relationi della publicatione del presente Editto in quelle Città, Terre, e luoghi, doue sarà publicato, con tenerci auuisati di quanto eseguiranno. Datum Neapolis die 27. Iunij 1633.*

El Conde de Monterey
Vid. Carol. de Tapia Reg.
Vid. Rouitos Reg.
Vid. Enriq. Reg.

Parillus Secr.

His igitur alijsque exuberantibus malis pio quidem affectu mederi oportet ne locus sit fraudibus, *cap. 2.* iuncta Glos. *v. Fraudi, de rescript. in 6.* neuè hæc agentes ex dolo suo malo lucrentur aduersus notata per Iurisconsultum *in l. ne ex dolo, 13. ff. de dolo malo*, alijsque iuribus congestis per Giurb. *obseruat. 1. num. 25. tom. 1.* Non enim debet quis ex dolo suo malo præmium ferre, clamante Vlpiano *in l. ita demum 36. v. Ne quis, ff. de recept. arbitr.* 18

Ideòque præcipuum remedium fore existimo, quod singuli Episcopi in suis Synodis diœcesanis statuant certam, ac determinatam quantitatem patrimonij pro Clericis tam nobilis, quàm mediocris, ac inferioris notæ, decernendo, quod ea solùm, & non maior gaudeat priuilegijs patrimonij clericalis. 19

Nam etsi Glossa *in c. Episcopus 7. v. Victu* 10. *quæst. 2.* dixerit, meliorem, vel peiorem victum dandum esse secundum qualitatem personarum, & Archid. *in cap. si Episcopus, num. 4. de præb. in 6.* scripserit, statuendum esse secundùm qualitatem, seu conditionem ordinandi, cùm largius agendum sit cum Clerico pro dignitate ipsius, quæ in tali prouisione attendenda est. Ideòque receptum sit, quod in taxanda quantitate patrimonij clericalis, fungentis vice tituli pro sacris Ordinibus suscipiendis, debeat attendi qualitas ordinandi, vt scilicet inspecta illius conditione, nobilitate, doctrina, grado, & præeminentia, maior taxetur, quàm fieret personæ inferioris notæ, sicut in specie tradunt Rebuff. *in prax. benef. par. 1. tit. de restript. in form. com. num. 24.* Caldas *in l. si curatorem, v. Læsis num. 132. sub init. C. de in integr. restit. min.* Zerol. *in prax. Episc. par. 1. v. Dimissoria. in 4. dub. & par. 2. eod. v. in fin.* Salzedo *ad Diaz in pract. can. cap. 18. addit. noua num. 4.* Azor. *instit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 4. qu. 8. in fin.* Vgolio. *de offic. Episc. c. 26. §. 8. num. 4. & §. 12. sub num. 1.* Barbos. *eod. argum. alleg. 19. num. 12.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 8. cap. 2. num. 3.* Rodriq. *in Summ. tom. 2. cap. 15. num. 9.* Ricc. *in prax. for. Eccles. par. 3. resol. 473. num. 2. & 3.* Nouar. *in summ. Bullar. par. 1. rubr. de ordinand. tit. 9. num. 19.* Candelabr. Aur. *in explan. constit. 29. Sixti V. notab. 11.* Card. Bellarm. *in obseru. Concil. Trid. v. Honeste, pag. 211. col. 2.* alijque plures. Et in hanc sententiam S. Congregatio Concilij responderit in *Portugallensi*, quantitatem patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatur, remittendum esse arbitrio Episcopi iuxta conditionem ordinandorum. Vt proinde dixerit in *Fauentina* 11. Maij 1689. *resp. 2.* quale sufficiens sit patrimonium, arbitrio Episcopi esse relictum, qui illud regionis more, & personarum qualitate, & conditione inspecta, constituit. Ac etiam in *Mutinensi* 28. Maij 1641. donationes, quæ fiunt pro constituendo patrimonio ad Ordines suscipiendos, esse debere in ea quantitate, quam Episcopus arbitrio suo necessariam esse iudicauerit ad vitam honestam sustentandam pro cibarijs, vestitu, & habitatione iuxta conditionem ordinandi. Idemque repetierit *in Placentina* 6. Iulij 1652. ad secundum, & in alijs sæpè. 20

Attamen, cùm receptissima omnium sententia sit, quòd Episcopus, cuius est præscribere, aut determinare sufficiens patrimonium ad honestam sustentationem Clerici 21

ordinandi, debeat suum arbitrium regulare, inspecta qualitate, & consuetudine locorum iuxta illorum diuersitatem, cùm quod sufficit in vno loco, in alio minimè satis erit ex traditis à Menoch. *de arbitr. lib.2. cas.206. num.12.* Vgol. *de offic. Episcop. d.cap.26. §.10. in princip.* & Boss. *tom.1. moral. tit.3. de ordin.* quoad titulum requisitum ad sacros suscipiendos, *§.9. num.33. post med.* Asserantque propterea in ijs diœcesibus, in quibus eatant constitutiones Synodales, taxantes certam illius quantitatem, eam pro lege attendendam, & obseruandam esse Sanch. *consil. moral. lib.7. cap.3. dub.35. num.6.* Boss. *d.num.33. in fin.* ac etiam testentur in Ciuitate Neapolitana eatare taxationem certam in annuo redditu ducatorum triginta sex, in alijs verò locis Regni ducatorum vigintiquinque, Garz. *de benef. par.2. cap.5. num.118.* ac Nouat. *in sum. Bullar. p.1. d. rubr. de ordinand. tit. num.20.* Non abs re videtur dicta iussio, quod singuli Episcopi per decreta synodalia statuant in suis Diœcesibus certam quantitatem patrimonij ordinandorum, quæ sola gaudeat illius priuilegijs, & fungatur vice tituli beneficialis.

22 Siquidem Concilium Tridentinum *dicta sess.21. de reformat. cap.2.* considerans, non decere eos, qui diuino ministerio adscripti sunt cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, statuit duntaxat, quod Episcopus inspiciat, an patrimonium ordinandi sit tale, vt ei sufficiat ad vitam sustentandam. Quare Bellarminus *ibidem in obseruat. doctrina, v. Ordinis dedecore pag.711. col.1.* diait, cuius statuit rationem finalem esse, ne ordinandus cogatur mendicare, sicque ignominiosè despiciatur, iuata verba D. Hieronymi *de diuers. Ordin. Eccles. cap.5.* relata *in c. Diaconi sunt cap.23. circa med. d.93.* quibus etiam vsa est Gloss. *c.1. v. Neminem, d.70.* in reddenda ratione statuti per Concilium Chalcedonense *c.6.* quod nemo sine titulo ordinetur in sacris.

23 Satis ergo ad terminos Concilij est, quod patrimonium sufficiat ad vitam sustentandam, ne Clericus cogatur mendicare cum dedecore sui status. Quo etiam respeaisse Canones antiquos, constat ex verbis *cap.2. in fin. de preb. Det illis vnde viuere possint*, ex Aleaandro III. in Concilio Lateranensi *c.5.* cuius mentio fit *eodem tit. in cap. si Episcopus 4.* ibi: *Nisi talis de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere*, ex Innocentio Tertio rescribente Episcopo Zamorensi *in cap. cum secundum 16. post med.* ibi: *vitæ necessaria congrue subministres*, & ea Bonif. VIII. *in c. si Episcopus 37. eod. tit. de preb. in 6.* ibi: *Vitæ necessaria ministrare*. Quibus perpensis Lotter. *de re benef. lib.1. q.2. num.24.* asserunt, huiusmodi patrimonium fungi vice tituli in ea parte, vt inde submoueatur periculum mendicitatis in Clerico.

24 Nec propterea desunt asserentes in illo taxando, solùm desiderari sufficientes victui redditus iuata consuetudinem regionis, ne ipsi ordinandi cogantur mendicare, nec esse inspiciendam qualitatem, & conditionem singulorum, adeòut ob illam augenda, vel minuenda sint quantitas patrimonij. Ij sunt Petrus de Ledesma *in sum. par.1. de sacram. par.7. de sacram. Ordin. concl.3.* inquiens probabiliorem, Garz. *de benefic. par.2. cap.5. num.114. & infra*, negans contrariam opinionem seruandam esse in praxi. Quia Concilium Tridentinum non exigit, quod ordinandus possit decenter viuere iuxta qualitatem in particulari, hoc est inspecta nobilitate, doctrina, alijsque huiusmodi talis ordinandi, sed iuxta qualitatem cuiuslibet Clerici in genere, itant non cogatur mendicare, Bonacin. *tom.3. de censur. in particul. disp.3. q.1. pun.8. num.10.* vbi tamen obseruat, hanc quantitatem non esse definiendam iuata gradum, nobilitatem, & statum ordinandi, sed simpliciter, atque ita vt talis quantitas assignetur, qua quis sustentari possit, Bossius *loco citato num.32.* testans de veriori; quia Concilium petit, vt cuilibet ordinando compareniur necessaria ad honestam sustentationem, habito respectu ad statum clericalem in genere, ne cogatur mendicare, non autem in particulari ad qualitatem, seu nobilitatem ordinandi, & Sanctarellus *var. resol. c.49. num.32.* idem ponderat, quibus accedit Nauarrus *de orat. miscellan.62. num.3. in fin.* indistinctè habens pro sufficienti ad Ordines sacros, omne beneficium annui valoris aureorum triginta, vel quadraginta, testando de communi obseruantia *sub num.7.* Ideòque Rota coram Comitulo *decis.70. sub num.7.* solùm negauit, sufficientem esse annuum redditum aureorum quindecim,

25 Vbi enim sufficiunt cuiuis personæ ecclesiasticæ scuta quinquaginta, cur permitti debet eaorbitans bonorum cessio, quæ luxum potius, quàm honestam vitæ sustentationem pariat? Hincque certa simulatio resultat. Quippe huiusmodi pinguiorum patrimoniorum constitutio, quæ tam à parentibus, quàm ab amicis in dies fit, dempta honesta clerici sustentatione, cedit in vtilitatem eorum, qui patrimonium constituerunt. Proindeque nil mirum, si registra Communitatum deficiant, & scandala quotidie oriantur. Et nihilominus Ecclesiastici Regia vectigalia, & publica onera defraudantes, tenentur ad seueram restitutionem, quod docuit Couar. *var. lib.1. tit. de restit. par.2. §.5.*

26 Atque idcircò iusta, & S. Concilio conformis erit prouisio, quod certa quantitas huius patrimonij clericalis per decreta synodalia taaetur ab Episcopis in qualibet diœcesi, eaque pro lege seruetur, quoad omnes, ita vt in exuperantia non sit locus illius priuilegijs.

27 Secundum remedium est, non admittere laicos ad clericatum sine delectu citra Ecclesiarum necessitatem, vel vtilitatem, consideratam à Tridentino *d.cap.2.* ibi: *Nisi illos, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum*, ac propterea eisdem Episcopis præcipere, etiam sub pœnis ecclesiasticis, quod omninò obseruent decretum eiusdem Concilij *sess.23. de reform. cap.16.* vt nullus ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco pro cuius necessitate, aut vtilitate assumitur, non adscribatur, vbi eius fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus.

28 Porrò Sacerdotis vilitas, contemptus, & irreuerentia apud populum, primum ex multitudine nimia, deinde ex indignitate, postremò ex vita palam scelerata, scandalosaque multorum huius sacratissimi Ordinis mihi pendere videtur. Multitudo hæc nimia necessariò etiam contemptum, vilipensionemque ingerit, sicut contra raritas pretium, æstimationem, admirationemque rebus facit. Contemptum, vilipensionemque auxit sine discrimine, sine iudicio, sine Ecclesiarum necessitate tam multorum ad tam sublimem gradum admissorum personalis indignitas, siue ætatem, siue prudentiam, eruditionem, cæteraque spectes, quæ ad tuendam apud populum dignitatem, authoritatem, æstimationemque pertinent. Auxit denique stipendiorum in tam multos tenuitas, aliorum autem velut acquirendi victus causa, sine stipendijs promotorum, necessariorum quoque indigentia; quamobrem mendicare alios videmus, alios verò in indignam Sacerdotibus seruitutem, officia, ac ministeria se abdicare laicis. Quod est contra decorum, & honestatem status clericalis, vt decernitur *in cap. Sacerdotibus ne Cler. vel Monach.* & in Conc. Carth.1. *c.6. in c. Credo 21. q.3.* & sancitum in Concilio Prouinciali Toletano, celebrato sub anno 1565. *c.18.* Non obstante contraria consuetudine, quæ tamquam irrationabilis non potest præualere contra legem, atque adeò tamquam corruptela est eatirpanda, vt etiam docent Diaz *in pr. c.6. num.3.* Farinac. *par.1. fragm. v. Clericus n.184.* Marth. *de iurisd. par.4. cas.116. num.8.* Reginald. *lib.30. pr. for. pœnit. tr.3. num.23.* ac Genuen. *in pr. cap.62. num.20. in addit.* Quæ res & optimorum quorumque, & verè Christianorum animos diu grauiter cruciauit, & iamdudum optarunt boni omnes huic velut capitali morbo seriò adhiberi efficax remedium ab ijs, ad quos hoc officium pertinet, quod in eo mihi consistere videtur, si raritate, ætate, eruditione quoque, & vita singulari, atque rerum æternarum decenti splendore, & affluentia pro tanti Ordinis decore, Sacerdotes recuperarent, & tuerentur deinceps Sacerdotij dignitatem, authoritatem, æstimationem, & reuerentiam apud populum, vnde præcipuè, nisi ego fallor, pendet nostræ Religionis dignitas, vigor, & efficacia, reuocata veteri, & publica disciplina Ecclesiæ, per quam hi deinceps continerentur in officio.

29 Tertium remedium est, statuere, quod Clerici primæ tonsuræ, & minorum Ordinum non deferentes habitum, & tonsuram clericalem, nec insimul inseruientes Ecclesijs, quibus in sua ordinatione adscripti fuerunt, postquam fuerint canonicè moniti à suis Episcopis, non potiantur beneficio immunitatis ab oneribus laicis pro suis bonis patrimonialibus, præsumendo etiam ea hoc, illos verè assumpsisse Clericatum in fraudem vectigalium, gratia tantùm sese ab illorum solutione eximendi quoniam li-

:cet

Digitized by Google

eet sententis negatiua, quod scilicet Clerici primæ tonsuræ, ac minorum Ordioum, oon habentes dicta requisita Concilij *sess. 23. de reform. cap. 6.* minimè siot immunes à vectigalibus, quam tenent Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 27. num. 14.* Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 19. q. 6.* Filliucius *tom. 1. tr. 16. cap. 11. num. 258.* Alterius *de censur. tom. 1. disput. 19. lib. 5. cap. 6. dub. 10.* Molphesius *in summ. tom. 1. tr. 6. cap. 10. nu. 65.* & *tom. 2. tr. 12. cap. 12. nu. 162.* Layman. *theolog. moral. lib. 4. tr. 9. cap. 6. num. 3.* Homobonus *in exam. Eccles. par. 1. tr. 7. cap. 29. q. 120.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9. cap. 25. nu. 376.* Coriolan. *in exposit. Bullæ Cœnæ Domini exam. 18.* Cenallos *de cognit. per viam violent. in proœm. cap. 27. num. 22.* & Cutellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 37. per tot.* non sit per se constans, quamquam probabilis dicatur à Graffio *in aur. dec. par. 1. lib. 2. cap. 125. num. 21.* Eteoim contrarium doceot Molina *de iust. & iur. tom. 3. disp. 270. num. 2.* Lessius *eod. argum. lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 38.* Malderius *2. 2. tr. 5. cap. 6. dub. 8.* Garzias *de benef. par. 2. cap. 2. 3. nu. 5. in fin.* Torreblanca *in defens. lib. de Mag. cap. num. 69.* & Diana *par. 1. tr. 2. resolut. 36.* ac respondit S. Congregatio in epistola relata per Comitulum *respons. moral. lib. 6. quæst. 20.* & declarauit sæpiùs S. Congregatio Immunitatis, præsertim in Pennensi 21. Martij 1646. inquiens, Clericos in minoribus esse eaemptos à collectis, etiam si non inseruiant Ecclesiæ. Et S. Congregatio super Episcopis 24. Ianuarij 1631. his verbis: *Clericos non inseruientes Ecclesijs non potest Ordinarius immunitate à gabellis, & alijs oneribus laicalibus priuare, sed ijdem Clerici, nisi inseruiant, ac habitum & tonsuram Clericalem deferant, aut beneficium ecclesiasticum obtineant, priuilegio fori non gaudent.*

30 Nec pariter scribentes coouenjunt, vtrum assumentes habitum clericalem in fraudem duntaxat vectigalium sint ab eis immunes, id absolutè negantibus Prospero de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum Bullar. 11. Vectigal. limit. 1.* auctoritate *l. qui sub prætextu, C. de sacros.* Coriolan. *in l. excomm. 18.* & Cutell. latè *d. lib. 2. cap. 44.* sub distinctione verò Duard. *in comment. ad d. Bullam Cœnæ lib. 2. d. can. 18. quæst. 7. ex num. 2.* nempe, quod sint immunes, dummodo seruiant in diuinis, licet non habeant inteotionem perseuerandi in Clericatu, nec suscipiendi Ordines sacros, secus autem si ipsum habitum clericalem assumpserint absque vlla intentione promouendi se ad clericatum; prout etiam si prima tonsura initiati nullo modo seruiant in diuinis, cùm siot Clerici oomine tantùm, non re, qui propterea non debent eorum priuilegio gaudere, & simpliciter affirmante, quod tali immunitate gaudeant in omni casu *par. 1. tom. 2. resol. 43.* quia cùm verior sententia sit ad huiusmodi immunitatem non esse Clericis necessaria requisita Concilij, loquentis de solo priuilegio fori, eorum defectus non videtur attendendus.

31 Nihilominus, quia esto, illæsa veritate, nouum ius Concilij loquatur solùm de priuilegio fori, adhuc viget ius antiquum ab Honorio III. expressum *in cap. fin. de vit. & honest. Cleric.* quod si tales Clerici ter moniti à suis Ordinarijs non resipuerint, sed prætermissis diuinis officijs, laicalibus institerint, subiaceant statutis, & consuetudinibus patriæ, cùm priuilegium clericale ipso facto abijciant, & idcircò eius clypeo defendi non debent. Ideòque, trina monitione præcedente, non videtur dubitandum de iustitia huius statuti prouisionalis, cùm certum sit, ter monitos non resipiscentes priuilegium clericale simpliciter amittere quoad omnia; sicut nouissimè docet Thomas del Bene *de immun. tom. 1. cap. 5. dub. 3. sect. 2. num. 7.* post alios, quorum meminit præcedenti *sectione 1. num. 5.*

32 Et sanè ex clara dispositione Sacri Concilij Tridentini *d. sess. 21. cap. 2. de ref.* ibi: *Statuit S. Synodus, ne quis deinceps Clericus sæcularis quamuis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promoueatur, nisi legitimè constet eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere &c. patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perfecto patrimonium illud &c. verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustinendam satis sint, &c.* duo præscribuntur. Primum versatur in qualitate personarum. Secundum in quantitate redditnum ad honestam sustentationem. Rursus primum requirit Ordinem sacrum. Secundum veram possessionem beneficij, vel patrimonij congruentis, quod Concilium ordinauit ea finali causa, vt dictum, ne qui diuino ministerio adscripti sunt cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere cogantur. Quæ quidem causa finalis satis desumitur ea verbis præfationis *l. fin.* vbi Bart. *ff. de hered. Instit.* Rot. coram Butat. *decis. 377. num. 3.* proindeque bona in patrimonium Clericis minoribus attributa non debent esse immunia à collectis, & oneribus impositis ratioue publicæ vtilitatis. Quod etiam indicant instrumenta, quæ conficiuntur in huiusmodi patrimoniorum constitutionibus, nempè quo faciliùs ad sacros Ordines promoueri valeant. Ergo donec sacros Ordines susceperint, & est illis libera facultas statum ecclesiasticum, vel sæcularem eligendi, non conuenit immunitas a publicis oneribus. Qualitas namque requisita per S. Concilium in personis constitutis in Sacris non est apta comprehendere eos, qui non sunt tales *ad text. in l. 3. §. filius,* vbi Bar. *sub init. & num. 2. ff. de lib. & posth.* Rot. in Romana concordiæ coram Cardin. Pancirolo 16. Decembris 1636. *§. nec obstat.* Neque dipositum sub certa qualitate extendi debet ad diuersa, Abb. *cons. 115. lib. 2.* Roman. *consil. in princ.* Add. ad Seraph. *dec. 158. in fin.* Iniquum enim videtur sub istis electione, & status incertitudine illos cum aliena iactura locupletari.

Quartum remedium sit, quod oimirum Ordinarij in 33
cognosceodis fraudibus, & abusibus commissis aduersus æstimum nullatenus impediantur per inhibitiones, quæ consueuerunt concedi ab Auditore Cameræ, ac vt remedium præstò sit, potest alterum ex duobus fieri, vel dictis Ordinarijs scribere, vt in eiusmodi causis procedant. non obstantibus inhibitionibus Auditoris Cameræ, sicut eisdem rescripsit S. Congregatio Immunitatis anno 1652. ac aliàs sæpè, vel saltem ipsis inhibitionibus Auditoris Cameræ inserere hanc, vel similem declarationem, nempe; *Ita vt præsens inhibitio non sufficiat in causis iudicialiter introductis, vel introducendis coram Ordinarijs in prima instantia iuxta formam Concilij Tridentini.*

Nam cùm etiam Auditor Cameræ sit comprehensus in 34
decreto eiusdem Concilij *sess. 24. de reform. cap. 20.* ne scilicet suis inhibitionibus impediat cognitionem ordinariam in prima iostantia, Ricc. *in prax. resol. 126. par. 2.* & ante eum Diaz de Mena *var. quæst. lib. 1. q. 12. num. 8.* consulendum profectò est altero ex modis prædictis quoad primas instantias. Quod verò ad appellationes pertinendum in alijs decretis, quod Episcopi, quibus inhibetur, per suas literas reddant certiorem Auditorem Cameræ de qualitate, ac momentis causæ non admittentis moram io eaecutione iudicati, missis eaemplis inhibitionum, & Auditor Cameræ illis rescribat, quod in tali causa procedant ad executionem, non obstante sua inhibitione in suspensiuo, & solùm firmo manente deuolutiuo, quod vti iustum, æquum, & honestum non poterit exemplo nocere. Quare S. Congregatio Immunitatis sub die 27. Februarij 1658. Nuncio Taurinensi in bunc modum scripsit. *Essendosi compiaciuta la Santità di Nostro Signore col parere della Sacra Congregatione deputata per prouedere ad alcuni supposti abusi di cotesto Stato di dargli ordini opportuni, che si contengono nell' accluse lettere sopra i patrimonij troppo eccedenti, che si assegnano à' Cherici, dourà V. S. far capitare fidatamente alle mani di tutti gli Ordinarij di cotesto Stato gli ordini accennati, acciò che si conformino in esequirgli con i prudentissimi sensi della Santità Sua, mentre à V. S. mi offero di cuore.* Literæ autem circulares eiusdem S. Congregationis Ordinarijs Status Sabaudiæ sub dicto die, & anno directæ, sunt huiusmodi: *Per dare opportuno rimedio ai pregiudicij, che si presuppone riceuino le Comunità, e i laici di cotesto Stato per i patrimonij troppo eccedenti, che molti assegnano a i loro figliuoli, fratelli, ò altri parenti, col fine di sottrarre i beni assegnati à medesimi dal pagamento de' pesi publici, la Santità di Nostro Signore, inteso il parere di questa S. Congregatione, deputata per prouedere a simili abusi, hà ordinato, che s' incarichi à V. S. d' auuertire diligentissimamente per quanto spetta alle persone suggette alla sua giurisditione, che i detti patrimonij ecclesiastici non eccedano la quantità sufficiente conforme al S. Concilio di Trento, cioè secondo il giudicio di lei, e la conditione, e la qualità delle persone ordinande. Eseguisca perciò con somma accuratezza, e prego à V. S. ogni bene.* Quin Sanctissimus in Audientia sub die 20. Martij eiusdem anni iussit Secretario S. Congregationis Immunitatis, vt scriberetur Nuncio Taurinensi in bunc tenorem.

Volen-

Digitized by Google

Volendo la Santità di Nostro Signore prouedere, che dagli Ordinarij si proceda, come di ragione sopra le fraudi, che si suppone commetersi nelle donationi, & altri contratti, che si fanno à fauore di persone ecclesiastiche in pregiudicio delle Communità, e de' laici, e che l'inhibitioni di Monsignor Auditor della Camera non habbiano da impedire, che gli stessi Ordinarij non procedano in prima instanza secondo la dispositione del sacro Concilio di Trento nel cap. causa omnes 20. sess. 24. de reform. intese il parere della sacra Congregatione deputata à prouedere à simili abusi, hà ordinato, che col mezo di V.S. si faccia sapere agli stessi Ordinarij: che presentandosi costì le sudette inhibitioni, anche in vigore della Bolla in Cœna Domini, essi medesimi ne scriuano al sudetto Monsignor Auditor della Camera con l'aggiunta d'vna copia semplice di dette inhibitioni, accioche senza tela giudiciaria, e speditamente egli possa dar loro opportuno rimedio. E così douranno anche eseguire quando si presenteranno inhibitioni del medesimo Tribunale in grado d'appellatione delle loro sentenze nelle stesse cause per sospendere la loro esecutione: poiche transmettendo à Monsignor Auditor della Camera la copia di esse con vna breue informatione de' meriti della causa, riceueranno da lui spedita risposta col douuto prouedimento. Idem obseruatum, ac scriptum fuit Episcopo Comensi, & Nuncio Apostolico apud Heluetios sub die 13. Nouembris 1668. & in vna Alexandrina pro Clero Castellaccij die, & anno præfato.

35 Quoniam verò honesta, ac vtili consultatione deuoluti sumus, placet paulisper huic rei insistendo alias resolutiones eodem pertinentes proponere, in quibus primo loco annumerabo casus in quibus haud dubiè debetur Ecclesiasticis immunitas à quibusuis oneribus. Secundò loco producam casus illos, in quibus Ecclesiastici iure concurrere debent cum laicis. Tertiò afferam casus, qui ex opinionum varietate dubij sunt, ac sub Iudice, ex quibus inferre liceat, quod sicuti Sedes Apostolica intendit præseruare Ecclesiasticos ab oppressione laicorum, ita etiam iuri consonum est, quod prouideat iustis eorumdem querelis contra Ecclesiasticos, alioquin numquam perturbatio, atque confusio iurisdictionum euitari poterit.

36 Primò igitur personæ ecclesiasticæ sunt immunes à cunctis oneribus merè personalibus, ijsque præcipuè, qui ministerio immediato personæ absoluuntur, non solùm quia personæ ecclesiasticæ distrahi non debent à cultu diuino, sed quia, deficiente in Principe sæculari iurisdictione ordinaria in personas ecclesiasticas, nullatenus cogi possunt à potestate sæculari ad illa onera subeundum.

37 Secundò sunt pariter immunes ab omnibus ijs oneribus, quæ non habent certam, ac determinatam præstationem, quæque imponuntur præcipuè personis in considerationem suarum facultatum, ac bonorum, vt sunt exempli causa, militaria, subsidia, focus, & alia huiusmodi, quæ non imponuntur bonis in catastro descriptis, nec ratione soldi, aut libræ.

38 Hæc tamen propositio limitari debet, atque restringi in casibus, in quibus agitur de communi, ac publica vtilitate, vel defensione, & quando facultates laicorum non suppetant, ita vt soli nequeant onera sustinere, cuius cognitio spectat ad Iudicem ecclesiasticum, illiusque est declarare, an vtilitas, atque necessitas sit eiusmodi, quæ valeat obligare Ecclesiasticos ad contributionem.

39 Tertiò sunt etiam immunes ab omnibus vectigalibus pro se, suisque famulis, ac domesticis, qui eorum personis sunt necessarij. Idque cum limitatione primò in casibus necessitatis, & communis defensionis, durante necessitate. Secundò in vectigalibus impositis pro perpetua, & communi vtilitate. Tertiò, in illis vectigalibus, quæ ex antiqua consuetudine soliti sunt soluere.

40 Quartò Ecclesiastici sunt quoque immunes pro bonis antiquis spectantibus ad suas Ecclesias, quæ bona non reperiuntur descripta in libris censualibus; neque obligata ad solutionem onerum realium, certorum, inuariabilium. Pro quibus bonis debent præseruari immunes ab omnibus oneribus, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs cum limitatione tamen, & restrictione in casibus communis vtilitatis, & necessitatis publicæ, & quando facultates laicorum non sufficiant.

41 Quintò debetur immunitas Ecclesiasticis pro portione bonorum patrimonialium, siue pro titulo patrimoniali, quo ab Episcopo ad Ordines sacros admissi sunt, ita vt à die ordinationis, & erectionis huiusmodi patrimonij sint immunes ab omnibus oneribus imponendis, atque impositis pro quacumque causa, exceptis duntaxat certis, & inuariabilibus, ac illis, quæ proueniunt à debitis, alijsque contractibus ante erectionem patrimonij initis. Et in hac re, cùm in dies committantur fraudes, obseruandum videtur primò, quod si fundari possit patrimonium super bonis non descriptis, non debeat Episcopus in ijs illud instituere, nisi in casu, quo constaret, non posse æquè constitui in toto, vel in parte, quin fundetur in bonis descriptis. Secundò, quod erectio patrimonij admittatur statim, atque ad primam tonsuram sint promoti, vt honestè viuere possint. Tertiò, quod limitetur in qualibet Diœcesi certus numerus Clericorum, ac Presbyterorum. Quartò, quod ordinatis ad titulum pensionis, vel beneficij ecclesiastici non possit deinceps patrimonium assignari. Quintò, quod ordinati ad titulum patrimonij in casu, quo prouisi fuerint pensione, vel beneficio sufficienti, debeant pro bonis patrimonialibus concurrere ad bona eo modo, quo concurrunt laici, & patrimonium vniatur catastro, vt anteà. Sextò, quod patrimonium taxetur iuxta personarum qualitatem, quæ in tres classes distingui poterit, in nobiles, in honestiores, in plebeos, qui inspecta conditione Regionis honestè viuent, maximè si, vt debent, inseruiuerint Ecclesijs, & Missæ sacrificium celebrauerint. Septimò, quod Episcopi in erectione huiusmodi patrimonij procedant cum assistentia tantùm Syndicorum illorum locorum, in quibus bona posita sunt, ne sequatur æquiuocatio in qualitate personæ ordinatæ, & in æstimatione redditus bonorum assignatorum, neue indirectè filij, & fratres sæculares priuentur ea portione, quæ à lege illis præseruatur. Item curent publicè denunciari assignationem factam in patrimonium ecclesiasticum, vt infra certum terminum quælibet persona cuius res agitur se opponere, atque suas rationes allegare liberè possit.

Hactenus de immunitate bonorum, quæ spectat ad Ecclesiam, & Ecclesiasticus. Nunc contra adducam casus illos, in quibus Ecclesiasticos ad onera laicorum teneri aliqui volunt. 42

Et primò tenentur ad onera, & seruitia feudalia quotica à Principe laico, vel ab alijs iurisdictionem, ac bona feudalia habent, ac possident. Idem dicitur de canonibus ciuilibus, siue præstationibus certis, & cohærentibus bonis possessis. Secundò tenentur ad onera tam ordinaria, quàm extraordinaria quoties per modum contractus, vel vltimæ voluntatis bona ipsis peruenerint cum obligatione apposita ab illis, qui ea acquisiuerant dicta onera soluendi. Tertiò tenentur Ecclesiastici, quibus ex quouis titulo bona in æstimo descripta peruenerint, ad solutionem onerum certorum, & inuariabilium institutorum, antequam bona eidem solutioni obligata, peruenerint ad ipsos Ecclesiasticos. Quartò tenentur ad onera tam ordinaria, quàm extraordinaria coloni bonorum Ecclesiasticorum pro portione colonica tantùm, ita tamen vt non aggrauentur magis quàm coloni sæcularium. Quod intelligi debet quoad onera realia, siue mixta. Nam quoad onus seruitij personalis verior opinio est, non posse à Principe laico euocari à cultura bonorum Ecclesiasticorum ad militiam, aliaque munia, ex quibus notabiliter eadem cultura impediretur, atque adeò gaudere immunitate ecclesiastica, exceptis tamen casibus absolutæ necessitatis. Quintò tenentur ad onera eo modo, quo dicebatur de colonis, conductores bonorum Ecclesiasticorum pro rata vtilitatis, quam verisimiliter possint percipere à conductione bonorum, dummodo tamen non sint ad hunc effectum onerata à locatoribus bonorum laicalium. Sextò tenentur ad onera ordinaria, & extraordinaria possessores laici bonorum emphyteoticorum, & liuellariorum Ecclesiæ, possuntque cogi ad illa assignandum catastro, si non fuerint in eo descripta, aduertendo tamen quod debent in descriptione æstimari tantò minoris, quantò onus canonis, vel liuelli, quod Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis soluitur, æstimetur.

Has propositiones quod ad colonus, conductores, & emphyteutas bonorum Ecclesiasticorum adeò veras esse aiunt, quod ne valeat quidem pactum appositum in eorum concessionibus, quo Ecclesiastici obligantur illis ab his oneribus releuaturos, etiamsi ijs cederent iura suæ immunitatis. Et licet hasce tres propositiones aliqui non in- 43

firmæ

Digitized by Google

fimæ notæ Doctores impugnent, nihilominus, accedente consuetudine vniuersali Regionis, in illis est persistendum.

44 Restat nunc examinare casus, qui probabiliter controuertuntur in hac materia immunitatis, quique ex iam dictis ad vnam quæstionem reduci possunt, nimirum, An bona perpetuò obligata catastro, quæ transeunt ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos reddantur immunia ab oneribus incertis, extraordinarijs, & variabilibus, an verò transeant affecta obligatione dictorum onerum virtute hypothecæ contractæ, ac dependentis ab eorum descriptione.

45 Hæc controuersia duas inspectiones principales amplectitur. Prima est quod ad bona descripta, quæ transeunt ad Clericos, aliasque personas ecclesiasticas. Pro cuius resolutione quatuor casus considerari possunt.

46 Primus est, quando ex consuetudine inductum est, quod ex bonis descriptis Ecclesia, & Ecclesiastici soluant, & contribuant eodem modo, quo contribuunt laici. Et in hoc casu, quamuis non parua sit controuersia, tamen non minus vera, quàm communis videtur esse illa opinio, quæ vult Ecclesiam, & Ecclesiasticos non teneri ad onera etiam variabilia, & incerta. Proindeque in ijs locis, in quibus hæc consuetudo probatur, non possunt Syndici, & Communitates manuteneri in possessione bona eiusmodi collectandi cogendo eos per sequestrationem fructuum, vel apprehensionem fundi descripti.

47 Secundus casus est, quando in locis adsunt statuta, in quibus disponitur, quod omnia bona descripta sint hypothecata pro oneribus præsentibus, & futuris. Hic casus valdè controuertitur à Doctoribus. Negari tamen non potest, quin, si Doctorum numero innitamur, communior sit opinio, quæ sanet immunitati ecclesiasticæ, licet ex rationum momentis contraria opinio sustineatur, præsertim ex auctoritate Bartoli, quem plerique sequuntur.

48 Tertius casus est, quando in actu registrationis ipsi bonorum domini ea submiserunt pacto, & obligationi expressè, ac perpetuæ hypothecæ. Casus autem iste minorem patitur difficultatem. Nam vinculum obligationis, quod prouenit ex pacto apposito à priuatis dominis in ipso actu registrationis rerum suarum est fortius illo, quod induci potest à lege, cuius vis sæpè imbecillis est defectu iurisdictionis in personam non subditam.

49 Quartus casus magis dubius est, quando sumus in puris terminis registrationis perpetuæ, vel consuetudinis, nec constat, an interuenerit pactum cum obligatione expressa. Et in hoc si sequi debemus communiorem opinionem, negari non poterit quin longè maior sit numerus Doctorum sequentium opinionem, quæ fauet immunitati ecclesiasticæ quoad onera incerta, & variabilia, supponentes, quod hypotheca legalis, quæ oritur à registratione bonorum, nequeat operari in hoc casu, nec radicari tamquam accessoria obligatio incerta, & secundùm ipsos non emissa ante impositionem oneris. Attamen non videtur arduum eiusmodi fondamentum euertere, opinionemque contrariam ex principijs legalibus sustinere; ideòque hac in re desideratur concordia.

50 Secunda inspectio principalis concernit bona patrimonialia Clericorum, intelligendo pro bonis patrimonialibus ea, quæ ab ipsis possidentur præter illa, quæ habent in titulum patrimonij. Hic casus apud laicos minorem difficultatem inuoluit. Nam plerique Doctores sustinent, quod personæ ecclesiasticæ non debeant gaudere immunitate pro suis bonis patrimonialibus regestis, cùm non sint hæc bona perpetuò ecclesiastica. Et licet hæc opinio communiter reprobetur; nihilominus aiunt, teneri Ecclesiasticos ad onera in hoc casu, quando quoad eorum bona patrimonialia ex consuetudine semper obseruata, illa soluerunt. Nec dici poterit hæc consuetudo interrupta ex actibus Episcoporum: quia cùm non sustineatur in iure, non debet in ipsis aliquod fieri fundamentum legale ad excludendum iura tot pupillorum, viduarum, aliarumque personarum miserabilium, cùm non possit imputari culpæ Syndicorum, ac Ministrorum Reipublicæ, si ad euitandas censuras ecclesiasticas contra eos fulminatas, tolerarunt aliquando, etsi non absque exclamationibus, eiusmodi grauamina, quorum remedio insistunt.

51 Addunt, quod cùm Immunitas sit inducta, vt personæ ecclesiasticæ possint decenter, ac honestè viuere sine decore status, cessat hæc consuetudo in bonis patrimonialibus, dummodo ipsis obseruetur Immunitas pro patrimonio, ad cuius titulum sunt Ordinibus initiati. Vnde cùm Clerici prouideri debeant suo patrimonio, vel beneficijs ecclesiasticis, nequit dari casus, quo mendicent, & consequenter cùm habeant vnde honestè viuant, tenentur ex alijs bonis concurrere ad onera pauperum sæcularium, quorum facultates in dies insumuntur.

Hæc pro remedijs ex bono, & æquo addusimus. Quid autem de rigore iuris sentiendum sit, alibi disseruimus.

CONSVLTATIO III.

An Magistratui sæculari competat locus, & quidem dignior intra Presbyterium?

1 Negatiuè respondemus, huiusmodique prætensionem iudicandam esse irrationabilem, atque adeò damnandam probauimus *tomo primo*.

2 Nec dici potest, quod id solùm procedat respectu Episcopi, non autem Canonicorum. Quia cùm Capitulum vnum corpus constituat cum Episcopo, *cap. Nouit, & cap. Quanto, de his, quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit.* necessariò sequitur, quod Canonici sint etiam participes honoris, ac præcedentiæ, quia tamquam membra connectuntur suo capiti, Felin. *in cap. Pastoralis num.* 10. *de offic. de leg.* Rota *in Cæsaraugustana Synodi* 13. Februarij 1626. post Massobr. *de Synodo num.* 3. *cum seqq.* & in alia Cæsaraugustana præcedentiarum 29. Nouembris 1627. coram Coccino post Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *decis.* 113. *num.* 3. & in terminis coram Gregorio XV. *decis.* 284. *num.* 3. *&* 4. vbi quod idcircò membra præcedere debeant eos omnes, quos eorum caput præcedit.

3 Neque obstat, si Episcopus non sit præsens. Nam adhuc Canonici sunt membra ipsius, vt capitis, *d. cap. Nouit.* Est autem inconueniens, & contra ordinem, quod membra disiungantur à capite, *c.* 1. *d.* 12. Et proinde nullus inter caput, & membra inseri potest neque ordine naturali, neque legali, vt notant Monach. *in cap. Romanus, n.* 9. de *sent. excomm.* & Menoch. *cons.* 52. *num.* 140.

4 Et ob hanc rationem, quia Cardinales dicuntur fratres Summi Pontificis, *cap. Fundamenta, de elect. & cap. Felicis, §. fin. de pœnis. in 6.* & notant Menoch. *cons.* 257. *num.* 25. Paris. *lib.* 3. *de resign. benefic. quæst.* 1. *num.* 71. *& lib.* 5. *q.* 6. *num.* 90. Et quia sunt pars corporis Pontificis, sicut Canonici Episcopi, vt obseruant Monach. *in cap. Ad succedendos, num.* 4. *de schism. in 6.* Abb. *in d. c. Nouit.* & proinde sunt inuiscerati Summo Pontifici, Hostien. *in cap. Antiqua, nu.* 5. *de priu.* Præpos. *in cap. Quamquam, n.* 13. 2. *quæst.* 7. dicuntur habere identitatem cùm ipso, Io. Andr. *in cap. Raynuntius nu.* 12. *de testam.* Iacobat. *lib.* 1. *de Concil. n.* 122. Ideòque præcedunt omnes Prælatos, etiam Patriarchas, etiam si non sint cum Summo Pontifice. Quia inter fratres non datur locus medius, nec inter membra & caput fit separatio, vt rectè animaduertit Menoch. *d. cons.* 857. *n.* 25. Homobon. *de statib. hum. vit. par.* 1. *cap.* 7. *§. Sunt autem,* Dec. *in cap. Ad præsentiam, de appellat.* citans Abbatem, Cardinalem, & Andream Siculum, traditque Cassan. *in Catalog. glor. mund. par.* 4. *consider.* 10.

5 Quæ ratio connexionis maximè in præsenti est attendenda, vt euitetur deformitas, si à capite membra diuiderentur, quod absurdum necessariò sequeretur, si Canonici non gauderent eodem iure præcedendi respectu laicorum, ac ipse Episcopus ex Felino citato, *& d. decis.* 113. post Tamburin. *num.* 9.

6 Neque solùm maioritas dignitatis ecclesiasticæ, sed etiam natura ipsius loci resistit intentioni Magistratus. Nam in Presbyterio non toleratur, quod laici locum habeant inter Clericos, *cap.* 1. & ibi *Glos. de vit. & honest. Cleric.* ibi: *Quando sacra mysteria celebrentur, stare, vel sedere inter Clericos non præsumant:* & *cap.* 1. *de cohab. Cler. & mul. in fine,* ibi: *Prohibendum quoque est, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare, siue sedere.*

Idque etiamsi mulier sit Princeps. Quia textus allegati vniuersaliter loquuntur, & aliàs dignitas illa mulieri non dat aliquam præeminentiam, quæ pertineat ad ordinem ecclesiasticum, aut quæ extrahat aliquo modo à statu laicali.

Digitized by Google

cali; ac proinde neque operatur, quod possit admitti intra locum, in quem conuenit Clerus ad celebranda diuina officia, cùm sit aliquo modo communicate cum ipso in ordine hierarchico. Quin hoc obseruandum est etiam quoad Reginam ex eadem ratione, quod nimirum non debeat communicare cum ministris altaris in loco destinato pro ministerio eiusdem altaris. Et quia sublimitas dignitatis ipsius non concernit aliquo modo ordinem hierarchicum Ecclesiæ, ideòque non dat, vnde ministris altaris associari possit in loco. Vnde etiam in Ceremoniali Romano *lib.1. sect. 13. cap.3.* vbi agitur de receptione Reginæ dicitur: *In Ecclesia fiat ei suggestum ornatum extra, & prope Capellam, vbi cum suis ancillis possint stare, & audire Missam, & cum Diaconus thuris suffitu excipit Cardinalis, Reginam Acolythus vnus eodem modo excipiat.* Ex quibus constat, quod non detur ei locus, vbi existunt ministri Ecclesiæ, neque honor thuris ei exhibetur à Diacono. Quare generatim id laicis prohiberi, tradit Lotter. *de re benef. q. 13. num. 20.* Daniel de Nobil. *disput. 60. num. 26.* & disponitur in Ceremon. Episcop. *lib. 1. cap. 13.* ne scilicet Ordo ecclesiasticus peruertatur, vtque euitetur confusio, ac deformitas, quæ resultat ex commixtione sæcularium cum Clericis, *c. vlt. 89. d.* Menoch. *cons. 126. num. 5.* Gratian. *cap. 845. num. 3.* Daniel *d. disput. 60. num. 43.* Rota *decis. 310. num. 1. & 7. in fin.* coram Greg. XV.

Vnde etiam patroni, quibus de iure debetur honorabilior locus in Ecclesia, admitti non debent inter presbyterium ex mente S. Congregationis, vt dixit Rota *in Valentina Capellæ* 5. Martij 1599. coram Iusto, *& in Burgensi sepulturæ de Villadiego* 5. Maij 1603. coram Lancelloto.

7 Minus obstat, quod hæc procedant, quando à Canonicis, alijsue Clericis celebratur missa in altari, vel alia diuina officia peraguntur, non autem si alijs actibus exercitium sacrarum functionum non impedientibus laici intersint, vt si assisterent Legatis Apostolicis, illosque associarent, & id genus alia. Quo casu cùm non vigeat ratio impedimenti diuinorum, non habet locum prohibitio Canonum, vt probant post Abb. & alios Lotter. *de re benef. lib. 1. cap. 13. n. 27.* Daniel de Nobil. *disp. 60. num. 37.* Francis. *de Eccles. Cathedral. cap. 5. num. 43.* Ac præsertim quando locus, in quo stant, sedentque, verè non est illud Presbyterium, quod intelligunt textus *in cap. 1. de vit. & honest. Cler.* alijque Canones, loquentes de hac materia. Nam tempore, quo editi fuerunt, Altare maius ædificabatur ordine inuerso. Respiciebat enim partem interiorem Chori, & celebrans sacrificium agebat ad populum versus, sicuti adhuc visuntur altaria Basilicarum Vrbis, & Ecclesiæ S. Laurentij in Damaso, S. Marci, S. Mariæ Transtyberim, S. Clementis, S. Cæciliæ. Quæ pars Chori solebat claudi cancellis, & altera pars stabat post altare, quæ pariter cancellis multis in locis claudebatur, vt declarat Gloss. *in dicto cap. 1. vers. sed pars illa*, Hostien. *num. 5.* Butr. *num. 1.* Imol. *num. 8.* Abb. *num. 3.* & ita dictum textum intellexit Rota *in d. Valentina Capella*, §. *Quod si constaret*, vbi per Presbyterium intelligit Chorum. Et ideò Canones vetantes laicis ingredi Presbyterium, intelliguntur de illa parte Presbyterij, quæ erat in Choro, clausa cancellis, in qua Clerici celebrabant, non autem de parte exteriori, quæ, licet esset & ipsa clausa cancellis, & prope altare, attamen non habeat hanc prohibitionem, & laici in ea stare, ac sedere poterant. Atque hinc patet, quod rigor Canonum, arcens laicos à Presbyterio procedit, vbi Presbyterium est in Choro iuxta morem antiquum, in quo diuina officia celebrantur. Idque vel maximè si accedat obseruatio diuturna, nempe si Magistratus laicos stat, vel sedet è conspectu soli Episcopi, vbi Altare est constructum eo modo, quo hodie construitur, Quæ obseruatio, quicquid sit, an possit tribuere ius sedendi in Presbyterio, potest haud dubiè deseruire ad declarandum, quæ pars sit intelligenda pro Presbyterio celebrantium, & quinam sit locus non impediens functiones ecclesiasticas, ad notata post Alex. *cons. 8. num. 7. lib. 1.* Crescent. *decis. 1. de constit.* Crauet. *cons. 118. num. 2.* Decian. *cons. 51. num. 51. lib. 2.* Rot. coram Caualerio *decis. 497. num. 5.* Burat. *decis. 647. num. 11. & in recent. dec. 438. num. 3. par. 1. & decis. 14. num. 5. par. 7.* Et licet consuetudo, quando est irrationabilis, non attendatur, cùm potiùs dicatur corruptela; nihilominus id non obtinet in Magistratu insigni, & de maioribus, vt censuit S. Rituum Congregatio in vna Patauina, relata per Barbosam *apost. decis. 462. num. 8.* & docemur exemplis, dum in Capella Pontificia Oratores Regum, alijque Principes sæculares intersunt Presbyterio, & Oratores Ferrariæ, ac Bononiæ præferuntur Prælatis Referendarijs, & Auditoribus Rotæ in thurificationibus, in distributione candelarum, & palmarum, ac in osculo pacis, Quod fortiùs, & absque dubio procedit, quando agitur de actibus particularibus, & non continuis, in quibus parum interest, quod minor maiori præferatur, iuxta distinctionem Rotæ 964. communiter receptam, & Add. ad Gregor. *decis. 310. num. 10.*

8 Hae, inquam, minus obstant, quia commentitia sunt, siue consideretur ritus antiquus, siue recens Ecclesiæ, quæ semper hunc laicorum abusum suis censoris vel coercuit, vel damnauit. Authores autem aliquos recentes, qui aliter sentiunt, Ecclesiæ vetustis moribus apparet non interfuisse, nequidem legendo. Etenim Chorus, ait Augustinus *ad Psal. 149.* est consensio canentium, vel auctore Isidoro *lib. 1. de Eccl. offic. cap. 3.* est multitudo canentium, qui ab imagine dictus est coronæ, & ex ea ita vocatus. Quod planiùs, & apertiùs explicat Rabanus Maurus *lib. 1. de instit. Cleric. cap. 33.* & Ammalar. Fortun. *lib. 3. de Eccles. offic. cap. 3.* his verbis. *Dictus est Chorus, quod initio in modum coronæ circum aras starent, & ita psallerent.* Vnde & ecclesiasticus liber scribit, stantem Sacerdotem ante aram, & in circuitu eius coronam fratrum. Chorus igitur hac in parte pro loco, in quo Clerici psalmos, hymnos, & laudes diuinas cantare & psallere solent, vt alibi sæpè, contineos pro contento, & ab altari, necnon ab ea parte Templi, in qua populus adstat, secerni solet, vt in Concilio Toletano 4. c. 17. eo videlicet ordine, vt Sacerdotes, & Leuitæ ante altare communicent, in Choro Clericus, extra Chorum populus. Et in Concilio Turonensi 2. c. 3. pars illa, quæ à cancellis versus altare diuidetur, choris tantùm psallentium pateat. Clericorum locus iste Diaconium appellatur, eò quòd Diaconus ibi ministret, vt constat ex *cap. non oportet, d. 23.* Dicitur etiam Sacrarium, *cap. In sancta, de consecr. d. 1.* aduertitque Gloss. *in d. cap. 1. v. sed pars illa, de vit. & honest. Cler.* ac Presbyterium vocatur *in can. Sacerdotum, de consecr. d. 2.* Presbyterium enim ibi referri non potest ad Sacrarium, seu Altare. Nam ibi expressum agitur de loco, in quo Sacerdotes, & reliqui Clerici consistunt. Reliqui enim Clerici non ingrediuntur Altare, seu Diaconium. Solis enim Presbyteris, & Diaconis id concessum fuerat c. 21. Laodic. Concil. *can. Non oportet, d. 23.* Cæterùm vetus mos fuit Clericos à laicis cancellis secernere in Ecclesia, *d. c. Sacerdotum*, qui S. Clementi adscribi solet, Synod. Turon. *2. c. d. 4. cap. 1. de vit. & honest. Cler.* Burchar. *lib. 3. Decret. cap. 102.* Anselm. *lib. 1. c. 78.* Iuo *par. 2. cap. 137. c. 69.* qui sub Synodi Trullanæ nomine circumfertur prohibet eos, qui sunt in laicorum numero in altare ingredi. Hieronymus item *lib. 15. ad Ezechiel. cap. 45.* enarrans verba illa, *fabricati sunt limen suum iuxta limen meum*, addit, *vt nihil interesset inter sacrum & profanum, & postes suos iuxta postes meos*, vt vous laicorum, & Clericorum esset *introitus*. Vnde & Apostolus dicit: *Probet autem se homo, & sic accedat ad corpus & sanguinem Domini.* Et vt grauius faceret, quod dicebat, sequentem iungit versiculum: *Et murus erat inter me, & eos, vt sacerdotalia sacrificio, & loco Sacramentorum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi vnus breuissimus murus diuideret.* Et posteà: *Quid prodest habitationis vicinia, & medius inter cellulam nostram, & altare Domini paries?* Et Gregorius Nazianzenus in carmine ad Episcopos præclarè & grauiter enarrat, quid cancelli in Templo significent in hæc verba:

Hos quoque qui mundos dirimunt (quorum affluit alter,
Alter at vsque viget, stabilisque in sæcula durat)
Diuosque atque homines discludunt limite certo
Cancellos, talis nimirum erat hic locus olim.
At nunc ridiculos contra discrimine nullo
Cum quisque haud clausis irrumpit ad intima portis
Vt mihi tam medio in cœtu ingentique corona
Stans præco, hæc alta videatur dicere voce.

S. Clemens *lib. 1. Const. Apost. cap. 57. sit solium Episcopi in medio positum, & ex vtroque eius latere sedeant Presbyteri, & adstent Diaconi, succincti, & expediti sine multa veste.* Et paolò post: *sit autem eorum cura, vt laici in altera parte, ordine, decore, & quiete sedeant.* Verba autem hæc

In alte-

Digitized by Google

In altera parte intelliguntur de illa parte, quæ est extra altare, clausa cancellis. Quare errat Martinus Polonus, qui Bonifacium secundum auctorem facit secernendi Clericos à laicis. Theodosius Imperator com dona, vti solebat, obtulisset, iotra sacros cancellos permansit. Moris enim erat, vt Imperatores, dum sacris iotereßent, in Sacratio sederent. Quod & *can.69.* Trullana Synodus approbat, vbi Balsamon. Hanc consuetudinem Ambrosios considerans vel ex assentatione, vel ex ordiois inscitia esse natam, Imperatori in Ecclesia locum assignauit ante Sacrarij cancellos, its vt populum Imperator, ait Sozomenus, Imperatorem Sacerdotes, sedis ordine antecederent. Nam purpura, dicebat Ambrosius, Imperatores, noo Sacerdotes efficit. Hanc Ambrosij admonitionem excepit lubens Imperator feliciſſimus, eumque ordinem, vt optimum tum laudauit, posteaque confirmauit, idque inde vsque ad hæc tempora seruatur, Sozomen. *lib.7. histor. Eccles. cap.* 24. Theodor. *lib.* 5. *cap.* 17. Nicephor. *lib.* 14. *cap.* 41. Paul. Diacoo. *lib.* 13. *rer. Roman.* Extra verò Chorum & Sacratium est locus, ad quem patet aditus omnibus fidelibus, quem inquit S. Maximus *de Ecclesiast. mistagogia cap.*3. Græci Naon appellant, quo loco mulieres à viris segregari, & secerni vetustiſſima Ecclesiæ consuetudine receptum fuit, Philo Iud. *de vit. contemplat.* S. Clemens *lib.* 2. *Const. Apost. cap.* 57. ibi: *Horum cura laici sedeant cum omni quiete, & ordine, mulieresque quoque separatim sedeant.* D. Augustinus *lib.* 3. *de Ciuit. Dei cap.* 28. *Quia populi confluunt ad Ecclesias, casta celebritate, honesta vtriusque sexus discretione, vbi audiant quàm benè hic viuere ad tempus debeant.* Repetitque *lib.22. cap.*8. S. Chrysostomus *hom.*74. *in cap.* 13. *Matth.* in opere imperfecto: *Oportet*, inquit, *in interiore pariete a mulieribus viros separari. Verum quoniam non valuit, necessarium esse patres nostri putauerunt ligneis parietibus separari.* S. Cyrillus *in præfat. Cathecheseon: Si conclusa est Ecclesia, & vos omnes intus, separentur viri, vt sint cum viris, & mulieres cum mulieribus, ne studium salutis fit perditionis occasio.* Videatur Augustinus *ad Psal.*50. *& lib. homil.* 50. *hom.*21. Amalar. Fortunat. supra *cap.* 2. Ordo Roman. *de offic. missæ*, Micrologus *de Eccl. obser. cap.* 9. & Rodulph. Tungr. *de canon. obseru. proposit.* 23. Portò Balsamoo *ad Synodum* 6. *c.*69. Latinos arguit, quod apud eos oon solum viri laici, sed & mulieres in sanctum sæpè tribunal ingrediuotur, & sedent. Et alibi *ad Synod. Laod. c.* 44. *In Latinorum*, inquit, *regionibus mulieres sine pudore altaria quando volunt, ingrediuntur.* Ex quibus constat non solum prohiberi laicis in Presbyterio functiones sacras & ecclesiasticas peragere, sed etiam locum ipsum, & vt Amalar. Fortunat. inquit, non solum secetoi debent officijs, sed etiam situ locali. Quare Ecclesiæ sua constructione continebant porticum, vbi essent pœnitentes & alij, quibus intra Ecclesiam noo pateret accessus. Atrium ad recipiendum populom. Saocta, vbi seorsom sederent Sacerdotes, ac demum Sancta Sanctorum ad oblationem incruenti Sacrificij, vt adhuc intuemur Romæ Ecclesias constructas temporibus Magni Constantini ex Eusebio *lib.* 10. *histor. Eccles. cap.*4. *& in vita Constantini lib.* 3. *cap.* 34. ac refert Baronius anno 57. vbi Spoodanus *num.* 32. & cernitur in insigni, ac peruetusta Ecclesia Collegiata clariſſimi Oppidi Cryptalearum in Salentinis.

9 Et licet quibusdam viris magnatibus permittatur, quod sedeant io Presbyterio, id tamen ex eo procedit, quod sunt Reges, vel Principes non recognoscentes superiorem, quibos ius noo resistit, cùm possent mioistrare Episcopo, exercendo officium simplicis Subdiaconi, licet non habeant sacrum Ordinem, & ideò non reputantur in hac materia merè laici, nec turbant hierarchicum Ecclesiæ ordinem, Chassan. *in catal. glor. mund. par.* 5. *consid.*24. *nu.* 305. & notat Lotter. *d. qu.* 13. *num.* 28. *& seq. lib.* 1. Ideòque intra Presbyterium ponitur sedes regia, quia Rex ratione vnctionis, de qua *in cap.* 1. *de sacr. vnct.* ponitur inter personas sacras, vt aduertunt Castald. *de Imper. q.* 18. *num.*6. Albet. *de rubr. super.* 1. Glos. *num.*3. *C. de nou. Cod. compon.* Marc. Anton. Surgent. *de offic. Præf. Prætor. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Quæ ratio non habet locum quoad alios quantumuis Principes; immò semper ijs obstat lex, qua prohibentur ministrare altari, & consequenter ingredi locum proprium ministrorum. Vnde qnoad alios laicos, & seculares Magistratus adest omnimoda iocapacitas, vt in puncto de Magistratibus, ac Principibus laicis decernit Cœremoniale *d. cap.* 13. *pag.*87. *in fine*, ibi: *Sedes autem pro nobilibus, atque illustribus viris laicis, Magistratibus, ac Principibus quantumlibet magnis, & excelsis plus minusque pro cuiusque dignitate, & gradu ornatas decet extra Chorum, & Presbyterium collocari iuxta sacrorum Canonum præscriptam, laudabilisque antiquæ disciplinæ documenta iam inde ab exordijs Christianæ Religionis introducta, & longo tempore obseruata.* Debet itaque seruari quod in subiecta materia iura disponunt, & non sumi exemplum ab ijs, qoæ Summus Pontifex in sua Capella Pontificia tolerare solet.

10 Idque ita est sacris Canooibus dissentaneum, vt etiamsi, permittente Clero, laici locum obtinuerint in Presbyterio, huiusmodi actus reputetur merè voluntarius, adeò vt ex eo nullum ius acquiri possit, nisi concurrat quadragenaria cum titulo, vel immemorabili, Rota in dicta Valeotina Capellæ, quam refert, ac sequitur Lottet. *ea qu.* 13. *num.*27. Daniel *d. disput.*60. *num.*44. Quinimò esse impræscriptibile ius laicorum ponendi sedes in Ecclesia, ac in eis sedendi, firmat Fusc. *de visit. cap.*27. *num.* 3. *lib.* 1.

11 Quod validius procedit habito respectu ad dignitatem Capituli, & Canonicorum, quæ cùm sit longè maior, quàm dignitas Magistratus sæcularis per tex. *in cap. solitæ, de maior. & obed.* ibique Butr. *in princ.* & Io. Andr. *num.* 3. & 18. Rota coram Gregorio *d. decis.* 310. *num.*4. nullo temporis cursu potuit à Magistratu præscribi ius eidem Capitulo præcedendi, tenendique digniorem locum. Repugnat enim omni iuri, ac rationi, quod minus dignus magis digno præcedat. Ac propterea talis consuetudo, etiam longi temporis, tamquam abusus, & corruptela extirpaoda est per text. *in cap.* 1. *de consuet. in* 6. Glos. In *Clem.* 1. *v. Humilitatis, de Relig. domib.* plenè Abb. *cons.* 21. *n.*4. Ruin. *cons.* 155. *num.* 11. *lib.*4. in puncto Rota coram Gregorio *d. decis.* 310. *num.* 5.

12 Quatenus verò possint allegari aliqui Doctores, asserentes, quod valeat huiusmodi consuetudo, vt Paris. *cons.* 149. *num.* 2. *& seqq. lib.*4. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 275. *par.* 1. Giouagn. *cons.*8. *per tot. lib.* 2. Genuen. *in prax. cap.* 33. *num.* 24. *& seq.* Pellizar. *in man. Prælat. tom.* 2. *tr.* 9. *cap.* 3. *num.* 265. Ciarlin. *contr.* 119. *num.* 8. *& pluribus seqq. & num.* 54. *& per tot. tom.* 2. Gratian. *discept.* 210. *sub num.* 34. Adden. ad Gregor. *decis.* 124. *num.* 2. & alij, intelligendi sunt; quando præcedentia controuertitur inter duas fulgentes æquali, vel parum distincta dignitate, non autem inter duos, qoorum vnus gaudeat longè maiori dignitate, quàm alius, vt optimè ad rem Menoch. *cons.* 123. *nu.* 32. *vol.* 2. Rota coram Gregorio *d. decis.* 310. *nu.*6. Inter capituli autem & Magistratus dignitatem tanta est differentia, vt vna æquiparetur lumini Solis, altera Lunæ *in d. cap. solitæ, de maior. & obed.*

13 Atque ita sæpè declarauit Sac. Rituum Congregatio, præsertim io vna Auximana. Referente enim Eminentiſſimo Pallotto petitionem Magistratus Ciuitatis Auximanæ circa sedem tenendam pro Magistratu, quando solemniter diuinis interest. *Sacra Congregatio Rituum respondit, ponendam esse extra Presbyterium iuxta planctam signandam per d. Eminentiſſimum. Die* 2. *Iulij* 1639.

14 Idemque seruari debere, etiam in alijs Ecclesijs, in quas occasione solemnitatum, vel processionom Canonici conueniuot, & interest quoque Magistratus, suadet necessitas ipsa. Quia Magistratus dum occupat Presbyterium à cornu Epistolæ, Canonici qui sunt plures numero, coguntur extendere sua scabella genualia extra Præsbyterium inter mulieres, & reliqoum populum vel aceruatim stare sine commodo genuflectendi. Quod disponunt Decreta Sacr. Ritoum Congregationis, per quæ oon in specie, sed in communi in quouis casu ita respondere solita est, etiam quod aliquando locus intra Presbyterium laicis permissus fuerit, & præcipuè, omissis alijs, in vna *Granatensi* 1609. *Sacra Rituum Congregatio iuxta dispositionem Cæremonialis Episcoporum lib. primo cap.* 13. *& inhærendo decretis alias in simili causa factis, declarauit, non licere, nec permitti debere laicis, dum diuina officia in Ecclesia Metropolitana celebrantur, inter Canonicos, & alios in Ecclesia præbendatos, ac ministros in Choro, vel Presbyterio stare, vel sedere; neque licere Magistratibus, aut Iudicibus laicis proprias Dignitatum sedes, aut Canonicorum in Choro, aut Presbyterio occupare, etiamsi aliquando id eis permissum fuerit. Idque tam in Archiepiscopali Granatensi Ecclesia, quā etiam in processioni-*

Digitized by Google

ſtionibus,& officijs, ac in alijs Eccleſijs, ad quas ire, ſeu aſſiſtere Capitulum, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ Granatenſi contigerit, ſeruandum eſſe cenſuit,& declarauit die 24.*Octobris* 1609. Quod eſt iuxta diſpoſitionem dicti Ceremonialis eodem *cap.*14. à quo ſublatæ fuerunt omnes conſuetudines contrariæ.

15 Quod verò ad alios Prælatos nullum eſt inconueniens. Quia tamquam Prælati eccleſiaſtici, & præcipuè ſi ſint Epiſcopi, debent habere locum ſupra Canonicos, vt decernit idem Ceremoniale *d. cap.*13. *circa finem*, ibi: *alij vero Epiſcopi hoſpites ſedebũt in digniori loco ſupra omnes Canonicos.* Quod ſi contingeret dictos Prælatos eſſe diœceſanos, nec habere dignitatem eccleſiaſticam ampliorem, vtique non præcederent, vt in eodem Ceremoniali ſubiungitur, ibi: *Abbates diœceſani benedicti, habentes vſum mitræ, & baculi, habebunt locum condecentem, dummodo non ſupra, nec inter Canonicos.*

16 Accedit, quod ex eo non turbatur ordo Hierarchiæ, cùm non ſolùm Canonici, ſed etiam Prælati ſe referant, vt membra ad Epiſcopum, tamquam ad caput, & cum ipſo vnum corpus efficiant, vt benè Abb. *in cap. Cùm non liceat, nu.*1.*&* 2.*de præſcript.* & in fortioribus Lotter. *d. quæſt.*13.*n.*29.*lib.*1.

17 In quarum rerum confirmationem Sacr. Congregatio Epiſcoporum ſæpiùs decreuit, vt dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, vel Miſſæ ſolemnes cantantur, nemo ex laicis ingredi in Chorum audeat, niſi ob penuriam Clericorum de licentia Superioris, qui tamen Presbyterium laicis commune facere nequeat. Ita *in Albinganenſi* 8. Nouembris 1588. *in Policaſtrenſi* 26. Februarij 1591. *in Hydruntina* 17. Ianuarij 1595. *in Vlturarienſi* 23. Iunij 1598. *in Saonenſi* 12. Ianuarij 1604. Quod ſi Epiſcopus prohibeat, ne vllus laicus Chorum ingrediatur ad canendum ſine habitu clericali cum ſuperpelliceo, Auditor Cameræ non debet illi inhibere. Quia hæc materia non admittit appellationem, eadem S. Congregatio *in Peruſina* 30. Iulij 1613.

CONSVLTATIO IV.

An Epiſcopi poſſint concordare cum miniſtris laicæ poteſtatis, præſertim in Regno Neapolitano in his, quæ concernunt perſonas eccleſiaſticas abſque facultate Sedis Apoſtolicæ?

1 RESpondendum eſt negatiuè. Quia in concernentibus perſonas eccleſiaſticas non ſufficit authoritas Epiſcopalis, ſed præciſè requiritur, vt præcedat ſpecialis authoritas Summi Pontificis, textus eſt expreſſus *in cap. Aduerſus, verſ. verum ſi quando*, iuncto *verſ. propter imprudentiam, de immun. Eccleſ.* Quod innouatur *in Clemens. Quoniam*, & *in Extrauag.* 1. *poſt med. eod. tit.* vbi Doctores communiter. Cui diſpoſitioni conciliari non poteſt Epiſcopalis authoritas derogare, *cap. omnia*, 25. *q.* 1. & notat Gloſ. *in cap. Cum dilectus*, 32. *de elect. & in cap. Dilectus, de tempor. Ordin.* traditque Duard. *in Bull. Cœn. can.*18.*q.*3. *in fine.*

2 Quod eò maximè dicendum eſt, quia cum eadem diſpoſitione conciliari concordat Bulla Cœnæ §. 5. ibi: *Ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia.* Necnon in Regno Neapolitano conſtitutio Capitularis Honorij Tertij *col.* 2. *verſ. item quod Clerici*, & clariùs in Inueſtitura Iulij II.

3 Et hæc ſententia confirmatur ex aſſidua obſeruatione in Regno Neapolitano, cùm in huiuſmodi conuentionibus ſemper præceſſerit authoritas Sedis Apoſtolicæ, vt ex Apoſtolicis Indultis, quæ extant apud Secretariam Breuium, & ad Nuncium Apoſtolicum miſſa. Quam vti veram approbarunt Tribunalia Sedis Apoſtolicæ cum executione, præſertim *in Florentina* die 27. Octobris 1634. & die 3. Septembris 1636. *in Zamorenſi* die 1. Septembris 1643. & die 26. Ianuarij 1644. *in Mutinenſi* die 27. Aprilis 1643. *in Valentina* die 15. Decembris 1648. & in alijs ſæpè.

4 Neque aduerſatur doctrina Abbatis *in cap. Non minus, ſub num.*2. *de immun. Eccleſ.* cùm ſequacibus. Nam, quicquid ſit de hac opinione, certum quidem eſt, Abbatem loqui in caſu, quo agitur de commodo priuato, & particulari Clericorum, de quo non loquimur, & eo caſu tantummodo procedit, quando ex imminenti neceſſitate nequit ad Summum Pontificem haberi recurſus, vt præ cæteris declarat Duard. *d. quæſt.* 3. *col. fin.* Maynard. *de priuil. Eccleſ. part.*2.*art.*23.*num.*33.*& ſeq.* cum quibus conſentiunt alij relati à Diana *par.* 7. *reſol.* 20. & fuit dictum *in dicta Mutinenſi*, ac in alijs ſupra allegatis.

Aduertunt tamen Suar. *in Reg. Angl. lib.*4.*cap.*32. Baldell. 5
*to.*1. *lib.*5. *diſp.*35. *nu.*17. & alij, Prælatos Pontifice inferiores, poſſe tantùm conuenire cum laicis, vt his concederent iura in aliquam executionem, aut miniſterium facti, non iuriſdictionem. Exempli gratia, vt poſſint impedire delictum imminens per capturam Clerici ad illud accincti, per ereptionem armorum, & ſimilia, quæ per ſuos executores Eccleſiaſticus exequi poſſet. Sicut enim poteſt in ſingulis caſibus vti miniſterio brachij ſæcularis, & dare ſpecialia mandata circa prædicta, eodem modo poterit generalem commiſſionem facere, ſi prudenti arbitrio cognouerit expedire, vt integrum ſit laicis ſine alia ſpeciali commiſſione ad impedienda ſcelera, & publicæ pacis perturbationes, obuiare media captura, ablatione armorum, & ſimilibus. Debet tamen vſus huius miniſterij ſubordinari, & ſubijci authoritati Prælati, cuius nomine agitur, vt quando ipſe nouerit huiuſmodi vſum prohibendum, vtpotè Clericatui indecentem, poſſit, aliàs enim acquireretur integrum ius, & non miniſterium, quod dicit dependentiam ab eo, qui miniſterium concedit, ſicut inſtrumentum à principali mouente. Ita ſiquidem eſt conſentaneum, & expedit decenti Clericatus regimini, cuius oppoſitum eſſet immunitati nimis præiudiciale. Hinc S. Congregatio ſuper Epiſcopis in Caſtellanetenſi 13. Iulij 1602. reſoluit, quod Epiſcopus non debet dare licentiam curiæ ſæculari carcerandi Clericos noctu incedentes, niſi ſpeciali mandato propter vagantium, etiam Regularium multitudinem, *vt in Rauennatenſi* 12. Septembris 1549. Maximè ſi inuenti fuerint in habitu ſæculari, *vt in vna S. Auguſtini* 13. Septemb. eiuſdem anni.

CONSVLTATIO V.

De authoritate Ordinarij in litterarum Magiſtros, etiam Grammaticæ.

SAcrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.*5.*cap.*1.*de reform.* 1
ne Principibus, vel populo, aut Reipublicæ quorundam calliditas imponeret, Epiſcopos voluit eſſe cenſores & approbatores Magiſtrorum. Quare, *ne ſub ſpecie pietatis impietas diſſeminetur, ſtatuit eadem ſancta Synodus, neminem ad huiuſmodi lectionis officium tam publice, quàm priuatim admittendum eſſe, quin prius ab Epiſcopo loci de vita, & moribus, & ſcientia examinatus, & probatus non fuerit.* Quo in loco Concilij Barboſa aſſerit ad hoc examen teneri etiam Ludimagiſtros, qui priuatim in domibus particularibus prima principia grammaticæ docent.

Hinc tanti Pius IV. eam rem fecit, vt Epiſcopis exami- 2
nandorum Magiſtrorum etiam grammaticæ curam expreſsè demandarit, eiſque iniunxerit, vt in eorum manibus profeſſionem fidei emitterent antequam docere incipiant Conſtitutione ſua 88. quæ incipit, *In Sacroſanctũ.* Adeòque vt Sacra Congregatio Concilij eam emitti præceperit cuidam Ludimagiſtro ſub pœna tranſmiſſionis ad carcerem S. Officij *in vna Tarracinenſi* die 29. Auguſti 1581. dixeritque Ordinarios negligentes ab eis hanc fidei profeſſionem exigere, puniendos eſſe.

Hac etiam de re lex extat Iuliani Cæſaris *l. Magiſtros*, 7. 3
*de profeſſ. & med. lib.*12. *C. tit.*52. *Ne repente*, inquit, *aut temere quis reſilire debet ad hoc munus docendi, ſed vel à Principe probari debet. Quia vero Princeps ſingulis ciuitatibus adeſſe non poteſt, ex eius iuſſu iudicio Ordinis probari debet, & decretum Curialium mereri debet optimorum conſpirante conſenſu.* Lex etiam erat Sophoclis apud Diog. Laert. *lib.*5. in Theophraſto, vt non liceret vllum Magiſtrum ſcholis præficere, niſi id Senatus, ac plebs ita decreuiſſet. Qui ſecus faceret mors ei eſſet pro pœna. Hinc Dauid cùm ordinaret Rempublicam & officia, & miniſteria Regis diſtribueret, inter cætera & curam habuit doctrinæ docendæ 1. *Paralip. cap.* 26. *v.* 29. Et Iudæorum Pontifex vt videretur fungi officio ſuo interrogauit Dominum Ieſum Chriſtum de doctrina, & de eius diſcipulis, *cap.*18. *v.*19.

Et ſanè prima Reipublicæ cura eſſe debet, vt idonei Ma- 4
giſtri, ac præceptores ad pueros inſtituendos deligantur.

Magnum

Digitized by Google

Magnum enim, si quis hic erret, periculum. Ego felicissimam Rempublicam arbitror, cui boni præceptores contingunt. Multò enim præstantiùs est, benè institui, quàm feliciter nasci. In Magistrorum enim mores ferè migrant adolescentium ingenia.

5 Itaque Ordinarij Magistros examinent, ac probent. Nam & Episcopis cura per Synodum Eugenij Papæ II. quæ refertur *in c. 12. de quibusdam 37. d.* demandatur. Quod etiam habetur ex Concilio Maticensi *in cap. Vt quisque 3. de vit. & honest. Cler. & in cap. 1. de Magistr.*

6 Quales ergo Magistri constituendi sunt? Respondeo, doctos, & probos. Ad doctrinam refero non modò scientiam, sed etiam docendi, interpretandique dexteritatem. Sit ergo artium liberalium doctor vir eruditus, dexter, facundus, differendi artifex, honestæ vitæ, sobrius, seuerus, comis, vitiorum osor, & alienæ salutis amator, denique qui alieno consilio libenter vtatur, & verbo, qui moribus primùm, deinde facundia præstet, *d. l. 7. C. de profess.* Pædagogia enim nil aliud est, teste Clemente Alexandrino *lib. 1. pædag. cap. 5.* quàm bona à pueris in virtute institutio, ea qua salus Reipublicæ pendet.

7 Episcopi verò, & Inquisitores quotannis catalogum Transmontanorum, ipsorumque famulorum, & Magistrorum ad suas diœceses causa studij venientium habere debent, vt scire possint cuius sint loci, & an subditi Principibus Catholicis, aut hæreticis, vt illos obseruare animaduertant, curentque compertas habere domos, in quibus habitant, vt tam ipsi, quàm ipsorum famuli, & alij ibi morantes circa eorum victum obseruentur. Possunt ipsorum curam viris doctis ac religiosis committere, vt intelligant quinam sint Catholici, & quinam hæretici. Curent ne Catholici cum suspectis de hæresi conueniant, neue simul habitent, sed vt Ecclesiam, seu Capellam propriam habeant. Agnoscant Confessarios, quibus ipsi confitentur, vt eos hortentur ad conuersionem, quos sciunt esse hæreticos, ad fugam illorum familiaritatis, & ad denunciationem eorum, qui verbis, vel factis aliquid contra fidem agunt. Curent insuper, vt per dictos Transmontanos seruentur capitula, quæ per discipulos eiusdem nationis fuerunt obseruata circa cultum diuinum, vtque nullus ipsorum ad officia nationis admittatur, nisi professionem fidei coram se emiserit.

CONSVLTATIO VI.

An Episcopus vocatus a Principe teneatur ex eius præcepto Curiam adire? Et qua pœna eius contumacia coerceri possit? Vbi etiam de ciuili Ecclesiasticorum potestate non pauca disseruntur accuratè, ac solidè.

1 PRimam huiusce quæstionis partem ex professo, nec obiter tantùm tractant Diana *par. 1. tr. 1. resol. 17. & tr. 3. resol. 23. & par. 2. tr. 1. resol. 6. & resol. 27.* & Thom. del Bene *de Immun. cap. 9. dub. 9. sect. 1.* sed an satis cautè alij viderint.

2 Pro negatiua sententia primò militare videtur, quod in Clerici personam laicus nullam possit habere iurisdictionem, *cap. Nullus*, cum ibi notatis *de for. comp. Auth. statuimus, C. de Episcop. & Cler.* Vnde neque Imperator ob delictum in personas ecclesiasticas vllam habet iurisdictionem, Gail. *de pac. publ. cap. 1. num. 14.* Et omnes causæ Clericorum tam ciuiles, quàm criminales ad forum ecclesiasticum pertinent; adeò vt huic priuilegio neque expressè, neque tacitè renunciare possint, textus *in cap. si diligenti, de for. comp. & cap. At si Clerici, de Iudic. textus in §. Nos Fridericus, v. Item statuimus de stat. & consuet. in vsib. feud. & §. Si Clericus, de pac. ten. & eius viol.* Mart. Vran. *consil. 32. num. 1. & seq.* per pulchras rationes, vt ibi *vol. 2.*

3 Deinde sicut statuta, & edicta laicorum non ligant Clericos, & personas ecclesiasticas, *cap. Ecclesia, de constit.* Bart. *in l. cunctos populos, C. de Sum. Trinit.* Barbat. *cons. 12. in fin. nu. 33.* ita neque præceptum Principis ligabit ipsum Clericum vel res Ecclesiæ per textum *in auth. cassa, C. de sacros. Eccles.* & ibi Bart. *num. 2.* Cynus, & communiter Doctores *ibidem*, estque textus notabilis *in d. cap. Ecclesia, de constit.* vbi exactissimè & latissimè hanc materiam prosequitur Panorm. *in repet. sua num. 26. & 37. cum seq.* dicens prædictam regulam vsque adeò veram esse, vt non valeat statutum, etiam fauorabile, & Clericis vtile, si videlicet in specie disponeret aliquid de ecclesiasticis personis, vel earum rebus, nec sit ab Ecclesia, vel Pontifice approbatum secundum distinctionem eiusdem Panormitani *in d. repet. num. 5. & 14.* Felin. *ibid. num. 76.* & generatim Canonistarum.

4 Præterea in facti specie Principes procedentes contra Clericos hoc in casu excommunicationis censura innodari apertè testatur Guidop. *q. 77. num. 3.* per textum *in cap. penult. de Immunit. Eccles.* & ibi Apostillator scribit, tales incidere in pœnam, *cap. si quis suadente, 17. q. 4.* & firmat Io. Andr. *in cap. 3. glos. penul. de for. comp. in 6.* de quo vide Vran. *cons. 26. per tot. tom. 2.*

5 Postremò, licèt, vt tradunt Doctores contrariæ sententiæ, debeant Ecclesiastici obedire iustis Principum mandatis, eorumque leges seruare, quoniam partes Reipublicæ sunt; ad id tamen non tenentur vi coactiua, sed solùm directiua. Quare, si ijs non obediant, non possunt Principes illos punire. Quod præter Molinam, Vasquez, & alios, quos sequitur Bonacina apud Delbene *loco citato de Immun.* docet ex Iuristis Valenzuola apud Dianam *ea resol. 27.*

6 Sed pro contraria opinione statuenda occurrunt argumenta haud minoris ponderis. Cùm enim Rex habeat vniuersalem in suo Regno iurisdictionem, & ratione istius vniuersalis iurisdictionis, & protectionis Regni, dominus omnium sit, vt de Imperatore Doctores loquuntur per textum *in l. Deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iact. & l. Bene a Zenone, C. de quadrien. præscript.* Glos. *ibidem, v. Omnia*, & textus *in c. Adrianus, d. 63. & c. Quo iure d. 80.* Glos. *in l. Barbarius, v. Multo magis, ff. de offic. Prætoris*, Bart. *in l. si duas, §. 1. num. 2. ff. de excus. tut.* Idem *in Extrauag. Ad reprimendum, & l. 1. §. Per hanc rationem, num. 2. ff. de rei vindic.* Ias. *in l. Cunctos populos num. 2. & 8. cum seq. C. de Sum. Trin. & fid. Cath.* Ad eumdem quoque pertinere debent omnia dependentia ab ipsa iurisdictione, & consequenter exactio pœnæ ob violatum præceptum vocationis.

7 Verùm hìc per transennam adnoto, non exinde, quod Rex, siue Imperator, Mundi, aut Regni Dominus appellatur, sequitur quod sit dominus rerum in Mundo, aut Regno existentium. Idque argumento patrisfamilias, qui domum suam varijs inhabitandam concessit, clarescit. Ipse quidem dominus ædium, at non rerum in illis contentarum est, manetque. Pensitandum igitur, dominium hoc sublime Imperatorium aut Regium non mensuram à Mundo materiali, quem Romani nunquam tenuere, sed à maiestate superlatiua, officio, obedientia, & reuerentia, quæ omnes Mundi, aut Regni dominos, & Principes sæculares præcellit, accipere. Item vocatur Imperator, siue Rex dominus Mundi, aut Regni ratione protectionis, & administrationis, non verò respectu directi dominij, & proprietatis rerum singularium, quæ habent dominos suos speciales iuxta sententiam Bulgari glossatoris, cui reliqui subscripsere *in proœmio Digesti veteris in princip. v. Sanctionem.* Vbi tradunt, Romanum Imperium, & res contentas in eo esse sanè Imperatoris ratione solius iurisdictionis, administrationis, ac protectionis, non autem proprietatis. Neque etiam Principes, vel Magistratus alij rerum ad subditos suos pertinentium quoad proprietatem, sed duntaxat quoad protectionem, & iurisdictionem sunt domini, *l. 1. §. Initio, vers. cum Vrbem, de offic. Præf. Vrb.* quod eleganter declarat post Abb. Felin. Socin. & Curt. iun. Caualc. *in addit. decis. 45. nu. 63.* Quare si subditorum bona vsurpent, aut alteri concedant, iniusti sunt, atque ad restitutionem tenentur, Molin. *de iust. & iur. tom. 2. disput. 28.* Id, quod eleganter etiam explicat Zoanet. *in tract. de Rom. Imper. nu. 150.* & Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 7. num. 49.*

8 Deinde cùm hæc vocatio potissimum à Rege fiat pro conseruatione, & manutentione possessionis, & in possessorijs Clerici forum sortiantur coram Iudice sæculari, vt notat Guidop. *decis. 1. num. 1. & decis. 83.* Gail. *lib. 1. obseruat. 30. num. 20.* & Couarru. *pract. quæst. 34.* consequitur, personas etiam ecclesiasticas in foro Regio ad contumaciæ pœnas exsoluendas conueniri posse.

9 Denique hanc ipsam sententiam multi Iurisconsultorum sequuti sunt, nempe Rebuff. *in l. ab ijs num. 8. C. de*

naaic.

Digitized by Google

nauic. lib. 11. Neuiz. *conf.* 83. *num.* 11. Chassan. *in consuet. Burgund. tit. des Iudices*, §. 5. *num.* 81. *vbi in addit.* probat, Clericos pro infractione Saluægardiæ quotidie condemnari per Iudices sæculares ad emendam, & si non habeant immobilia, detineri in carceribus, idque ad satisfactionem emendæ. Quod ipsum etiam testatur Boer. *decis.* 2. *num.* 143. vbi affirmat, puniri Clericum in huiusmodi delictis pœna pecuniaria per Iudices Regios, sed pro corporali remitti ad suum Episcopum. Quos etiam sequitur Benedict. *in cap. Raynuntius, v. & vxorem, num.* 143. *de testam.*

10 Et quod teneatur Episcopus vocatus accedere, loquens de Parlamento, tradit Mastrill. *de Magistrat. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 36. & præter alios, quos ipse adducit, idem etiam tenet Oliban. *de iur. fisc. cap.* 10. *num.* 9. Vt proinde controuenientes expelli posse à Regno, affirment Bobadil. *lib.* 2. *polit. cap.* 10. *num.* 66. Pereir. & alij apud Dianam *d. par.* 1. *tr.* 3. *resol.* 23. ac Authores apud Delbene *ea dub.* 9. *sect.* 1. *c.* 9. *de Immun.*

11 Cæterùm in hoc diuersitatis conflictu ego assero, distinguendum esse cum Gratiano *in §. Ecce, v. sed notandum est*, 23. *quæst.* 8. inter Episcopum recognoscentem feuda ac temporalia à Rege, & Episcopum nihil à Rege habentem.

12 Primò casu Episcopus feudatarius, à Rege vocatus, tenetur coram illo comparere, itaut eius contumacia possit coerceri per sequestrationem fructuum feudalium, non autem per districtionem personalem, text. *in cap. si Episcopus*, 18. *d.* vbi præceptio Regia excusat Episcopum non accedentem ad Synodum iuxta mandatum sui Metropolitani, quem Glos. *v. Regia in* 1. *solut.* dicit, loqui de ijs, qui habent feudum, & Turrecr. *num.* 3. intelligit de illis, qui habent regalia à Principe. Isti enim ratione dignitatis, regalium, & feudorum immediatè Regi subiecti sunt, ac considerantur in hoc casu, vti Principes politici, cum ratione bonorum feudalium Regni, priuilegiorum, & regalium eiusdem conditionis sint, & eadem superioritatis iura habeant, quæ Duces, Comites, & alij in suis territorijs, vt rectè obseruauit Gaill. *lib.* 1. *obseru.* 30. *num.* 2. *& obseru.* 37. *num.* 10. Vnde & inuestiri solent, Gaill. *de pignorat. cap.* 7. *num.* 1.

13 Inde iurisdictio Principis, licet laicus sit, aduersus Ecclesiasticos fundatur ratione bonorum feudalium, priuilegiorum, & Regalium, quæ à Principe habent, eorumque nomine forum Principis sortiuntur, & ideò præceptis Principis parere debent per text. *in d. cap. si Episcopus*, vbi Glos. *& in cap. cum parati*, ibi Glos. & Panorm. *num.* 8. *cum seq. & in cap. Nimis, de iureiur.* Glos. *in cap. Reprehensibile, v. Orationibus*, 23. *qu.* 8. Gail. *lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 8. *num.* 8. Franc. Marc. *decis.* 456. *num.* 9. vbi dicunt expressè ratione Regalium, & feudorum temporalium Ecclesiasticos sæcularibus, à quibus eiusmodi Regalia & feuda recognoscunt, obedientiam præstare debere, forumq; sæcularem sortiri. Facit Glos. *in cap. solita, v. suscipiunt, de maior. & obed.* Canonistæ *in c. Romana, §. debet, de appell. in* 6. Franch. *ibidem nu.* 2. pulchrè Guidup. *cons.* 72. *nu.* 5. vbi ait, quod, licet Rex non possit Clericum in persona punire, tamen in patrimonio, quod Regi subest, eum mulctare possit per textum *in l. de his, C. de Episcop. & Cler.* Gaill. *eo lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 1. *num.* 15.

14 Hinc etiam Ecclesiastici, vt Principes Imperij onera Imperij portant, & collectas soluunt, Sixtin. *lib.* 2. *de Regal. cap.* 14. *nu.* 127. Chassan. *in cathal. glor. Mundi par.* 5. *consid.* 24. *num.* 162. & in *consuetud. Burgund. d. tit. des Iudices, num.* 8. Ceuallos *commun. opin. quæst.* 415. *&* 576. Homagium, vt alij Imperatoris vasalli præstant, *d. cap. si Episcopus, d.* 18. Gaill. *eodem lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 8. *num.* 8. Aluar. Valasc. *consul.* 110. *num.* 6. Conueniunt, & conueniuntur in Camera, Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 30. *num.* 1. *& obseru.* 37. *num.* 10. Mysinger. *centur.* 5. *obseru.* 58. Vnde Imperator Fridericus *epist. ad Adrianum Papam* apud Nauclerum hac de re ita conqueritur: *Ab Episcopis, qui Regalia nostra tenent, cur homagium, & Regalia sacramenta non exigamus? Aut igitur Regalia nostra nobis dimittant, aut qua Dei Deo, qua Cæsaris, Cæsari persoluant.* Aliter porrò considerantur, vt Episcopi, aliter, vt Principes ac Barones Regni. Vnde toties quoque in Aurea Bulla Caroli IV. Electores Sacri Imperij Principes Imperij appellantur, *cap.* 1. *in princip. §.* 2. 3. 6. *& seq. cap.* 2. *cap.* 3. *cap.* 4. *in princip. cap.* 7. *etiam in princip. cap.* 10. *in fin.* & passim. Cùm enim quis fungitur vice duarum personarum, tum vna illa persona consideranda venit, ac si essent reuera duæ distinctæ personæ, Caualcan. *decis.* 27. *num.* 15. *par.* 4. qualiterque solummodò spectanda respectu cuius ille actus geritur, *l. si pater, §. si duos, ff. de adopt.* cum similibus.

15 Porrò Ecclesiastici habere possunt potestatem temporalem. Ita Leo Papa *epist.* 88. D. August. *in Psalm.* 98. Dionys. *cap.* 1. *de Eccles. Hierarch.* & communiter Catholici contra Caluinistas, qui volunt, Pontificem non posse habere iurisdictionem temporalem. Quod sic probatur. Ciuilis potestas non repugnat cum spirituali ex natura rei, neque ex institutione Christi. Quia temporalis inseruit spirituali, & vtraque est necessaria pro adæquato regimine. Cùmque tendant ad fines subordinatos, qui constituunt vnicum finem adæquatum, non sunt incompatibiles ad inuicem, atque adeò possunt esse simul. Hinc in pluribus Mundi partibus notorium est, quod Ecclesiastici à principio fundationis suarum Ecclesiarum, vel à tanto tempore, de cuius contrario non extat memoria, cum potestate spirituali, & ecclesiastica obtinuerunt, & adhuc obtinent Ducatus, Comitatus, Baronias cum iurisdictione temporali. Adeò vt Arnoldus quidam Brixianus, vel ideò, quod Episcopis Regalia competere negabat, anno 1139. in præsentia mille Antistitum hæresi damnatus sit, Carol. Sigon. *lib.* 11. *de Regn. Ital.* exemplo Sacerdotum veteris Testamenti, quibus præter decimas, primitias, & oblationes concessit etiam Deus quadraginta octo Ciuitates, *Num.* 35. 1. *& Ios.* 21.

16 Nec rarum videri debet, aut potest, multò minus insolens, quod vna eademque persona duos sust ineat respectus. In Republica siquidem Romana licuit Sacerdotibus, & Religiosis in Republica versari, cum Regno quoque, & Sacerdotio quandoque coniunctum Imperium habere. Sic Numa Pompilius Rex fuit, & nihilominus ea sacrificia, quæ postea Flamini diali commissa, obiuit, Liu. *lib.* 1. Vnde in legibus Regijs: *Rex sacrorum Præses esto.* Eiectis Regibus penes Senatum fuisse constat, Liu. *lib.* 15. Mutata Republica, vt omnia, ita etiam quæ ad res diuinas pertinebant in se transtulerũt Imperatores. Sic Octauianus Augustus Pontificatum Maximum Imperio adiecit. Maiorum enim hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam Sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. Sunt verba Isidori *lib.* 7. *Etymol. cap.* 14. relata *in can.* 1. *dist.* 12. Ægyptij dignitatem Sacerdotalem Regi adiungi voluerunt. Persarum Reges inaugurabantur, & cæremoniarum sanctarum Principes erant. Quare certum est iure naturali Sacerdotium, & Regnum, seu iurisdictionem ciuilem non pugnare. Nam in lege naturæ Deus voluit primogenitum Regno, & Sacerdotio esse præficiendum, *Gen.* 49. 3. Ijdem & Reges & Sacerdotes erant, *Genes.* 14. Melchisedech, Moses *Exod.* 18. est Iudex & Pontifex, & Heli Sacerdos & Iudex, 1. *Reg.* 1. Hebræi Iudæorum Regibus oleo consecrari magnæ religionis instar fuit, Euseb. *lib.* 1. *hist. Eccles.* Non tamen eodem modo postea Reges ac Sacerdotes vncti sunt in Ecclesia Christianorum, sed adhibita est distinctio, quæ etiam & cum mysterio differentiam potestatis sæcularis & spiritualis vnctorum ostenderet. Vngitur enim in capite Sacerdos, vngitur in humero Princeps. Quia imperium factum est super humerum eius, & maior potestas spiritualis temporali, vt explicat Innocentius Tertius *in cap.* 1. *§. Vnde, & in veteri de sacra vnct. lib.* 1. *decret. tit.* 15. Neque verò sacris tantum præerant, sed & ministros Ecclesiæ, ac Pontifices præficiebant. Immò Iudæos & Reges & Sacerdotes eosdem habuisse, refert Iustin. *de Iudæor. Republ.* Post Mosen, inquit, eius filius Aruas Sacerdos sacris Ægyptijs, mox Rex creatur, semperque exinde mos apud Iudæos fuit, vt eosdem & Reges, & Sacerdotes haberent. Et Iudæis, inquit Tacitus *lib.* 5. *histor.* Sacerdotij honos firmamentum potentiæ erat.

17 Neque in nouo Testamento cautum lege aliqua est, ne idem Princeps sit, & Episcopus, seu iurisdictionem habeat ciuilem, & ecclesiasticam. Atque cogitationem coniungendi Imperij cum Pontificatu aliquando Maximilianus I. Imperator suscepit, Varemuod. *cap.* 1. *num.* 22. *de subsid. Reg.* Hinc Ausonius Gratianum Imperatorem religione Pontificem dixit. Et extat in actis Concilij Calcedonensis edictum, quo illius decreta approbantur cum præscriptione: *Imperator Cæsar Flauius, Valentinianus, Pontifex inclytus &c.* Et: *Flauius Marcianus, Pontifex inclytus &c.* In cuius Synodi acclamationibus non defuerunt eidem Marciano Augusto hæ Patrum voces:

Pio &

Digitized by Google

Pio & orthodoxo Imperatori, Pontifici Imperatori. Legitur etiam inter Pontificum epistolas Anastasij Imperatoris sacra cum inscriptione isthac. *Imperator Cesar, Flauius Anastasius, Pontifex inclytus &c.* Nec non in veteri quodam monumento antiquarum inscriptionum *Dn. Cesar Iustinus, Pius, Falix, Victor, Triumphator, semper August. Pont. Max. Franc. Male. &c.* Inde adeò mos ille inoluerit, qui hodieque in Imperatoris inauguratione seruari solet, vt Aquisgrani post consecrationem, & præstitum iuramentum, alba vestitus in album Canonicorum S. Petri accipiatur, hocque modo Canonicus fiat ac renuncietur. Vnde Sigismundus Imperator *in sua reformat. cap. 61. §. 6.* siue eius interpres, vt Pontificalem in rebus etiam ciuilibus ostendat authoritatem in hac verba edicit: *Primus Rex Melchisedech simul Sacerdos fuit. Imperator Indiarum Presbyter est, nec quisquam ibi Imperator fieri potest, nisi sit Presbyter. Sub eis omnis salus Christianis apparuit, & sunt in India etiam nunc hodie optimi Christiani. Quis scit quid Deus operari velit? Imperatorem oportet Euangelium annunciare, id ad eius officium pertinet ex ordinatione christianitatis. Quare si Presbyter est, eo beatior est, & magis laudandus, quàm si non sit &c.* Itaut hanc ob causam scripserit Bernardus *lib. 4. ad Eugen. de consid. In his successisti non Petro sed Constantino.*

18 Quippe hæ duæ potestates inter se non pugnant, vtraque bona, vtraque à Deo, vna alteri inseruit. Et si vnus Princeps potest gubernare diuersos populos, lingua, moribus, & legibus differentes, cur non vnum Principatum, & Episcopatum in vtroque regimine? Accedit, quod sicut optimi Principes temporalem iurisdictionem tradiderunt Romano Pontifici, vt Constantinus, Carolus Magnus, Ludouicus filius cognomento Pius, & alij, qui ab omnibus historicis laudantur, vt contra vituperantur, qui talem iurisdictionem auferre, aut minuere voluerunt, vt Aistulphus Longobardorum Rex, Henricus IV. & V. Otho IV. atque Fridericus I. & II. ita pari ratione, qui eam receperunt Pontifices sanctitate vitæ, & miraculis illustres fuere, vt Leo IV. & IX. Gregorius VII. & alij. Et multæ Ciuitates olim speciatim in Germania suis Episcopis vtrumque regimen tradiderunt. Vnde vt quidam scribunt, prima iurisdictio in fideles, etiam in causis ciuilibus, est Episcoporum. Nam Christus fundamentum iurisdictionis in laicos iaciens, eos hortatur, vt si se aliqua in re læsos putent, non ad Curiam, sed ad Ecclesiam eant, *Matth. 18.* Et Paulus de examinandis in Ecclesia causis præceptum dat 1. *Cor.* vt id fiat apud Episcopum, vt intellexerunt, & exposuerunt olim veteres Patres, & Concilium Carthaginense III. præsente Augustino. Magnus Constantinus iurisdictionem in Clericos Episcopis mandauit, & appellandi a ciuilibus iudicijs ad Episcopos potestatem fecit, Sozom. *lib. 1. cap. 9.* Magnus Theodosius idem statuit, vt etiam lite contestata liceret forum Ecclesiasticum adire. Arcadius & Honorius patrem sequuti actoribus, & reis dant optionem, vt causas sæculares ad Episcopos deferant, *l. si quis, C. de Episcop. aud.* Carolus Magnus Ecclesiasticorum causas non apud sæculares, sed apud ecclesiasticos Iudices componi debere decreuit. Idem fecit Iustinianus *§. Si quis contra* 123. *Nouell.* Concilium Carthaginense III. *can. 9.* prohibet, ne Clerici in iudicio laicorum de re ciuili litigent, cum priuatorum, hoc est laicorum causas Apostolus etiam Ecclesiæ deferri, & ibi determinati præcipiat. Qui sanè locus eos omninò damnat qui contra sentiunt. Hinc est, quod Augustinus multas multorum lites se audiuisse scripsit, & Chrysostomus quartam officij partem in hoc positam esse, ait. Denique Clemens I. *epist. 1.* apud Ecclesiæ Presbyteros negotia fratrum, hoc est quorumcumque Christianorum, quæcumque illa sint, iudicanda esse docuit. Huc etiam facit, quod *lib. 2. Const. c. 47.* idem scriptum reliquit, ac etiam Anacletus *epist.* 1. Vnde perpetuam infamiam sibi comparauit Petrus Cuuerius Aduocatus Regius in Senatu Parisiensi, cùm iurisdictionem temporalem ecclesiasticam infringere conatus est, id quod etiam hodie quidam Caluinitico veneno tincti facere non verentur, dum Principibus adulari volunt. Addi etiam potest, quod olim in veteri lege ad ecclesiasticum tribunal omnes citabantur, *Deut. 17.* Quinimò nulla fiebant iudicia, nisi duobus Leuitis assistentibus, vt Iosephus *lib. 4. antiq. cap. 8.* scribit. Quam legem, vt idem refert, sequutus est Iosaphat Rex optimus. Et Concilium, quod Hebræi Talmudici Synedrion vocant, etiam temporibus Christi, ferè totum è Sacerdotibus constabat, 4. 3. *Par.* 10. Et apud Paganos, etiam Sacerdotes suam habebant iurisdictionem, vt ex Tullio discimus *orat. pro dom.* Et nunc sub Turcarum principe Græci Episcopi non nihil iurisdictionis habent.

At inquiunt hæretici nostri temporis. Cùm eò Clericus 19
dicatur, quod de sorte sit Domini, sortemque, idest hæreditatem à Domino consequatur, ea tantùm contenti esse debent. Quamdoquidem statuit Deus, vt Sacerdotibus, & Leuitis nulla obueniret hæreditas, nulla bonorum possessio. Verba legis hæc sunt: *Dixit Dominus ad Aaron, in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, quia ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israel,* Num. *cap. 18. v. 20.* Deus igitur Opt. Max. cui militat æther, cui panduntur, & fluunt immensa maria, cui suas opes sua spolia, frugesque terra concedit, cui summo iure, summo in omnia dominio debetur quicquid vsquam locorum habet hic Orbis aspectabilis, tria tantum sibi seruata voluit, primitias frugum, decimas, & sacrificia, siue victimas, quæ in aris caderent. Ea deinde in Sacerdotes, ac Leuitas effusa liberalitate transtulit. Clericos itaque solis decimis contentos viuere oportere, diuino iure omni hæreditate priuari lex diuina docet. Sed isti aduertisse debuerant, legem illam cæremonialem esse, & cum cæteris eius generis abolitam penitus, atque è sacrarum legum serie expunctam.

At iterùm immurmurant, & ad antiqua, diuinaque 20
iura addunt humanas leges, Cæsarumque constitutiones, quibus Clerici prohibentur adire hæreditates, immò & legata pia capere. Eas Cæsarum sanctiones, ac decreta non sine magno animi sensu excepit olim, & legit Ambrosius, quod viderentur ordini sacro insignem aliquam ignominiæ notam inussisse. Hæc sunt D. Ambrosij verba contra Symmachum: *Soli ex omnibus Clerice ius commune clauditur, à quo sola pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, nulla legata, nil grauium viduarum, nulla donatio.* Has vbi querelas graui, vt semper alias solet, modestoque stylo exposuit sanctus Doctor, tum subijcit animo suo, insitaque sententiam, qua Clericos omnea vel erigat, vel moueat: *Malo,* inquit, *nos pecunia minores esse, quàm gratia.*

Et verò insigni sua munificentia iam inde à primis sæcu- 21
lis retulerunt, probaruntque pij Cæsares, Regesque. Vix enim è sacro fonte elatus Constantinus abierat, cum in vberes, & inexhaustos beneficentiæ fontes erupit, fontem illum, qui corpori, animoque saluti fuerat, ornauit, ditauit, beauit. Lege Baron. *ann. Christi* 324. Huius æmuli Orbe toto fuere viri Principes, Orbis lumina, Reges potentissimi. Habemus enim in Gallia Carolos, Dagobertos. In Hispania, Alphonsos, Ramiros, Petros, è quibus hic Aragoniæ Regnum Romano Pontifici vectigale fecit. Habemus in Hungaria Stephanos, Ladislaos, Ludouicos, quorum adeò effusa liberalitas fuit, vt tertia Hungariæ pars Ecclesiæ, Cleroque cesserit. Mitto alios Italia, Germania, Polonia, Bohemia, Dania, Nouergia susos Principes. Non tamen præterire debemus, nec possumus Catholicæ quondam Angliæ decora, Reges inclytos, in primis Iunam, quem in purpura, sceptroque magnum suspexit Anglia, maiorem posito diademate, in vili lacerna, & religioso puluere. Ille ad cætera Regiæ munificentiæ, pietatisque decora hoc quoque adiecit, vt non ipse tantum Romano Pontifici, Cleroque tributum penderet, sed & Anglia tota B. Petro annue etiam per domos singulas vectigal, & denarium, piæ seruitutis pretium, exsolueret, Baron. *ann. 740.* Tenuit ea tributi ratio ad annum vsque millesimũ quingentesimum trigesimum tertium, quo Henricus VIII. & eam eatinait & suaue Ecclesiæ matris iugum excussit, vnaq; in gentem & Religionis & sacratũ Ædium ruinam traxit, adeo vt vno anno dicantur ad decem templorum, & cœnobiorum millia euersa, soloque æquata.

Certè etiam apud Æthnicos iura ciuilia permittebant 22
hæredes institui Deos ipsos fictitios, modo vel Senatu consulto, vel Principum constitutionibus Dij fuissent approbati ex Vlpiano *tit. 22.* quæ gentium munificentia à Dijs ipsis ad eorum quoque mystas est deriuata.

At etiam fateantur necessum est, pios deinde Cæsares 23
ea decreta reuocasse, ne aut in sacrum Ordinem iniurijs, aut in superos minus pij viderentur. Legi potest super ea

re Epo Boetius *lib. 2. heroic. quæst.* legi poteſt & commendari pronunciatum illud Iuſtiniani: *In Eccleſijs dotandis optimam eſſe menſuram donatarum eis rerum immenſitatem*, *l. Priuilegia, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

24 Obijciunt *Matth.* 20. ſcitis, quia Principes gentium dominantur eorum; non ita erit inter vos. Ergo Chriſtus prohibuit Eccleſiaſticis dominium temporale. Nego conſequens. Nam ſolùm prohibuit dominari ſicut dominabantur Principes gentiles, nempe tyrannicè.

25 Item & illud *Luc.* 12. vbi Chriſtus, ait: quis me conſtituit Iudicem? Ergo nec Pontifex poteſt eſſe Iudex temporalis. Nego etiam conſequens. Nam Pontifex eſt conſtitutus Iudex, cùm ipſi fuerit conceſſum dominium temporale.

26 Ac etiam & hoc: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit *2. ad Thimoth.* 2. Ergo. Nego itidem conſequens, Quia verbum implicari importat ita vinciri, vt non poſſit militiæ Dei incumbere, alioquin nullus Chriſtianus poſſet vacare negocijs ſæcularibus, cùm ſit miles Chriſti ratione baptiſmi. De quo etiam infrà.

27 Denique obijciunt *can. Cùm ad bellum d. 96.* vbi habetur, quod poſt aduentum Chriſti fuerint diſtincta iura Imperatoris & Pontificis. Ergo Pontifex non poteſt habere poteſtatem temporalem. Nego. Quia tantum intelligitur de poteſtate imperatoria, non autem de qualibet poteſtate temporali,

28 Bono igitur iure poſſideri illa tum hæc docent, tum verò Orbis Chriſtiani conſenſus, quo ea defenſa ſunt. Romani ſiquidem cum priſtinæ libertatis, & maieſtatis intempeſtiuo deſiderio omnia quondam ſuæ iuriſdictionis Regna in ſuam poteſtatem redigere ſatagerent, etiam Pontificem in ordinem redigere, omniaque regalia adimere conati ſunt. Sed eos Franci & Germani Imperatores, vt etiam Longobardos punierunt. Viderunt namque Pontifici Eccleſiam tecto ſcepti, & principatus dignitatem eſſe opportunam. Quare bono iure ſua poſſidere Pontificem, Barcetus *lib. 2. cap. 1.* docet, quamquam alioqui Principum adulator.

29 Hinc patet, nouum videri non debere ſi Eccleſiaſtici dignitatem Baronalem, aut Ducalem, non vt Clerici, ſed vt ſæculares cum ſuis Ducatibus, ac dominijs teneant. Nam ſicut prædia ſibi donata à Principibus, aut alijs propria habere, & retinere poſſunt, ita & iuriſdictionem, quæ cum prædiorum donatione transfertur. Quod ſi vſu venerit, nemo dixerit, opinor, eum facultates, ac patrimonium ſuum deſerere oportere. Quare nihil nos remoratur, quod nonnulli exiſtimant, Clericum ſæcularis ſimul Magiſtratus perſonam ſuſtinere non poſſe, inter quos grauiter Otho Friſingenſis. Siquidem impudens foret diſputatione ſcholaſtica, qua nec Ducatus, vel dominia dari aut adimi poſſunt. Eccleſiaſticis veteris dignitatis terminos peruertere velle. Hanc legitima, iuſtam, vſitatam, vtilem Reipublicæ oſtendis Eccleſiaſticorum gubernandi, & iuriſdicundi poteſtatem eſſe Adamus Gontzen *lib. 6. polit. cap. 9.* contra Scarpium *quæſt. 6. de Antichriſto.* Quia de te nos etiam alibi. Verùm interim audiant Epiſcopi Petrum Bleſenſem *de vit. morib. & offic. Præſul. cap. 3. Quidam*, ait, *Epiſcopi Regum munificentias, & eleemoſynas antiquorum abuſiuè Baronias, & Regalia vocant, & in occaſione turpiſſimæ ſeruitutis ſeipſos Barones appellant, vereor ne de illis queraletur Dominus, & dicat: Ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & ego non cognoui, Oſea 8. 4. Sciat te aſſumpſiſſe Paſtores officium, non Baronis. Certè Ioſeph in Aegypto patrem ſuum, & fratres inſtruxit Gen. 46. 34. vt dicerent Pharaoni, viri paſtores ſumus. Maluit eos profiteri paſtoris officium, quàm Principis aut Baronis: Chriſtus dicit: Ego ſum paſtor bonus, Ioann. 10. 11. tu verò conſtitutus es ab eo paſtor, aut villicus, villicatio tibi commiſſa eſt, & ſcias, quia villicationis rationem reddere te oportet. Agricultura Dei tibi commiſſa eſt, opus eſt ſarculo, vt agricola, baculo vt paſtori. Sarculo, vt tamquam Propheta ſiluis euellas & deſtruas, ædifices & plantes, Ioann. 1. 10. Baculo vtere, lupos ab ouili coercendo, oues debiles ſuſtentando, erigendo lapſas, erroneas reducendo.* Norent Præſules, ſi qui fortè etiam hodie malint audiri Principes, quàm Paſtores. Illi vtique, qui quæ ſunt Principum, ſtrenuè curant, at negligunt officium Paſtoris. Nonne dignior vobis titulus, quem Spiritus ſanctus tribuit, quem & ipſe Chriſtus vſurpat?

Cauſæ cur id vtile Reipublicæ ſit multæ ſanè fuerunt, 30
hodieque manent. Primò, quod ſincerius cauſæ tractentur à Domini Sacerdotibus, & miniſtris, quàm à profanis Iudicibus. Nam iuſtitiæ, æqualitatiſq; regulam apertiorem arctius cuſtodiunt. Quare etiam cauſa eſt, vt populus ipſe ad audientiam Epiſcopalem appellarit. Quemadmodum enim leges ciuiles debent eccleſiaſticis attemperari, ita quoque Iudices ſæculares audire par eſt Epiſcopos & Sacerdotes. Conſtitutiones Imperatorum, ac Regum vim legis obtinent, ſed firmiorem Canones Apoſtolorum. Hinc factum, vt verè Innocentius dixerit: *Eccleſiam mundanis legibus non conſtringi*. Et Hieronymus *in epitaph. Fabiola, & epiſt. 30. ad Ocean. Aliæ leges Cæſarum, aliæ Chriſti. Aliud Papinianus, aliud Paulus præcepit*. Quo factum eſt, vt Conſtantinus ſanciret, Præſidum ſententias poſſe ab Epiſcopis reſcindi. Quod à ſe factum teſtis eſt ipſe Ambroſius *lib. 2. offic. cap. 29.*

Secundò. Minore ſumptu apud Epiſcopos litigabatur. 31
Nam erant Iudices illi tum pietate & ſcientia inſignes, tùm verò plerumque diuites, & in pauperes liberales, vt nullo modo probabile videretur, eos hoc agere, vt poſſeſſiones eorum ex litibus creſcerent. Nunc quoque ex Eccleſia viuunt nec hæredes habent, quorum cauſa iuſtitiam violent, ſententiamque vendant. Nec obijciatur, quod multi abutuntur opibus Eccleſiæ. Nam id verum eſt. Sed abuſus ad vitia hominum pertinent, non autem ad Ordinis confuſionem. Multi diuitum laſciuiunt in luxurijs ſuis, non tamen ideò rerum ſuarum domini eſſe deſinunt. Eſt igitur captio ab accidente. Quia vitia perſonæ vitiant officium. Simile eſt: Iudas fuit malus: ergo Apoſtolicum officium reijciendum. Negatur ſequi.

Tertiò. Ciuilis Eccleſiæ poteſtas in tanta hominum malitia, arrogantia, ſubtilitate, pertinacia ad errores compeſcendos neceſſaria videtur. Ideòque meritò conceſſa Epiſcopis. Ante Conſtantinum plures emerſere hæreſes, quia nulla vi comprimebantur, & ſub blaſphemis Imperatoribus hæreticarum blaſphemiarum ſumma libertas erat, vt grauius domeſticis diſſidijs, quàm perſecutione Eccleſia ſcinderetur. Quare dominium hoc olim à multis datum, acceptumque fuit, hodieque retinetur, nec ab illis tantùm, quorum virtus in dubium vocari poſſet, ſed omnibus omnino, qui eas Eccleſias adepti ſunt. De quibus eruditiſſimè egit Ioannes de Polemar, Archidiaconus Barchinonenſis in Concilio Baſilienſi.

Itaque ſi Epiſcopus in Regalibus ſubſit Principi, qui primò ac præuentiuè ei præcepit, vt ea ſecum in expeditio- 33
ne, tenetur illi obedire ratione Regalium, & ſi tali cauſa ad Concilium non ierit vocatus à Metropolitano, non punietur. Huiuſmodi intellectum ſequuntur Archidiac. & Bellam. *in c. Quo auſu, verſ. vel ibi præuentus*, 23. *qu.* 8. Atque hoc caſu mollienda eſt dura illa ſententia, qua Oliban. *de iur. fiſc. cap. 70. num. 6.* & Carol. Degraſſal. *Regal. Franc. lib. 2. iur. 13.* auſi ſunt dicere, quod Epiſcopus habens feudum à Rege, priùs debeat obedire Regi, quàm Papæ, aut Metropolitano. Cuius contrarium docet Martha *de iuriſdict. par. 4. cent. 1. caſ. 18. num. 13. &* 22. inquiens, in tali caſu Epiſcopum teneri magis obedire ſuo Metropolitano, quàm Regi, etiam directo domino feudi. Quia maius vinculum eſt ſpirituale, quàm temporale, per textum *cap. ſolitæ, de maior. & obed.* Nec obſtare iuramentum fidelitatis directo domino factum. Quia ſemper intelligitur excepta authoritas ſui Superioris.

Idem & ego cenſeo, quia vaſallus plurium Dominorum 34
obligatus eſt priori, ſeu antiquiori domino ad præſtanda ſeruitia, etiam contra poſteriores dominos, & in eorum offenſam, vt expreſsè notant Aluar. & Præpoſ. poſt alios *in cap. Imperialem, §. fin. & §. Illud quoq; de probib. feud. alien. per Fred.* In omni enim iuramento prior, ſeu antiquior dominus excipi debet per text *in cap. Contra omnes hic finit lex.* Et ita etiam tenet Iacob. de S. Georg. *in v. & promiſerunt, num. 1.* Nam Epiſcopus primo Domino, id eſt Summo Pontifici iurauit fidelitatem, quæ fidelitas extenditur contra omnes homines, etiam poſteriores Dominos, per notata *in cap. vlt. hic finit lex. & in cap. 1. maximè*, ibi, *contra omnem hominem, de nou. form. fidel.* & vtrobique Doctores. Omniſque controuerſiæ expers eſt, quod in iuramento cenſeantur excepta ea, quæ priùs quis iurato promiſit, *cap. Intellecto, de iureiur. cap. Licet mulier*,

Digitized by Google

lier, *eod. tit. in 6.* Quodque propterea etiam vasallus, qui secundo Decimo fidelitatem fecit, priorem Dominnm, etiamsi non exprimat, excipere intelligitur, *cap. fin. hic finit lex.* Ergo antiquior Domious semper posteriori præferendus est.

35 Et primò banc decisionem luculenter euincunt textus *in l. 2. & in l. si fundum, 4. C. qui potior in pign. hab. l. potior 11. ff. eodem, l. quoties 98. ff. de reg. iur. l. 9. §. 3. ff. de public. cap. eam extra, de præb. in 6. cap. qui prior est tempore 54. de reg. iur. in 6.* aliaque similia iura, quæ expressim statuunt, quod ille iure præualeat, qui secum contendentem tempore præuenit. Et præallegatis his iuribus nominatim etiam subscribunt Rom. *consil. 47. in princip.* Alex. *cons. 3. & 24. vol. 5.* Dyn. *in d. cap. qui potior*, alijque ab his adducti.

36 Secundò receptam habemus Interpretum doctrinam, quod prima obligatio præferatur secundæ, aut posteriori, ita tradente Hieronymo Gigante *de crim. læs. maiest. lib. 3. de plur. var. quæst. q. 18. num. 2.* allegans ad hoc Mart. Laud. *de confæd. Princ. q. 60.* vbi voluit, quod cum Dux Mediolani confœderationem inijsset cum Ianuensibus primo, & secundo loco cum Rege Francorum, prima confœderatio secundæ præferenda sit per *d. regal. qui prior.* Ex prima enim confœderatione hìc non secus, quàm in casu nostro causatur obligatio personalis ad faciendum. Ergo prioritas temporis prioris confœderati iura facit potiora, textus *in l. in operis, ff. locat.*

37 His consensum præbent & illi, qui disertè aiunt, quod si cum pluribus contracta sit amicitia, quæ defensionem importet, & illi inuicem sibi moueant bellum, regulariter antiquiorem esse iuuandum. Eo quod semper in confœderatione facta cum secundo ius primi exceptum intelligatur, Schrader. *de feud. par. 6. cap. 5. n. 10.* Io. Andr. *in cap. Recolentes, de stat. monach. in nouell.* vbi notat, quod quando quis colligatus est duobus in solidum, obligatus sit secundo, saluo iure primi, iuxta notata per Hostien. & Canonist. *in d. cap. Recolentes*, & Euerhar. *in top. in loc. de tamquam, seu respectiuis n. 30.*

38 Tertiò super fulcitur decisio, quod ex duobus ius circa idem prætendentibus, is præferendus sit, qui potentius ius habet, *l. contra pupillum, §. Qui & maius, ff. de re iudic. cap. si duobus, extr. de appell.* facitque *l. quæritur ff. de stat. hom. l. seruis legatis, §. Si vni optimè, ff. de legat. 3. l. liberta, §. Cum si, ff. ad manicip.* Sed Summo Pontifici, aut Metropolitano ius est potentius ratione prioritatis temporis, ac spiritualitatis.

39 Quartò id manifestè ostenditur authoritate Doctorum, qui alijs quæstionibus in simili buic casum deciderunt. In primis Bart. Muscol. *in disp. de confr. seu pact. success. illustr. person. concl. 50.* vbi in simili quærens, si quis cum pluribus fraternitatem contraxerit, & illi inuicem bellum gerant, cui adesse oporteat, concludit, regulariter deferendum esse tempori, *arg. d. l. in operis, 26. ff. locat.* semper enim liga secunda sine præiudicio primæ censetur facta, *cap. vn. §. fin. de prohib. feud. alien. per Frid.* & ibi Feudistæ, Canonistæ *in d. cap. recolentes, de stat. monach.* Et in iure pari potior conditio, quæ tempus occupat, Alex. *cons. 118.* Cæphal. *cons. 115.* pro qua decisione etiam est textus *in cap. Breui, & cap. veniens de iureiurand.* faciuntque notata per Specul. *in tit. de Aduoc. §. 1.* Quod ipsum etiam latè disputat Io. Andr. in regula contractus *de regul. iur. in 6.* & Bart. Brix. quem refert Alberic. *in l. 6. princ. in 6. ff. de postul.* vbi dubium mouent de Aduocato, qui pro certo feudo, vel annuo salario conuenit vni Monasterio præstare patrocinium, idemque postea contraxit etiam cum alio, & si contingat, vt illa duo Monasteria litigent inuicem, cui patrocinari debeat, & decidunt illi Monasterio patrocinandum esse, cui primo promissa fuit defensio, Castr. *in d. l. in operis, num. 2.* Alex. *in l. si filius familias, §. Si viri in quinquennium, v. 16. ff. solut. matrim.* Rip. *in l. priuil. 56. ff. de priuileg. credit.* quos refert, ac sequitur Caluol. *in concl. §. Aduocatus, conclus. 5. num. 2.* qui in prædictis locis indistinctè concludunt, istum Aduocatum teneri solùm patrocinari cui primo promisit, absque eo quod inueniat aliam Aduocatum illi, cui secundario aduocationem pollicitus fuit. Eo quod secunda promissio facta intelligatur sine præiudicio primæ, cùm operæ non possint præstari simul eodem tempore diuersis personis, vt notatur per supra allegatos Doctores.

40 Quintò ad idem inducitur quæstio de vasallo duorum, aut plurimum Dominorum, vt si vasallus habeat plura diuersa feuda à duobux, vel pluribus, & diuersis dominis, qui duo domini sibi mutua moueant bella, & vterque Dominus vasallum requirat, vt sibi seruitium, opemque vasallaticam exhibeat, cui teneatur succurrere. Et communiter tenent Feudistæ, quod de rigore iuris eum iuuare debeat, cui primo fecit fidelitatem per textum expressum *in d. cap. Imperialem, §. Illud quoque*, & ibi Beluis. Isern. *nu. 61.* Rauen. Afflict. *nu. 8.* Io. Raynaud. *num. 1. & 7.* Frid. Schenk *nu. 3.* & omnes *de prohib. feud. per Frid.* Lauden. *in cap. omnes filij, num. 14. si de feud. defunct. contr. fuer.* Ludou. Rom. *in leg. si quis in graui, §. si cum omnes, num. 1. ff. ad S.C. Syllan.* Zas. *de feud. par. 7. num. 29.* Pistor. *q. 47. num. 37. par. 2. lib. 2.* Schrad. *par. 6. cap. 6. num. 20.* vbi hanc sententiam communiter approbatam, & verissimam esse ait. Adeout posteriorem Dominum licet in seruitio antiquioris sui Domini offendere queat, neque ab eo propterea feudo priuari possit per textum *in cap. contra omnes hic finit lex.* Cùm lege permittente, ac iubente id fiat, ideoque pœnam non mereatur, Ardiz. *cap. 62. circa fin. arg. l. sed si vnicus, 17. §. 1. ff. de iniur. l. Gracch. C. ad leg. Iul. de adult.* idem Ardiz. *cap. 69. vers. excusatur etiam.* Immò potest antiquiorem Dominum iuuare contra posteriorem. Iisdem verbis Afflict. *in d. §. Illud quoque, num. 8.* Pistor. *d. q. 47. num. 36.* Rom. *d. cons. 47. num. 3. & 21.* E contra autem, si relicto primo Domino assistat secundo, feudum, quod ab illo tenebat, amittit. Ita omnes Feudistæ scriptum reliquerunt *in d. cap. Imperialem, §. fin. & §. Illud quoque*, & Afflict. *in cap. satis bene, num. 3. de prohib. feud. non alien. per Frid.* & est textus *in d. §. Illud quoque, eod. tit.* vbi casus est, quod vasallus offendens Dominum sui Domini priuetur feudo, & reuertatur ad Dominum, à quo feudum recognoscebat, nisi ipsa offensa fuisset facta per vasallum, seruiendo licitè alteri Domino suo antiquiori, à quo aliud feudum tenebat.

41 Sextò etiam decisio nostra confirmatur ex quæstione, quam disputando decidit Bald. & plenè refert *in l. in adoptionem, C. de adopt.* scilicet de captiuo duorum secundum consuetudinem gentis armigeræ, qui simul ab vtroque vocatur, cui potius parere teneatur. Et decidit, quod si literæ capientium simul captiuo præsententur, illius literis obediendum sit primò, quæ priùs apertæ sunt, quasi per aperturam inducta fuerit præuentio, aut iuris præoccupatio. Si autem ius vnius ex captiuantibus præuenerit ius alterius tempore, ius primi est potentius, & illi parendum erit, per textum nobilem *in d. l. in operis*, cum alijs præallegatis.

42 Septimò hoc manifestè deducitur ex glossa singulari *in l. Ciues, C. de incol. lib. 10.* vbi latè disputans de subdito plurimum Ciuitatum, si eodem tempore vocetur ab illis ad munera realia, vel personalia, cui parendum sit. Et decidit, quod habenti ius potentius tempore præuentionis, aut origine, vel nobilitate, vt superioribus rationibus deductum est, & pluribus similibus eleganter illustrat Iacob. de Franch. *in prælud. feud. n. 217. & seq.*

43 Hoc ipsum probat textus *in cap. si vobis eod. caus. & q.* vbi prohibetur, ne Episcopi ad Comitatum accedant, nisi fortè ij, qui à religiosis Imperatoribus vel inuitati, vel vocati fuerint. Quod verbum *vocati* æquipollet verbo *citati ad comparendum* per textum *in l. si quis ex aliena iurisdictione, ff. de iudic.* Maximè contradistinctum per alternatiuam verbi *inuitati*. Ideò rectè illum interpretantur, qui dicunt, ita demum Episcopos ab Imperatore vocatos ad Comitatum ire debere si Regalia habuerint. Quem sensum ibidem referunt Archid. Turrecrem. & Bellamer. *vers. sed secundum alios.*

44 Idem quoque ex textu *in d. c. Cum parati, 19. de appell.* notat glos. *v. in legatione Regis*, vbi opponendo contra textum præallegatum *c. si Episcopus* cum similibus, obiectum ita soluit. Si mandatum Regis præueniat mandatum cuiuslibet Prælati, post Dominum Papam, nunc Regi obtemperandum est, si ab ipso teneat Regalia. Et licet Innocentius *ibi num. 1. v. non credimus*, indistinctè dicat, quod si Archiepiscopus vocat aliquem Episcopum, vel aliquem Prælatum ad Concilium, vel ad causam, & Rex siue ante, siue postea eundem vocauerit, licitè potest ad eum venire, & mandatum Archiepiscopi intermittere.

Digitized by Google

Quoniam est Regi honor deferendus. Tamen Hostiensis *num.2.* hoc intelligit si Episcopus à Rege teneat Regalia, *& num. 3.* inquit, Innocentium intelligendum esse, quando Prælatus tenet temporalia ab illo Rege, qui eum vocat pro consilio, vel auxilio in bello, vel alijs negocijs, illi immunentibus impartiendo. Quam mentem *ibidem* sequuntur Io. Andr. *num. 7. circa fin.* Butr. *nu.6.* Abb. *sub num. 8.* Ancharan. *nu.5.* Præposit. & Imol. *sub num. item 5.* & Alex. de Neuo *num.23. in fin.* Verba autem glossæ de tenente Regalia ibidem intelligunt de habente feudum, siue feudalia à Principe sæculari, Abb. *num.2. in princ.* Præpos. *sub num. 15.* & Alex. de Neuo *nu.18.*

45 Ex quibus opponit Archid. *in cap. 1. sub num. 3. de Cler. coniug. in 6.* quod Episcopi, & alij Clerici tenentur venire ad vocationem Regis, si tenent ab eo temporalia. Quod ibi repetunt Io. Andr. *nu. 2.* Gemin. *in §. 1. num. 6.* & Anchar. *num.7.* qui expressè dicit hoc intelligi ratione feudi, Bald. *de pac. Constant. §. Hoc quod nos, nu.6.* quærit. *Vtrum Episcopi, qui habent ciuitatem, & iurisdictionem temporalem ab Imperatore, vel à Rege, teneantur coram illis comparere, non solum quoad consilium, sed etiam quo ad auxilium, si fuerint vocati?* Et respondet affirmatiuè, non tamen posse distringi personaliter, iuxta notata *in d. cap. 1.* per Io. Andr. *nu. 2.* Gemin *in d. §. 1. nu.6.* & Anchar. *n. 7. in fin. de Cler. coniug. in 6.* & nos alibi.

46 Quod verò dictum est, Episcopum feudatarium teneri vocatum à Rege ad Curiam accedere, non eum sensum recipit, ac si ille impedimentis legitimis detineatur, nequeat per Procuratorem eam adire. Si enim priuati, qui, vt Vlpianus ait, rebus suis superesse ipsi vel nolunt, vel non possunt, per alios vel agere, vel conueniri possint *in l. 1. §. 2. ff. de procur.* sanè id Episcopis, quibus vel temporis momento à curis, & summis negocijs animus non est, minimè denegari debet. *Magna imperia*, ait Seneca *suas. 5. numquam otiosa sunt.* Exempla sanctissimorum ac laboriosissimorum Episcoporum vel in iudiciaria potestate nobis ostendunt Gregorius Nyssenus *orat. de virt. Gregorij Thaumaturgi*, & Augustinus *de occupat. S. Ambrosij lib. 3. confess. cap. 3.* Atque huc spectat querela Synesij, qui ad Episcopatum compulsus est epist. 57. *Otio*, ait, *opus est ei, qui cum philosophia sacerdotio fungitur. Non condemno Episcopos, qui in rerum negocijs versantur, sed magis miror eos, qui vtrumque possunt. Mea facultas non est duobus dominis seruire. Si verò sunt aliqui, qui neque à condescensu læduntur, poterunt sanè & Sacerdotio fungi, & Ciuitatum Præfecti esse. Radius enim solis si cum luto versabuur, purus manet, non inquinatur. Ego verò cùm idem hoc fecero, fontibus, & mari opus habeo.* Et ideò cum puncto temporis variæ, magnæque difficultates multa impedimenta in eorum licet salutari, & placida gubernatione improuisa sapientiæ humanæ atque Episcopi præsentiam exposcentia obtinere possunt, nil mirum si illi per Nuncium, vel Procuratorem contumaciæ pœnam purgare concessum sit. Adde, quod cùm Episcoporum residentia sit de iure diuino, vt ex Trid. *sess. 23. c. 1. de ref.* & Doctores communiter, præcipuè Turrian. *de resid. qui pag. 7.* contrariam opinionem esse alienam à scientia sacrarum scripturarum, & earum virtute; ideò non potest Episcopus, etiam feudatarius, à Rege vocatus, ad Curiam accedere absque expressa licentia Summi Pontificis, cuius est hic & nuncius diuinum interpretari.

47 Secundo casu, si Episcopus non habet regalia, idest feudalia à Rege, censeo, posse quidem inuitari, non cogi, vt ad Curiam accedat. Quoniam illi, vt Gratianus inquit *in d. §. Ecce*, nihil est commune cum Principibus sæculi. Ideò non potest ab eis compelli, vt deserat propriam Ecclesiam, & veniat ad Curiam. Idipsum etiam ex Iuristis docent Mastrill. *de Magistrat. tract. 2. lib. 5. cap. 13. num. 36.* Oliban. *de iur. fisc. cap. 10. num. 9.* & alij, quos ipse citat. Hoc enim modo aliquem vocare ad Comitia, siue ad Curiam, est vocare illum vt Iudicem, qui in Comitijs, aut Curia habeat iudicare, & definire inter Regem, & Regnum. Quare ex hoc infertur præiudicium statui Ecclesiastico. Idem quoque ex Theologis tenent Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 14. q. vlt.* Bonacin. *de legib. disp. 10. qu. 2. punct. 1. §. 1. nu. 14. & tom. 5. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 5. num. 13.* Pesantius *tr. de Immun. Eccles. disp. 21.* quos sequitur Delbene *de Parlam. tr. 6. dub. 22.* Nam Reges & Principes sæculares ratione sui muneris & officij non habent ius conuocandi Episcopos, eisque præcipiendi, vt hoc, vel illud faciant. Quia de iure diuino sunt exempti à Principum sæcularium iurisdictione ac potestate. Possunt tamen Reges pro negotijs Reipublicæ communibus rogare Episcopos, non quidem præcipiendo, sed solùm monendo, vel rogando.

Hæc autem distinctio videtur posse desumi *ex d. cap. si vobis 23. qu. 8.* ibi: *Nisi fortè ij, qui à religiosis Imperatoribus vel inuitati, vel vocati fuerint.* Nam cùm dictio *vel*, de sui natura soleat poni inter diuersa, Igneus *in authen. ex causa num. 7. C. de lib. & prater.* Roland. *cons. 99. num. 57. vol. 4.* Et ex industria ibi alternatiuè dictum fuit, *vel inuitati, vel vocati*, vt patefieret, non omnes Episcopos posse ab Imperatore vocari, sed tantùm eos, qui feudalia ab ipso obtinerent, cæteros verò inuitari, idest verbis suauibus allici iuxta proprietatem dicti vocabuli à Nizolio relatam ex Tullio, non autem cogi. Ideò Gratianus *in §. fin. 23. quæst. 6.* vtitur verbo *inuitandi* ad significandum effectum contrarium verbo *cogebantur*. 48

Et quod Glossa *in d. cap. Cùm parati, v. in legatione Regis, de appell.* in effectu velit, quod si Episcopi non teneat regalia, idest bona feudalia à Rege, non sit ei necessariò parendum, quando Episcopos vocat ad Curiam, ibidem dixit Alex. de Neuo *nu. 22.* subdens pro hoc facere, quod Clericus, quantumuis sit in minoribus, etiamsi habeat tantùm clericalem tonsuram, non subijcitur Principi sæculari, & quod sacerdotalis ordo excedit omnem dignitatem sæcularem, *vt in c. Duo 96. dist.* Qua de re latè Iul. Clar. *in pract. crimin. §. fin. qu. 36. per tot.* & Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 11. num. 7.* & nos *in Consultat. de crim. læs. Maiest. tom. 1.* 49

Quinimò idem sensisse videntur Archid. Turrecrem. & Bellam. *in d. cap. Quo ausu, & d. cap. si vobis 23. q. 8.* quatenus, relata priùs opinione asserentium, quod Episcopi debent ire, quando vocantur causa pacis componendæ, vel consultandi de rebus Regni, aut quotidianis orationibus Deo commendandi exercitum, subnectunt aliam dicentium, ita demum id obtinere, si Episcopi Regalia habuerint. Quam, vt nouissimè relatam, videntur sequi ad tradita per glos. *in l. qui filium 74. §. Fabius, v. & illa, ff. ad Trebell. & in l. ex lege 3. C. de condit. ob caus.* Bald. *in auth. ex testamento col. 2. de coll.* Angel. *in l. si idem cum eod. ff. de iurisd. omn. Iud.* Bolognet. *in auth. habita num. 159. C. ne filij pro patre.* Farinac. *in repert. iudic. qu. 14. num. 39.* vbi alios refert. Nam communiter Doctores solent vltimo loco referre opiniones, quas amplectuntur. Et quia recensitis opinionibus vltimo loco fertur iudicium de ipsis. Vnde quando iudicium non fertur explicitè, censetur ferri implicitè in sententia vltimo loco posita. 40

Atque de voluntario accessu loquitur Præpositus *in d. c. si Episcopus num. 4.* dicens quod Episcopus, vocatus à Rege, potest deserere Ecclesiam suam, & Regem adire. Ac propterea cessante huiusmodi necessitate, non debere sua voluntate Curias Principum frequentare, & Ecclesiam suam deserere. Et Innocentius *in d. cap. Cùm parati nu. 1. de appell.* ibi, *licitè potest ad eum venire.* Quæ sunt verba facultatiua. Atque in his terminis intelligitur *d. c. si Episcopus.* 51

Planè Episcopi, quia Principes, quia status Regni sunt ad deliberationes politicas forsan quis non grauatè admittet, de alijs verò Ecclesiæ Episcopis, num & illis politicis actionibus interesse conueniat, non vsque adeò expeditum est. Quippe inter contradictoria sunt, qui putent esse, vnum tenere pedem in profano, alterum verò in ecclesiastico, quæ sunt verba Baldi *cons. 23. vol. 3.* Et ideò Saluator noster numquam se mundanis negocijs inquinari passus fuit, noluitque arbitrium diuidendæ hæreditatis inter fratres suscipere, seuerè interpellantem corripiens: *Homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?* Lucæ 12. v. 14. Io. 6. v. 15. & 8. v. 11. Ideò rectè Chrysostomus *homil. 42. in Ioan.* ait: *hoc fecit, vt admoneret de humanarum dignitatum contemptu, & ostenderet, se nullis sæcularibus rebus indigere.* 52

Verùm respondeo primò, nihil hæc conficiunt contra 53 politicum regimen Episcoporum, eorumque iurisdictionem temporalem. Christus enim diuisionem illam reiecit, non quia iudicare non potuit, sed quia legitimam ob causam noluit. Nam primò habebant illi suum Magistratum.

tum. Deinde ex illa diuisione Pharisæis calumniandi, Magistratui sæuiendi occasio dari potuit. Denique non venerat ad agellos diuidundos. Fugit Christus Regnum, quia honores fugiendos exemplo docuit. Fugerunt Regna, & Episcopatus viri multi sancti, & prudentes, alij tamen eadem sine fraude, sine culpa acceperunt.

54 Respondeo secundò. Si Episcopos assiduè politicis actionibus adesse velis, minimè id probarem, cùm mens terrenis dedita, cœlestia illa, quod tamen officij ratio ipsis imponit, dispensare haud ritè possit. At si in Episcopo qualitates magis qualificatæ, puta ad pacem reducendam, extent, rectissimè tunc pro bono eius obtinendo, negocio tam pro se onerari patietur. Si enim Saluatoris nostri monitu sectatores eius pacem domui, multò magis toti Prouinciæ ac Regno precari debent, precantur non cùm verbis, sed facto eam prouehunt. Siquidem pietatis laus non in verbis, non in prædicatione, sed in actione consistit. Et ille demùm sacras Scripturas rectè legit, qui verba in opera conuertit. Deinde ad quos pertinet prædicatio concordiæ & pacis, ad eosdem similiter omnia illa media, sine quibus effectu rei potiri non possumus, pertinere debent. At fac abesse partes dissidentes, vtique ad concordiam earum, quia verba penetrare non possunt, opus est præsentia, & profectione necessaria. Insuper cogitandum, omnes ciues in vna Republica viuere, eidem omnes ex æquo obstrictos esse, ita, vt qui boni ciuis, & patriam amantis partes implere velit, Reipublicæ quo potest modo inseruire, & vt pax ei vel conseruetur, vel restituatur anniti obstrictus sit. Qui pacem cordis, oris, & operis non habet, Christianus dici non debet, ait Augustinus.

55 Quin si præteriti temporis acta, gestaque, vnde in futurum consilia à prudentibus peti solent, euoluamus, in negocio pacis mittendorum ingenia, non ordinem, aut personas, prudentiam magis, quàm eloquentiam, idoneitatem magis, quàm dignitatem consideratam fuisse. Quo spectat illud Syrac. *cap.* 37. *v.* 18. *Anima Sancti enunciat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum*. Ecclesiasticorum enim ingenia, vtpotè à turbis huius Mundi segregata, magis apta creduntur esse ad studium pacis, quàm eorum, qui se violentis affectibus abripi patiuntur, & nihil nisi respectus & despectus ostendere possunt. Nec credibile est, ipsos ab intentione bona hamatis donis, quibus alij non rarò cum damno suorum principalium inescantur, in sequiorem partem abituros. Quod & bonus ille Bernardus ad Eugenium suum *lib.* 4. ab illis summoperè requirit. *Missi post aurum non eant*, ait, *sed Christum sequantur. Nec quæstum legationem æstiment, nec requirant datum, sed fructum*. Et paulò post: *Qui redeant fatigati quidem, sed non suffarcinati, simul & gloriantes, quod non curiosa, seu preciosa quæque terrarum attulerint, sed quod reliquerint pacem Regnis, legem barbaris, quietem Monasterijs, Ecclesijs ordinem, Clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem, sectatorem operum*. Quin illis propter opinionem Religionis, qua vel maximè animos dissidentium in sui complacentiam captiuare solent, maiore cum efficacia, & successu pleniore sese quàm sæculares exhibere possunt. Nam etsi duo idem dicant, idem faciant, non tamen eodem modo, eodem sensu, eodem affectu accipi solet. Vnde D. Bernardus eundem monet, vt Legatos in negocio religioso eos mittat, *Quorum sermo ædificatio, quorum vita iustitia, quorum præsentia grata, quique se amabiles præbent, non verbo, sed opere, reuerendos exhibeant, sed actu non fastu*.

56 Hinc autem factum esse arbitror, vt in electione Imperatoris, Ecclesiastici sæcularibus adderentur. Et quidem illi præteriri non poterant, quia constat, eos à tempore Caroli Magni semper Comitijs interfuisse. Quod inter alios ostendit Guntherus *lib. in Ligurin. de elect. Frider. Imper.* & Guilhelm. Britto *lib.* 3. *Philippid.* Consilium verò huius coniunctionis fuisse existimo, vt Ecclesiastici præcipuè res sacras tractando, administrandoque, & Christianæ Religionis puritatem tuendo, simulque consulendo, Politici & consilijs, & armis Rempublicam iuuarent, & amplificarent. Firmissima quidem Christianæ politicæ præsidia, & fundamenta sunt Sacerdotium, & Regnum, maximaque Dei dona, *Nouell.* 6. *sub princip.* ac Dominationis arcanum. Nihil enim est, vnde facilius amorem sui apud populum conciret Princeps, quàm per pietatem. Rationem affert Aristoteles *lib.* 5. *politic. cap.* 11. Quod nimirùm indigenæ minimè sperent aliquid iniustum ab eo Principe pati, quam religiosum, Deique verentem arbitrantur, minusque in eum insurgent, qui Deum etiam habeat adiutorem. Quare tanta veterum Principum in Religionem deuotio fuit, vt sine Sacerdotibus, & Episcopis nihil magnum feliciter absoluere se posse sperarent, & ita demum omnia rectè processura crederent, si Religionis Antistites suis consilijs præsentes haberent, adeòque zelo Religionis in tantam eos euexerunt potentiam, vt non solum amplissimarum ditionum domini sint, verùm etiam Archiepiscopi Electores omnibus priuilegijs, consuetudinibus, & singularibus honoribus, quibus cæteri Principes sæculares in electione Regis, seu Imperatoris Romanorum ius habentes, perfrui, ac gaudere noscuntur. Ac ita demùm in porta consistere putarunt Imperium si ex togata & armata militia Senatus secretior constaret. Et hinc puto factum, quod Imperium Romanum *Sacrosanctum* dicatur. Ex quibus luculenter exploditur illud, quod nec nisi calumniandi libidine effutiuit Sleidanus *in orat. ad Ordin. & Princ. Imper.* Constat enim quod antequam Gregorius V. de hoc enim ipsi sermo est, Pontificatum inierit, non solùm tres illi Archiepiscopi Electores Comitijs illis, quibus Imperatores electi fuere, sed & alijs communis salutis causa institutis, vnà cum Episcopis, & alijs Clericis honoratioribus interfuerint, Hincmar. *ep.* 3. *cap.* 29. 31. *&* 35. Nec ob id Christiano Principi in sacra ius aliquod tribuo, sed inspectionem quandam idque vt tueatur magis, quam cognoscat, vt vim, fraudes, turbas, & externa hæc mala ab ea arceat. Et quod in ipso est pacata sacra præstet & quieta. *Oportet Principem*, ait Aristoteles 5. c. 11. *res diuinas videri curare serio, & ante omnes*. Quod non solum debet, qua Christianus, sed vt Princeps, qui aliter sentiunt, scilicet nihil esse Imperatori cum Ecclesia, incidunt in errorem Donati Heresiarchæ, damnatum iam olim, Optat. Mileuit. *lib.* 3. Sunt enim Reges, ac Principes Religionis, & Ecclesiæ protectores. Et quoniam sine Religione salua esse Respublica non potest, Principum est florentem Religionis vbique cultum procurare, quorum est Rempublicam omninò curare.

Illud itaque certissimum sit ac firmamento firmiùs, 57
quod Regi non permittitur vocare Episcopos ad Curiam, nisi vt consulant de publicis negocijs Regni, vt tenet Glos. *in d. c. si Episcopus, v. Regni*, inquiens: Et quilibet deberet venire, si vocaretur propter negocium Regni, Archid. *in d. cap. Quo ausa*, dicens, præallegatum *c. si Episcopus* loqui vbi vocatur à Principe, non ad expeditionem, sed ad consulendum super Regni negocijs. Quæ verba adamussim ibi reperunt Turrecremata & Bellamera, ac idem Archid. *in d. c. si vobis, in princip.* quatenus ait, quod Episcopi ab Imperatoribus vocati debeant ire ad Comitatum, esse verum causa pacis reformandæ, vel consilij dandi, vel orandi, cuius verba ibidem repetunt Turrecremat. *v. Vocati*, & Bellamer. *sub princip.*

Quod etiam voluere Archid. *in d. cap.* 1. *sub num.* 3. Io. 58
Andr. *nu.* 2. & Gemin. *in* §. 1. *num.* 6. *de Cler. coniug. in* 6. respondentes textui *in dict. c. si Episcopus*, quod Clerici tenentur comparere ad dandum consilium, & auxilium, non ad litigandum. Et in his terminis procedit decisio Franc. March. 436. *n.* 9. *par.* 1.

Ideòque facultas vocandi Episcopos ad Curiam, Regi 59
solum permissa in casu vtilitatis, vel necessitatis totius Regni, non debet extendi, vel trahi ad alios casus diuersos, nempè vt Episcopus reddat rationem, vel aliàs iustificet ea, quæ iure sui officij fecit, etiam contra voluntatem, & placitum Officialium Regis. Quia tunc obstaret authoritas D. Ambrosij relata *in c. Conuenior*, §. *Vtinam* 23. *qu.* 8. dicentis: *Non congruere Sacerdotis officio, vt vocatus accedat ad palatium Imperatoris. Quia in Consistorio Christus non solet esse reus, sed Iudex. Ideòque causas Ecclesiæ in ipsamet Ecclesia, non in palatio agendas esse*.

Quare sententiam illam, quod omnes in ius vocati se 60
iudicio sistant, Angel. & Fulgos. *ad l.* 2. *ff. de in ius voc.* in Pontificibus non admittunt. Sacra enim turbari ista in ius vocatione, aut alia qualibet re vetat Constitutio *cap. Decet, de immun. Eccles. lib.* 6. Angel. & Fulgos. *in d. l.* 2. quę omnem item iudiciorum sæcularium strepitum à Tem-

plis;abesse iubet. Animaduerto tamen ædi sacræ non habitum hunc honorem, sed Dei maiestati, cuius sacri vacare Episcopos oportet, *l. Nam distinguimus, §. Sacerdotio, ff. de recept. & qui arb. recep.* Noluit itaque lex importuno litigatori Magistratus authoritate licere intempestiua in ius vocatione animum sacrificantium Episcoporum à Numinis contemplatione euertere. Quod Religionis priuilegium est, *l. sunt personæ, ff. de relig.* Quod etiam sequitur Paul. de Castr. *d. l. 2. num. 3.* & alij, & Modestinus *in l. generaliter, ff. de in ius voc.* in genere tradit, eas personas, quibus reuerentia præstanda est, sine iussu Prætoris in ius vocari non posse, *l. 1. C. eod.* Ergo non Episcopus sine licentia Pontificis.

61 Vnde non nisi in subsistentiæ, & assentationis vitio laborat assertio Solorzani, quam ponit *lib. 3. cap. 7. num. 56. de Indiar. iur.* quod scilicet ratione Regiæ superioritatis in temporalibus, Episcopi ad illos accedere debent, quoties contigerit ab ipsis Regibus vocari, & allegat *c. petimus 11. quæst. 1. c. Principes, c. Administratores, c. Regum 23. quæst. 5.* In tantum, vt si contingat eodem tempore, vel causa Episcopum vocari à Rege, & ab Archiepiscopo, ad Regem prius, quam ad Archiepiscopum accedere debeat.

62 Hæc doctrina eadem planè est cum prætensione, quam Michael Imperator Orientalis Imperij sub Pontifice S. Nicolao primo habuit aduersus Theognostum, & alios Ecclesiasticos, qui pro Ignatio stabant, quos sibi destinari, & tradi à S. Pontifice petebat, ipse verò Summus Pontifex eidem Michaeli respondendo *epist. 8. lib. 3. epist. decret.* præmittit historiam de vase è cœlo submisso, in quo B. Petro fidelium omnium Rectori cunctorum ostensa sunt animantium genera, quo vase Catholicam Ecclesiam, atque Sedem Apostolicam Romanam designari, ait, & proinde peritam Ecclesiasticorum virorum traditionem negando, sic ait: *Putasne ergo Imperator, iustum esse, vt tradamus aliquem eorum, quos nunc commemorauimus Principibus, quorum Aulas, dignitates, honores, & beneficia contempserunt? Absit.* Et infra. *Denique cum quidam Antecessorum vestrorum quendam venerabilem virum ab Agarenorum Principe multis oblatis muneribus sibi mitti proposuerit, non solum minimè impetrauit &c.* Quare, vt Imperator ipse Michael persuasus, & edoctus remaneret, ita concludit orationem. *Quamuis, Deo gratias, & per principalem Beatorum Apostolorum Petri & Pauli potestatem, & ius habemus non solum Monachos, verum etiam quoslibet Clericos de quacumque diœcesi, cum necesse fuerit, ac nos conuocare, hoc quidem nostrum. Vestrum autem, & piorum Imperatorum non est vllum penitus quærendi Monachos ministerium, nisi ad miserendum, & orationes eorum submisse poscendum.* Idque adeò verum esse addit, *vt etiam pro colligendis Concilijs, ac proferendis sententijs pij Imperatores non imperauerint, sed precati, & hortati solum fuerint,* scilicet Ecclesiasticos, *& quæ illi decreuerunt, ipsi* scilicet pij Imperatores, *consenserint, & quæ illi damnauerunt, ipsi respuerint.* Quæ omnia inculcando latè prosequitur epistola sequenti videnda.

63 Constat igitur ex huiusmodi sacrorum rituum historia, atque Sedis Apostolicæ determinatione, Solorzani doctrinam nullo modo subsistere, & assentationem sæcularis potestatis continere. Iura autem quæ adducit, talem Regum actiuam, & Episcoporum subiectiuam obligationem non somniant, sed solum dicunt, quod Reges tenentur Ecclesiam defendere aduersus oppressores, & rebelles, vt quos non valet in officio continere disciplina ecclesiastica, eosdem compescat sæcularis potestas. Et Archidiaconus *in c. duo sunt 96. d.* quem sub *eodem num.* 58. allegat ad propositum debiti Episcoporum osculandæ Regiæ manus in Hispania, talem obligationem, & consuetudinem enixè detestatur expressa dispositione eiusdem *c. duo sunt*, & alijs iuribus, quæ ibi adducit. Solum illam admittit, vbi Episcopus esset Comes, & feudatarius Regis, qui deosculando manus Regis, vti talis Comes fecisse dicendus est, cùm ex consuetudine alij Magnates hoc faciant. Et dum *num. 59. & seqq.* ex alijs defendit huiusmodi prærogatiuam Regum Hispaniarum, vt scilicet eorum manus deosculentur Ecclesiastici, & ex altera parte refert, quod Reges pro sua in Ecclesiam veneratione tale osculum non permittunt, sed sola genuflexione Prælatorum, & Presbyterorum sunt contenti, vtiq; facit, quod in se est, vt Reges retrahat ab eorum in Ecclesiam veneratione quantum ad istam partem. Quod aduersatur æternæ pietati Regum Hispaniarum.

Atque ex his alta voce aio, concludoque Reipublicæ 27
singulari emolumento fieri, vt Episcopis, & Sacerdotibus magna iudicandi, gubernandi, consulendiq; potestas permittatur. Fructus esse debet, vt faciliùs verbum Dei audiant, audito obtemperent, mores corrigant illi, qui emendabiles sunt, contumaces terreantur, si non ab inualido, & contemptibili Sacerdote, sed Regio Pontifice mysteria tractentur, doctrina explicetur. Illam Constantinus causam ipse donationis suæ adducit, vt non vilescat Pontificalis apex, sed magis quam terreni Imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur. Non tamen honor ille finis primarius est, sed Reipublicæ salus. Vnde enim Iudices, & Consiliarij peritiores, æquiores, pecuniæ minus egentes, minus appetentes munerum haberi possunt, quàm in Episcoporum honoratissimo cœtui, in Prælatorum Ecclesiæ multitudine? Hoc nunc in præcipuis Europæ partibus, Germania, Gallia, Hispanijs obtinet, quæ Episcopis in rerum ciuilium administratione vtuntur. Hoc enim solum medio, & remedio Christiana Respublica aduersus hæreticorum molitiones, & alias eiusmodi lites, & malitias publicas semper conseruabitur. Atque ita prædixit Deus de Ecclesia, ac vera Religione futurum per Isaiam *cap. 49. v. 29. Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutritiæ tuæ. Vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*

CONSVLTATIO VII.

De habitu, & tonsura clericali quoad priuilegium fori, & cætera priuilegia clericalia, vbi hæc disputantur.

Primò. AN Clerici prima tonsura, aut minoribus tantùm initiati gaudeant priuilegio fori, si non habeant omnes conditiones Concilij Tridentini sess. 23. cap. 6. de reform.

Secundò. An beneficiatus ante ætatem quatuordecim annorum gaudeat priuilegio fori, etiamsi non incedat in habitu & tonsura, nec alia seruet, quæ Tridentinum præscribit?

Tertiò. An in beneficiatis ad gaudendum priuilegio fori siue illis alijs conditionibus, sufficiat habere titulum, & collationem etiamsi possessio adhuc habita non fuerit?

Quartò. An gaudeat priuilegio fori, vt beneficiatus, is, in quem facta est beneficij collatio, sed inualida defectu habilitatis, vel alterius requisiti, quia scilicet erat illegitimus, irregularis, excommunicatus, suspensus, aut interdictus, ordinatus ante legitimam ætatem, vel per simoniam, vel extra tempora, &c.

Quintò. An habens Capellaniam dicatur habere beneficium?

Sextò. An, qui habet beneficium non in titulum, sed in commendam, dicatur beneficiatus ita, vt gaudeat priuilegio fori, etiamsi non obseruet dictam dispositionem Tridentini?

Septimò. An habens hospitale dicatur habere beneficium?

Octauò. An qui resignauit beneficium gaudeat post resignationem tamquam beneficiatus priuilegio fori?

Nono. An is Clericus in minoribus beneficiatus tunc saltem post resignatum beneficium gaudeat priuilegio fori, si incedat in habitu & tonsura?

Decimo. An is, qui habet pensionem dicatur habere beneficium ita, vt sine cæteris conditionibus gaudeat beneficio fori?

Vndecimò. An seruitium Ecclesiæ, quod præscribitur Clericis non beneficiatis in minoribus, debeat esse spirituale in diuinis officijs, & muneribus templi, vel sufficiat, si temporale sit, puta circa prædia, aut bona Ecclesiæ, vel in officio Notariatus, &c.

Duodecimo. An Clericus non inseruiens illi Ecclesiæ, cui deseruiendum mandauit Episcopus, vel degens in Seminario, Schola, vel Vniuersitate alia ab ea, de qua Episcopus licentiam dedit, gaudat nihilominus priuilegio fori?

Tertio-

Tertiodecimò. An mandstum, vel licentia prædicta debeat esse in scriptis, vel sufficiat oretenus, debeat esse expressa vel sufficiat tacita?

Quartodecimò. An quælibet non delatio tonsuræ, & habitus, vel quęlibet omissio seruitij, aut scholæ priuet Clericum priuilegio fori?

Quintodecimò. Qualem habitum & tonsuram quis deferre teneatur, vt gaudeat priuilegio fori?

Decimosextò. An post omissionem habitus & tonsuræ, vel seruitij, aut scholæ, statim quis excidat à priuilegio fori?

Decimoseptimò. An adsit aliqua causa excusans Clericum à delatione habitus & tonsuræ, vt sine his incedens, adhuc non excidat à priuilegio fori?

Decimooctauò. An Clericus non habens has conditiones Tridentini, ita excludatur à priuilegio fori, vt non possit per Iudicem ecclesiasticum iudicari, si Iudex laicus xenitatur, vel potiùs sub vtroque Iudice possit conoeniti, nec alter alterum impedire valeat?

Decimononò. An vbi consuetudioe indnctum est, vt Clericus prædictis requisitis licet carens, attamen à solis Iudicibus ecclesiasticis iudicetur, Tridentium suffragari possit Iudici laico nihilominus trahenti talem Clericum ad suum Tribunal?

Vigesimò. An consuetudo aliqua non deferendi habitum possit eacusare, vt non excludatur à priuilegio fori, qui ei adhæreos consuetudini non deferret? Sicuti etiam generaliter quæri potest de alijs Clericis beneficiatis, vel in maioribus Ordinibus constitutis eatra terminos Tridentini, & an aliqua iuris permissio, vel priuilegium circa hoc reperiarur?

Vigesimoprimò. An etiam Clerici beneficiati, vel in sacris constituti, & non obligati ad illa prærequisita Tridentini, ex non delatione habitus & tonsuræ priuenter priuilegio fori, & quomodo?

Vigesimosecundò. An qui sine habitu & tonsura commisit delictum, cùm tamen consuetudinem deferendi haberet, eaciderit quoad illud delictum à priuilegio fori?

Vigesimotertiò. An, & quando resumens tonsuram, & habitum clericalem notabiliter omissum, aut etiam seruitium, & scholam, iuxta Tridentinum, recuperet priuilegium fori? Vbi quid si resumat in fraudem? Et quando præsumatur assumere, vel resumere in fraudem? Quidue etiam si Iudex laicus præuenerit in iudicio contra Clericum?

Vigesimoquartò. Quid censendum quando habitus esset dubius, nec videatur omninò clericalis? Quidue quando dubium esse possit, an quis sit Clericus, vel gaudeat priuilegio fori, necne? vbi de his remissiuè?

Vigesimoquintò. Quid de Clerico deprehenso in delictu sine tonsura & habitu?

Vigesimosextò. An, vt Clericus etiam filiusfamilias in prima tonsura, vel in mioori bus ordinibus constitutus gaudeat priuilegio canonis, immunitatis à vectigalibus, cap. Odoardus, de solut. facultate liberè testandi per l. Presbyteros, & l. Sacrosanctæ 32. C. de Episcop. & Cleric. & cap. Quia nos, de testam. alijsque priuilegijs clericalibus, debeat seruare easdem conditiones, quæ à Tridentino d. cap. 6. sess. 23. de reform. requiruntur ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori?

1 QVoad primum ita disponit Tridentinum loco allegato: *Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. Is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versetur.*

2 Ex hac dispostitione certum est, nihil esse innouatum quoad Clericos in Sacris constitutos, vel habentibus beneficium cum ætate quartidecimi anni, qui sufficit quod sit inceptus. Vnde licet aliqui velint, hos etiam Clericos, si habitum, & tonsuram non deferant, aut non inseruiant ea mandato Episcopi alicui Ecclesiæ, vel ex eiusdem licentia versentur in Seminario, aut Schola, non gaudere priuilegio fori, id tamen in vigore Tridentini non potest esse satis fundatum.

3 Item certum est, in Clerico minore non beneficiato requiri copulatiuè simul habitum & tonsuram. Quia Concilium non loquitur cum disiunctione *Vel*, sed coniunctione *Et*. Ita *ex l. hac verba, ff. de verb. signif.* docent Doctores, quos sequitur Barbos. *de potest. Episc. par. 2. alleg. 12. nu. 14.* Gauant. *in Enchir. v. fori priuilegium nu. 8.* Cutell. *de immun. lib. 2. quæst. 33.* Bellett. *in disquisit. cler. par. 1. tit. 3. §. 8. num. 7.* Delben. *de immun. cap. 4. dub. 8.* Ricc. *par. 4. decis. 154. num. 8.* referens Sac. Congregationis declarationem, Guaz. *ad defens. Inquis. defens. 20. cap. 9. num. 35.* Viu. *decis. 512. num. 18.* Sperell. *decis. 26. num. 4.* Rota *in Romana Testamenti* 4. Aprilis 1672. coram Bourlemont, §. *Quod Adrianus*. Clericalis namque habitus non ex solis vestibus constituitur, sed copulatiuè ex vestibus, & tonsura, iuxta textum *in cap. si Iudex laicus* 12. ibi: *tonsuram, videlicet, & vestes deferens clericales, de sent. excomm. in 6.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 36. num. 74.* & apprimè ea tonsura, quæ est primarium, & essentiale illius constitutiuum; Sanchez *lib. 7. consil. moral. cap. 1. dub. 49. num. 1.* & Rot. *in d. Romana Testamenti, § eodem*. Quicquid sine fundamento dixerit Mar. Antonin. *lib. 3. var. resolut. 48. num. 5.* alterutrum sufficere, & Capo blanc. *de offic. Baron. pragm. 8. cap. 3. num. 28.* & Danza *cap. 1. de Cleric. num. 15.* si cætera concurrant, dimissionem tonsuræ non esse censendum defectum multæ solemnitatis. Eodemque pacto reijcitur idem Mar. Antonin. qui *n. 14.* arbitratur sufficere delationem habitus & tonsuræ sine seruitio Ecclesiæ, aut versatione in Seminario, vel Schola de licentia Episcopi. Nam ea Concilio requiruntur copulatiuè habitus, & tonsura, & seruitium, & ea declaratione S. Congregationis tradit Bellet. *loc. cit. num. 8.* Barbos. *in collect. ad d. loc. Concilij num. 20. & 21.* Carol. de Grass. *eff. 1. num. 1166. & 1168.* & alij cum Sperello *d. decis. 26. nu. 4.* ac Rot. *in d. Romana Testamenti* 12. Decembris 1672. coram Bourlemont, §. *Immo*.

4 Certum insuper est, huiusmodi Clericum in minoribus non beneficiatum, vel nec habentem prædictas conditiones eacidere à priuilegio fori, etiam nulla præuia monitione, vt per Suarez *in Reg. Angliæ cap. 27 nu. 22.* Ricc. *par. 4. decis. 154.* qui testantur, ita declaratum fuisse à S. Congregatione Concilij, cuius declarationes in primo tomo adduxi, Mar. Antonin. *loc. cit. num. 7.* Prosp. de August. ad Quar. *v. habitus*, Squil. *priuil. Cler. 7. num. 8.* Diana *par. 2. tr. 2. resol. 33.* Bellet. *d. §. 8. num. 6.* Delben. *de Immun. cap. 4. dub. 8. num. 14.* & Bonacin. *can. 15. Bull. Cœn. punct. 6. num. 27.* Quia cùm Concilium aliquid innouauerit circa ius commune, quo in omnibus Clericis requirebatur monitio, vt videre est *in c. 1. & in fin. de vit. & honest. Cler. & in cap. vn. eod. tit. in 6. cap. in audientia, & cap. contingit, de sent. excommun.* & expresè sæpiùs declaratum esse à S. Congregatione aliàs dixi, atque obseruauit Ricc. *in prax. decis. 606.* non potest dici, in alio innouasse, nisi in eo, quod nunc in prædictis Clericis minoribus non beneficiatis non requiritur hæc monitio. Et quanquam regulare sit. quod cùm quis expolietur priuilegio in pœnam, prærequiratur monitio, aut declaratio, optimè tamen respondet Suar. huiusmodi Tridentini dispositionem non esse per se primò pœnalem, aut expoliatiuam priuilegij, sed potiùs constitutiuam formæ necessariæ, seu conditionis requisitæ ad gaudendum priuilegio fori, etiamsi aliquando causa sit, quod quis in hac forma deficiat, ac proinde propria culpa à priuilegio excidat. Deficiente igitur forma, ipso iure absque aliqua declaratione, vel monitione locus desinit esse priuilegio.

5 Denique certum est, in seruientibus Ecclesiæ, vel versantibus in Schola, aut Seminario de licentia, & mandato Episcopi adhuc simul requiri ad hoc, vt priuilegium participent, quod habitum, & tonsuram deferant. Ita enim loquitur Tridentinum, & ita declarasse S. Congregationem testis est Gallemart *in dictum locum Concilij*. Et licet Scholam, vel Ecclesiam frequentare recusauerint, si tamen spes probabilis sit profectus, priuilegio fori priuari eos non posse, declarauit S. Congregatio in Marianensi sub die 12. Augusti 1631. apud Delben. *de Immun. cap. 4. dub. 9. num. 1.*

6 Igitur Clerici huiusmodi, nisi priùs Concilij Tridentini dispositioni obedisse doceant quod intelligitur post declarationem sui Ordinarij, in qua declaratur tales Clericos non satisfecisse conditionibus Concilij in præcitato loco,

non poterunt priuilegio fori gaudere. Quia cùm non nisi cum hac conditione, si scilicet habitum, & tonsuram deferentes inseruiant Ecclesiæ, hoc priuilegium illis concedatur, ideò nisi de impleta conditione doceant, eo priuilegio gaudere nequeunt. Conditio enim in forma specifica implenda est, maximè suspensiua, sine qua non, *l. cum ab eo, ff. de contrah. empt. & l. Thai. 41. §. Stichum ff. de fideicomm. liber.* & docent Bart. *in l. quibus, §. Titius, ff. de condit. & demonstr.* Castr. ac Socin. *ibidem*, & Canonistæ communiter *in cap. 4. de condit. appos.* cum adductis à Delben. *d. cap. 4. dub. 8. num. 14.*

7 Ad secundum, Affirmatiuè. Nam de eo, qui beneficium habet cuiuscumque sit ætatis, nihil est innouatum. Dicitur enim disiunctiuè, *nisi beneficium habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, inseruiat Ecclesiæ, &c.* Igitur qui beneficium habet cuiuscumque sit ætatis remanet sub dispositione iuris antiqui. Et est communissima & vera sententia, quam tradunt Roderic. *in summ. tom. 1. cap. 155. conclus. 2.* Gutier. *pract. quæst. 7. lib. 1.* Regens de Ponte *lib. 1. consl. 24.* Mar. Antonio. *lib. 3. resol. 48. num. 22.* Ceual. *tract. de cognit. per viam violent. in proœm. cap. 8. num. 14. & par. 2. q. 45. num. 2.* Ricc. *p. 4. dec. 357. num. 1.* Bonac. *de legib. disput. 10. qu. 2. punct. 1. §. 4. num. 10.* Azeued. *lib. 1. leg. 1. tit. 4. num. 9.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 5.* Farinac. *quæst. 8. num. 60.* Salzed. *in prax. ad Diaz. cap. 62. num. 9.* Neuia *in Cur. Philipp. p. 7. §. 1. num. 3.* Bobadill. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 102.* Cened. *in quæst. can. 4. num. 29.* Nouar. *in nou. iur. Pontific. cancl. 117. num. 6.* Squillan. *de priuil. Cler. cap. 6. dub. 1. nu. 23.* Dian. *par. 4. tr. 1. resol. 89.* Barbos. *ad dictum locum Concilij, & de potest. Episcop. par. 2. alleg. 12. num. 6.* Delben. *d. cap. 4. dub. 7.* Carol. de Graff. *eff. 1. num. 340. & 1195.* Bellet. *tit. de fau. Cler. pers. §. 8. num. 7.* Laym. *lib. 4. tr. 9. cap. 6. num. 2.* Genuens. *in prax. cap. 7. n. 7.* & Garz. *de benef. par. 2. cap. 2. num. 4. & 5.* asserens, id etiam procedere stante Constitutione 30. Xixti V. de habitu, & tonsora, dum de facto non est priuatus, sed retinuit beneficium. Malè reclamantibus Mauro Burg. *de mod. proced. ex abrupt. cent. 1. qu. 65. num. 23.* Cutellio *de immun. Eccles. lib. 2. qu. 29.* Ambrosino *eodem tract. cap. 13.* ac Suar. *de censur. disput. 22. sect. 1. num. 11.* dum ait, Clericos in minoribus non deferentes habitum & tonsuram non gaudere priuilegijs, nisi sint beneficiati, & inseruiant Ecclesiæ. Sed perperam hic adducitur. Agit enim eo loco Suarez de priuilegio canonis. Item Torreblanca *lib. de Mag. cap. 9. num. 40.* cuius expositio communiter reijcitur, dum ex particula *Is* antecedentium relatiua, infert, Concilium ad participandum de priuilegio fori, vel ea requisita loqui tantum de Clerico, qui beneficium ante annum quartodecimum obtinerat, de quo in antecedentibus locutum fuerat, non autem generaliter de omnibus alijs Clericis in minoribus. Reijcitur, inquam ex sequenti contextu, vbi iterùm inter beneficiatos, & non beneficiatos distinguitur.

8 Quoad beneficiatos ergo nihil est innouatum, circa quos obseruandum, gaudere priuilegio fori, etiamsi beneficium sit valdè tenue, vt per Bonac. *in can. 15. Bull. Cœn. pun. 6. nu. 22.* Immò etiamsi nullum redditum habeat, vt per Ricc. *in prax. par. 3. resol. 312. & par. 2. decis. 189. & par. 4. decis. 128.* Dian. *resol. 29.* & Carol. de Graff. *d. effect. 1. nu. 1124.* Dicitur enim absolutè: *Nisi habeat beneficium ecclesiasticum*, cuius substantia non tollitur per hoc, quod de facto redditus, & prouentus non tribuat, Couar. *lib. 3. var. cap. 16.* & Gennens. *in prax. cap. 7. nu. 10.* Squill. *d. priuil. 7. nu. 17.* Garz. *de benef. p. 1. cap. 6. nu. 27. & par. 2. cap. 2. nu. 9.* Barbos. *de potest. Episc. par. 2. alleg. 12. num. 7. & ad Trid. d. sess. 23. cap. 6. nu. 16.* Cutell. *de Immunit. lib. 2. q. 30. nu. 16.* & Delben. *d. cap. 4. dub. 3. nu. 2.* Responditque S. Congregatio Concilij in Ianuensi 18. Martij 1628. quod promotus cum collatione vnius beneficij redditus duorum scutorum annuorum fori priuilegio gaudet. Id tamen limitandum, nisi huiusmodi beneficia exigua sint procurata in fraudem, vt declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita in Tropiensi 13. Ianuarij 1623.

9 Ad tertium. Negant Clar. *in §. fin. q. 36. nu. 21.* ibique Baiard. *num. 14.* Mastrill. *decis. 113.* Cutell. *de immun. lib. 2. q. 30.* Mascard. *de probat. concl. 302. num. 16. & 17.* Menoch. *consl. 159. num. 6. & seq.* Tusch. *litt. B. concl. 78. nu. 8.* Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 82.* Carol. de Graff. *d. effect. 1. num. 1187.* Lopez *par. 1. cap. 288.* Ricc. *in prax. resol. 327. num. 1.* Farinac. *de inquis. q. 8. num. 6. & 45.* alios referens, & asserens, ita iudicatum fuisse in Romana Curia. Quod etiam vocat probabilissimum Bonacina, probabile Squillans, & non improbabile Delbene mox citandi. Et ratio esse potest. Tum quia possessio complet collationem, & sine illa non videtur perfecta, cùm secundùm communem non teneatur quis ante possessionem ad onera beneficij, tamquam beneficiatus. Regulare est enim, vt qui non sentit onus, nec commodo fruatur. Tum quia licet titulus, seu collatio beneficij, verum ius in beneficium conferat, non tamen sine possessione firmum ius confert, cùm multis modis possit illud impediri. Tum quia alioquin si nullus titulus ad tale priuilegium obtinendum sufficeret, pluribus, instituto scilicet, & possidenti ratione vnius beneficij illud competeret.

Affirmant tamen Paris. *de resignat. lib. 7. cap. 1. num. 47.* 10
Cened. *lib. 1. pract. qu. 4. num. 22.* Ricc. *in prax. benef. 388.* Garz. *de benef. par. 2. cap. 2. nu. 14.* Gigas *de pension. cap. 49. nu. 11.* Bonac. *de legib. disp. 10. qu. 2. par. 1. §. 4. nu. 12. & d. can. 15. Bull. Cœn. punct. 6. nu. 24.* Squill. *d. cap. 7. nu. 16.* Delbene *d. cap. 4. dub. 5. à n. 1.* Diana *d. resolut. 29.* Portoles *in schol. ad Medin. tit. de compet. per tot.* vbi *num. 9.* refert, ita fuisse decisum in Prætorio Regni Aragoniæ die 13. Maij 1586. Couar. *lib. 3. var. cap. 16. sub init.* Rebuf. *in prax. par. 3. tit. de simon. in resignat. n. 25. & seqq.* Mil. *in repert. v. dicitur quis obtinere beneficium*, Germon. *lib. 3. cap. 15. n. 59.* & Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 14. & in remiss. ad Trid. d. sess. 23. cap. 6. n. 5. & 8.* vbi subdit, sic declaratum fuisse à Sac. Congregatione Concilij die 16. Iulij 1587. testibus etiam Riccio, & Parisio *loc. cit.* cuius declarationis verba sunt huiusmodi. *Sacra &c. censuit, Clericum prima tonsura præsentatum ad capellam Sacerdotalem, qui super talem præsentationem obtinuit à Papa nouam prouisionem, etiam in vim motus proprij, posse in suis causis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamuis possessionem beneficij non habeat propter alium intrusum, contra quem litem mouit.* Idem declaratum in Lyciensi 20. Aprilis 1621. Vnde arguit Delbene *n. 5. in fin.* quod etiam officiales S. Inquisitionis ante adeptam possessionem officij sibi collati priuilegio fori gaudeant.

Ratio autem est. Quia propriè quis beneficium habere 11
dicitur etiam sine possessione, vt colligitur *ex cap. fin.* vbi Anchar. Gemin. & Franch. *de conc. præb. in 6.* & habet glossa communiter recepta *in cap. pen. v. collatio, de præb.* eodem, Roman. *consl. 350.* Couar. *lib. 3. var. cap. 16. in princ.* Modò tamen collatio sit valida, vt per Squill. *d. n. 16.* vbi alij, sitque accepta, quod secundum omnes existimatur necessarium ex *cap. si tibi absenti*, vbi Doctores *eod. tit.* & Couar. *loc. cit.* Tum quia, etsi non adeò propriè ante possessionem diceretur quis habere beneficium, cùm tamen Tridentinum sit correctiuum iuris antiqui, debemus illud interpretari cum minori præiudicio gaudentium de iure priuilegijs clericalibus, ac proinde ita, vt non excludat habentes beneficium sine possessione.

Huic posteriori sententiæ, tamquam meliori assentior. 12
Quamuis etiam arrideat aliquorum distinctio, quod gaudeat is, per quem non stetit, quominus acciperet possessionem, non verò ille, qui culpabiliter, vel neglexerit penitus, vel fuit in mora notabili à collatione. Et hunc sensum præfefert declaratio S. Congregationis superiùs adducta, prout ex Riccio transumpsit Bonacina.

Secus est de eo, qui tantum habet beneficium in spe, seu 13
putam expectationem, vel etiam actionem ad ipsum beneficium sine præcedente expressa & legitima collatione, Card. *in Clem. 1. §. 1. de vit. & honest. Cler.* Bertach. *in repert. v. Clericus*, Ricc. *in prax. tom. 3. resol. 319. num. 5.* & Carol. de Graff. *cit. nu. 1128.* Non enim quis dicitur beneficiatus sine reali & expressa collatione, quæ sola ius dat iuxta *cit. cap. fin. de concess. præb. in 6.* Nec obstat, quod secundum iura, præsertim ciuilia, quæ refert Riccius, res dicatur esse alicuius per hoc, quod habeat actionem ad illam. Nam id dicitur secundum iuris fictionem, non autem secundum rei veritatem, vt benè ostendit ipse Riccius. In præsenti autem rei veritas, & propria locutio attendenda est.

Ad quartum. Gaudere. Ita iudicatum fuisse in Magna 14
Curia Vicariæ, testatur Franch. *decis. 189. lib. 3.* & tradunt Carol. de Graff. *d. effect. 1. num. 340. & 1194.* Mascardus *de probat. concl. 302. num. 20.* Squill. *de priuil. 7. num. 22.* Delbene

Digitized by Google

benè dicto cap.4. dub.6. Diana part.4. tract.1. resol.26. alijque relati à Thor. in comp. decis. Neapol. verb. Clericus, dissentientibus Diaz, Rolando, & Chassaneo apud Pereiram de man. reg. par.2. cap.29. num.18. Ea quidem ratione, quia taliter ordinatus est verè, ac validè ordinatus ita, vt verè characterem receperit. Vnde ante declarationem inualiditatis, quæ hoc casu ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, non esse procedendum cum Clerico tamquam cum non gaudente priuilegio ecclesiastico, quia semper præsumitur de validitate actus, donec contrarium probetur, docent de Grassis num.1195. & Franch. d. decis. num.2. Post declarationem verò, nisi accedat dispensatio, quæ collationem conualidet, non gaudet priuilegio, nisi ordinetur in sacris, vel habitum, & tonsuram deferens, inseruiat Ecclesiæ, vel versetur in Seminario iuxta præscriptum Tridentini.

15 Ad quintum. Distinguendum est. Aliæ sunt Capellaniæ perpetuæ, quæ à Pontifice, vel Episcopo in titulum, vel quasi titulum conferuntur, & hæ reputantur inter beneficia ecclesiastica, & secum ferunt priuilegium fori iuxta ea, quæ habet Nauar. de hor. can. cap.20. num.17. Salzed. ad Diaz cap.2. num.12. Azor. instit. mor. tom.2. lib.10. cap.3. q.5. Duard. quæst.3. num.16. Cutell. de immun. lib.2. qu.32. Barbos. par.2. allegat.12. num.10. Squill. d. priuil.7. num.18. Delbene d. cap.4. dub.3. num.6. pro qua facit Glossa communiter recepta in Clem. 2. v. si beneficium, de decim. & in Extrauag. execrabilis, v. quæ aliàs de præb. ac Decius cons.210. num.4. Aliæ sunt Capellaniæ amouibiles, seu simplices, vt aiunt, officiaturæ Missarum, & has non ferre secum priuilegium fori, quia non sunt propriè beneficia rectè, vt notarunt Ricc. in tit. 37. Cur. Archiep. Neap. Squillans, & Delbene locis allegatis, ac Diana par.1. tract.2. resol.31. vbi idem addit de præstimonijs, nisi habeantur in titulum perpetuum, & aliquod spirituale anneaum ferant, citans ad idem Azeuedum, Menochium, Parisium, Gonzalem, & Bonacinam, quibus addo Salzed. cap.61. num.11. Cutell. d. q.32. ac Delbene vbi supra num.5. Idemque dicendum de Clerico, qui, vt dicunt, habet fratantiam pro associandis cadaueribus defunctorum, si habeat requisita essentialia beneficij, sufficitque quod sit modici valoris, vt per Genuens. cap.7. num.9. Ricc. resolut.329. par.2. & in collect. decis.540. Barbos. d. par.2. alleg.12. num.11. Squill. dicto priuil.7. num.19. ac Delbene cit. dub.3. num.5.

16 Ad sextum Glossa in cap. Qui plures 21. quæst.7. videtur inficiari, quatenus ait, Commendatarium non esse Prælatum, sed Procuratorem, & Depositarium beneficij. Verùm si loquamur de Commenda perpetua beneficij, respondendum est affirmatiuè cum Riccio par.3. prax. resol.311. & Carolo de Grass. cit. effect.1. num.1236. Quia Commenda perpetua est titulus canonicus iuxta Gloss. & Doctores in cap. Nemo, v. commendare, de elect. in 6. Rota par.3. decis.765. num.5. Gomez in regul. trien. & alios plures, quos allegat Riccius, ac sententiam latè firmans. Quamobrem contraria sententia Glossæ locum habet in beneficio commendato ad tempus, sicut ex textibus, quos citat, apparet, hanc esse illius intentionem. Cæterum Commendatarius perpetuus dicitur propriè Prælatus, vt per Rotam decis.346. num.2. par.3. diuers. Nec est solum Procurator, aut Depositarius, sed est dominus fructuum, sicut alij titulares iuxta formam commendationis, de qua Rebuff. in prax. benef. tit. de commend. num.28. & de pacif. possess. num.43.

17 Ad septimum. Respondetur, Hospitalia, exceptis religiosis, & militaribus, in beneficium conferri prohibitum esse in Clem. Qui contingit, §. Vt autem, de relig. domib. Ideò data tantum in administrationem iuxta formam in ea Clementina præscriptam, non dicuntur beneficia. Nam fructus Hospitalis in charitatis vsus, ob quos erectum est, insumi debent, vt ibidem dicitur, & habet Glossa in Clem. per litteras, de præb. Permittitur autem posse dari in beneficium, si in eorum fundatione ita constitutum fuerit, vel si Rector solitus esset assumi per canonicam electionem. Hæc enim arguit beneficium ecclesiasticum ratione paupertatis, atque hoc casu locus erit priuilegio fori.

18 Idemque est, si Hospitale habeat annexam Capellam, vel quid simile, quod in titulum dari consueuerit, etiamsi diuisim ab administratione Hospitalis. Tunc enim locus erit priuilegio ratione illius, licet non ratione Hospitalis. Quo in casu non obstat textus in citata Clem. per litteras, iuncta Glossa, v. Ecclesias, de præb. vbi habetur sub litteris beneficialibus super prouisione Clericorum non comprehendi Hospitalia, etiamsi Ecclesias, vel Capellas, aut alia iura spiritualia noscantur habere, ex quo putat Glossa, quod si Ecclesia sit accessoria ad Hospitale, ea non possit venire nomine beneficij.

Nam respondetur, beneficium reputari, etiamsi sit 19
accessoria, non solum respectu illius, qui solam Capellam haberet sine administratione Hospitalis, sed etiam quoad eum, qui simul haberet administrationem, dummodo de hoc titulo, tamquam de beneficio ecclesiastico, facta sit specialis mentio in collatione administrationis, & data ei, qui beneficij ecclesiastici sit capax. Non enim textus absolutè negat, Ecclesias, & Capellas Hospitalium esse beneficia ecclesiastica, sed tantùm declarat, deinceps litteras Apostolicas super prouisione beneficiorum, quæ literæ regulariter omnia beneficia comprehendebant, non comprehensuras Capellas, & Ecclesias Hospitalium, nisi aliud in ipsis caueatur expressè. Et iuxta hanc sententiam intelligendus est Carol. de Grass. loc. cit. num.1125.

Ad octauum. Tenendum est, non gaudere. Quia Tri- 20
dentinum dicit, nisi habeat beneficium ecclesiasticum. Non ergo sufficit, habuisse. Qualitas enim adiuncta verbo, verificari debet secundum tempus verbi, vt firmando hanc sententiam assumunt Carol. de Grass. num.1231. & Ricc. decis.308. alios referendo. Nec vllum legi opinantem contrarium.

Ad nonum. Respondeo, necessarium esse vlterius, 21
quod de mandato Episcopi inseruiat Ecclesiæ, vel sit in Seminario, aut Schola, defectu cuius non gaudebit. Quia cùm non sit amplius beneficiatus, censetur instar aliorum Clericorum in minoribus non beneficiatorum, in quibus Tridentinum requirit præfatas conditiones seruitij, aut studij. Confirmatur, quia sicuti cessat in eo omnis obligatio, & onus, quod habebat, beneficij, ita etiam commoda, & priuilegia congruum est cessare, vt per Carol. de Grass. num.1129. cum alijs, quos allegat, & Ricc. resol. 308. qui sæpè eius non solum sensum, sed etiam verba è vestigio sequitur.

Ad decimum. Si sermo est de pensione, quam quis ha- 22
bet, vt laicus, indubitatum est, non gaudere. Aliquarum quippè pensionum etiam laici sunt capaces, ex cap. cum M. Ferrariensis, vbi Glossa v. receperunt, de constit. Io. de Selua tract. de benef. par.1. q.3. num.4. & par.3. q.5. num.27. cas.17. ac Sarn. de expect. num.42.

Si verò sermo est de pensione, quam quis habet, vt Cle- 23
ricus, negat pensionarium inter beneficiatos reputari Carol. de Grass. eodem effect.1. num.1205. Barbos. in remiss. ad d. cap.6. sess.23. de reform. num.4. Garz. de benef. par.1. cap.5. num.70. Paris. de resignat. lib.1. quæst.11. num.70. & lib.7. qu.15. num.15. Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloss.5. §.5. num.6. Hojed. de incompat. benefic. par.1. in præfat. num.5. & par.2. cap.7. num.4. Marescott. lib.2. cap.18. variar. Genuens. cap.7. prax. num.7. Cened. lib.1. qu.4. num.34. & seqq. Ricc. decis.71. num.11. par.2. & decis.192. num.10. Bellet. disq. Cleric. par.1. num.11. Squill. d. priuil.7. num.20. Azeued. tom.1. recopil. lib.1. leg.1. tit.4. num.5. Bonac. de leg. disput.10. qu.2. punct.1. num.11. & de censur. in partic. disp.1. qu.16. sect.1. pun.6. num.23. Et ita declarasse Sacr. Congregationem Concilij, testantur Gonzalez, Carolus de Grassis, Parisius, Gallimart. Marzilla, & Garzia de benefic. par.1. cap.5. num.70. Quia pensio non est beneficium ecclesiasticum, vt plures apud de Grassis, & Salzedum in pr. cap.62. num.10. firmarunt. Ergo, qui habet tantùm pensionem, non exit è numero cæterorum Clericorum, qui non gaudent priuilegio, nisi habeant requisita per Tridentinum. Vide, si vacat, de Grassis, & Salzedum. Hisque adijciunt, quod in cap. quamuis 1. de præb. in 6. ex mandato, quod quis prouideatur de beneficijs, non potest ex vi talis mandati prouideri de pensionibus. Et in cap. ad audientiam 2. de rescript. pensio à beneficio distingui videtur. Et in Tridentino sess.21. cap.2. de reform. nullus permittitur sacris initiari ad titulum pensionis, nisi necessitas, vel commoditas Ecclesiæ arbitrio Episcopi aliud suadeat. Item quod pensionis, non autem beneficij capaces sunt minores septennes, vt per Gig. quæst.13. & Gratian. discept.

347.

Digitized by Google

347. *num.*18. vbi refert, ita declaraſſe S. Congregationem Concilij, Narbon. *annal. caſ. an.*1. *q.*15. Ricc. *in prax. deciſ.*430. Gonzal. *d. gloſ.*5. §.3. *num.*26. & Nouat. *in ſingul. can. cencl.*15. *num.*10. *& ſeqq.* Et quod penſio obtineri poteſt ab illegitimis Sacerdotum filijs ſuper beneficio paterno, Garz. *de benef. par.*7. *cap.*3. *num.*95. Armend. *ad l.* 1. *num.*9. *de fil. presbyt.* & Barboſ. *ad cap.*15. *ſeſſ.*25. *de reform. num.*33. Quodque priuatus, & incapax effectus beneficij citra hæreſis cauſam, remanet capax penſionis, etiamſi generaliter, ſcilicet quocumque beneficio priuatus, & incapax effectus ſit, Nauat. *conſil.*12. *in fin. num.* 15. *de reſcript.* Creſcen. *deciſ.*14. *num.*2. *de ſent. & re iud.* & Gratian. *d. diſcept.*397. *num.*14. Et quod penſio laico conferri poteſt vt quid temporale, Vaſq. *in opuſc. de benefic. cap.*2. §.4. *dub.*2. *num.*177. Selu. *de benef. q.*2. *num.*4. *& par.*3. *q.*5. *num.*27. *caſ.*17. Sarn. *de expect. num.*42. & Marth. *de iuriſd. par.*2. *c.*72. *num.*12. Ac demum quod penſionis, non autem beneficij capax ſit illegitimus, Rota, & Gratian. *cit. diſcept.*397. *n.*11.

23 At ego affirmo cum Zerola *in prax. Epiſc. v. Clericus*, §.2. & ſi requirat, quod penſionarius habeat aliquem ordinem vltra primam tonſuram, teſtaturque huius opinionis fuiſſet multos Doctores, & ita fuiſſe ſeruatum in Magna Curia Vicariæ Regni Neapolitani, Marth. *de iuriſd. par.*2. *cap.*32. *num.*45. inquiens & ipſe, ita multoties fuiſſe declaratum Neapoli, Salzed. *loc. cit.* aſſerens, ita ſe conſuluiſſe in Academia Complutenſi, & fuiſſe receptum in ſupremo Conſilio Regis Hiſpaniæ, Duard. *in cit. qu.*11. *num.*64. Laſſart. *de decim. vend. cap.*19. *num.*34. Rodriq. *in ſumm. tom.*1. *cap.*115. *num.*11. & inclinat Suarez *d. lib.*4. *in Reg. Angl. cap.*26. *num.*11. inquiens, de declaratione Sac. Congregationis in oppoſitum dubitare, an fideliter ſit deſcripta, cùm adſit alia, quæ declarat penſionem ſub beneficio comprehendi, edita in puncto huius *cap.*6. *ſeſſ.*26. quo prohibetur quis beneficium habere ante annos quatuordecim ætatis, ſubquo prohiberi etiam penſionem declaratum eſt. Immò Nicolius *lucubr. can. lib.*5. *tit.*39. *num.*107. *ampl.*3. teſtatur dictam declarationem, quam Aduerſarij comminiſcuntur, non potuiſſe inuenire, ſed benè ſæpiùs contrariam. Mouenturque alij in hanc ſententiam ex eo, quod ſuſtinent, penſionem eſſe propriè beneficium, ſicuti reuera eſt pars beneficij. Alij verò, quia, & ſi in rigore non eſſet talis, amplo tamen, & fauorabili nomine beneficium reputatur. Quod ſufficit. Quia cùm diſpoſitio Concilij ſit correctoria iuris antiqui, quo omnes Clerici ſine alia conditione gaudeant priuilegio fori, accipienda eſt, vt minus corrigat, ac proinde pauciores ſint qui beneficio priuentur.

24 Vnde in fauorabilibus Eccleſiæ ſub nomine beneficij comprehendi etiam penſionem, & penſionem datam in titulum eſſe ius perpetuum percipiendi fructus, cùm donec duret vita, non finiatur, quæque pro tota vita dantur perpetua dicuntur, docent Abb. *in cap. Conquerente, de Cler. non reſid. & in cap. Dudum, de præſumpt.* Felin. *in cap. Poſtulaſti ſub init. num.*8. *in* 3. *declarat. de reſcript.* Cardin. & Imol. *in Clem.*2. *de vit. & beneſt Cler.* Suarez *de cenſur. diſput.*13. *ſect.*1. *num.*11. *& de Relig. tom.* 1. *lib.*4. *cap.*22. *num.*4. Sanchez *lib.*2. *conſil. cap.*2. *dub.*63. *num.*4. Sebaſt. Cæſar *de Eccleſ. Hierarch. par.*3. *diſp.*14. *num.*14. Creſcent. *dict. deciſ.*14. *de ſentent. & re iud.* Armendar. *in addit. ad recopil. leg.* Nauar. *lib.*1. *tract.*19. *de for. comp. num.*5. *& ſeqq.* Dian. *par.*1. *tract.*2. *reſol.*30. de Ponte *tom.*1. *conſ.*34. *num.*33. *& tom.*2. *conſ.*36. *num.*24. Gigas *de penſion. quæſt.*28. *num.*18. Delben. *dict. cap.*4. *dub.*4. *à num.*1. Barboſ. *d. alleg.*12. *num.*8. *& remiſſ. ad Concil. d. cap.*6. *ſeſſ.*23. Et ita declarauit S. Congregatio Concilij ſub die 18. Decembris 1595. dicens, quod penſionem obtinens habetur pro Clerico beneficiato ad effectum gaudendi priuilegio fori. Et ſub die 18. Decembris 1576. Summus Pontifex, audita relatione S. Congregationis, declarauit, penſionarium cenſeri beneficiatum ad effectum gaudendi priuilegio fori eccleſiaſtici, de quo Concilium loquitur. Primò, quia Cancellaria habet penſionarium pro beneficiario; quare vult exprimi in Bullis penſiones, ſicut & beneficia. Secundò, quia B. Pius V. Bulla ſua coegit penſionarium ad recitandum officium ſaltem B. Mariæ Virginis. Vnde poſtea, S. Congregatione Conſulta, an Clericus primæ tonſuræ, qui in habitu non incedit, habetque tamquam Clericus penſionem, ſed non beneficium, nec Eccleſiæ iuſſu Epiſcopi deſeruit, gaudeat priuilegio fori, cenſuit gaudere ad inſtar obtinentium beneficium, referente D. Fagnano *in cap. Ad audientiam, de reſcript. num.*131. *& ſeq.* Et referentibus die 19. Iulij 1577. Cardinalibus Morono, & Alciato, Sanctitas Sua non habuit pro bono argumento, quod Cancellaria ita exprimat; id enim fit ad maiorem declarationem. Tamen dixit in materia fauorabili, vt illa priuilegij fori, appellatione beneficij venire penſionem. Vnde ſub die 18. Augusti 1577. Congregatio generalis, cùm hæc eſſent relata, dixit, ſeruandam eſſe hanc diſtinctionem, & ita reſcribendum. Et ſub die.... Iunij 1630. declarauit, Clericum habentem penſionem gaudere priuilegio fori, licet ex diſpenſatione Apoſtolica non incedat in habitu clericali. Et ſub die 20. Aug. 1633. declarauit, Clericum penſionarium, quamuis Religionem militarem ingrediatur, ac profiteatur, non priuari ipſo facto neque penſione, neque priuilegio fori, licet incedat enſe accinctus, habituque militari indutus. Ac ita demum declarauit S. Congregatio Immunitatis in Peruſina 20. Februarij 1652. inquiens, Clericum penſionarium cenſeri beneficiatum, & gaudere priuilegio fori.

Non obſtant, quæ adduximus pro contraria ſententia. 25
Nam ea vera ſunt, quatenus probant, penſionem ſub nomine beneficij non venire in ijs, quæ Eccleſiæ, vel alteri ſunt odioſa, ſecus autem in ijs, quæ ſunt fauorabilia, vt per Delbene *d. dub.*4. *num.*11.

Hic tamen non omitto inſinuare ſententiam Belletti 26
*diſq. Cler. par.*1. *tit.*3. §.8. *num.*11. concordantem duas contrarias opiniones, vt prima locum habeat, quando penſio non aſcendit ad ſummam ſexaginta ducatorum auri de Camera iuxta Bullam Xyſti X. quæ incipit, *Paſtoralis*, Secunda verò, quando aſcendit. Habeſque apud Scortiam *epit.*148. *&* 149. & Quarantam *Summ. Bullar. v. Clericorum habitus*. Sed in hoc Bellettus non eſt bonus Conciliator. Nam Xyſtus *in dicta Bulla* §.2. non loquitur quoad priuilegium fori, ſed tantùm declarat, vt non contineantur in illius pœna, & præcepto habitum geſtandi habentes penſionem non excedentem ſexaginta ducatos auri de Camera. Aliam ſententiam habet Cuch. *lib.*5. *inſtit. iur. can. tit.*8. *num.*17. quod ſecunda opinio procedat, quando penſio datur in titulum loco beneficij, iuxta Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*2. *de reformat.* prima autem, quando datur ſimpliciter. Verum ſi attenditur titulus, prout ad ſuſcipiendos ſacros Ordines neceſſarius eſt, iam non erimus in terminis quæſtionis. Quia ordinatus in ſacris aliunde gaudet, etiam ſecluſo titulo penſionis. Vnde non eſt audiendus hac in re Delbene *dicto dub.*4. *num.* 14. vocans probabile id, quod dicit Cuchus, & Bellettus, quos etiam refert Diana *par.*1. *tr.*2. *reſol.*30. & ſequi videtur Squill. *d. priuil.*7. *num.*20.

Ad vndecimum. Reſpondit Riccius *in prax. par.*3. 27
*reſolut.*309. *ſub init.* Diana *par.*1. *tract.*2. *reſolut.* 34. Carol. de Graſſ. *num.* 1167. Bonacin. *punct.*6. *num.*4. qui omnes vnus poſt alium malè citant pro ſe Couarruu. *lib.*2. *var. reſolut. cap.*1. *num.*9. eo loco nihil tale aſſerentem, Delben. *dict. cap.*4. *dub.*8. *num.*35. ſeruitium debere eſſe ſpirituale. Cuius ratio eſſe poteſt, quod ſeruitium temporale, cùm à quolibet laico valeat præſtari, non poteſt addere aliquid Clerico in minoribus conſtituto, ob quod dignus ſit priuilegio fori. Et ideò debet inſeruire in ſpiritualibus, hoc eſt in exercitio ſui Ordinis, & vt ait Trident. *d. cap.*6. *ſeſſ.*23. quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos verſari debet. Quod profectò non fit in ſeruitio temporali. Hinc ſi ſolùm in accendendis lampadibus, & aperiendis portis Eccleſiæ deſeruiat, priuilegio fori non gaudere, declarauit Sac. Congregatio ſuper Epiſcop. die 28. Ianuarij 1603. vt alibi dixi. Quibus addendum puto ſub hac obligatione ſeruitij ſpiritualis non comprehendi Prælatos Romanæ Curiæ ſolis minoribus initiatos. Habenda eſt enim ratio & dignitatis, & ſeruitij Apoſtolicæ Sedis qualecumque ab his ei præſtetur. Additque etiam Diana loco citato, ſufficere ſi ſeruitium ſit in Oratorio Confratrum, etiamſi id non ſit propriè Eccleſia, & ita declaraſſe S. Congregationem, teſtis eſt Riccius *part.*4. *deciſ.*154. *num.*2. Ac ſubdit Delbene *dict. dub.*8. *num.*36. non requiri, vt inſeruiat Eccleſiæ in certo aliquo miniſterio ex ſpeciali Epiſco-

Digitized by Google

scopi præsiaione ad illud obeundum, vt dixit Pereit. *de man.reg. par.2.cap.26.num.7.* Tum quia id nullo pacto colligitur ex verbis Tridentini. Tum quia est contra consuetudinem.

28 Ad duodecimum. Quoad primnm Carol. de Graff. *effect.1. num.*1170. Menoch. *consil.* 512. *num.* 23. *lib.*10. Ambros. *de immun. Eccles. cap.*17.*num.*13. Pereit. *de man. reg. par.2.qu.35. num.6. & seqq.* ac Bonacin. *de legib. disput.*10. *quæst.2. punct.*1. §.4. *num.*10. & 15. *ac in Bull. Can. disp.*1.*qu.*16. *sect.*1. tenent partem negantem. Ratio esse potest, quia non facit de mandato, qui mandati fines egreditur. Atque hæc opinio de iure vera est. Nam Conciliom id eapresse requirit, atque adeò tamquam de forma inductum, seruari debet, vt proinde non sufficiat actus æqnipollens, Bart. *in l.1. de lib. & posthum.* Decian. *cons.*468. Becc. *consil.* 12. *num.*16. & Surd. *cons.*361.*num.*71. sed debent omnes qualitates Concilij seruari ab ijs, qui dicti Concilij priuilegiu gaudere volunt, vt par Bartol. *in l. quod constitutum, ff. de testam. milit. & in l.1. §. Quod autem ait, ff. ne quid in flum. publ. ex l. Prætor, §. Hæc autem, ff. de vi bon. rapt.* Becc. *cit. cons.*12. *num.*24. & *cons.*259. *num.* 11. Tiraquell. *de retract. par.*1. §. 36. *gloss.*1. *num.*29. ac in specie tuetur Delben. *d. cap.*4. *dub.*8. *num.*39. & 40. Quod confirmo ex Tridentini decreto *cap.*11. *eiusdem sess.* 23. vbi decernitur, quod huiusmodi Clericiin vnoqooque munere iuxta præscriptum Episcopi se exerceant, idque io ea, cui adscripti erunt Ecclesia, nisi fortè ex causa studiorum absint. Ex *cap.*16. sessionis eiusdem, in qoo statuitur, vt nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut vtilitate assumitur, non adscribatur, vbi suis fungatur muneribus, nec in certis vagetur sedibus.

29 Et nihiluminus gaudere fatendum est ea plnribus declarationibus Sac. Congregationis Concilij, præsertim in Arianen. 13. Augusti 1622. in Valentina 29. Iulij 1628. & in Materanensi 2. Augusti 1631. Præsertim si inseroiat Catbedrali, vt io Consentina 10. Martij 1587. quas nedum sequi, sed etiam venerati debemus, prout sequuntur Barbos. *in remiss. ad d. cap.6. sess.*23. *num.*12. Sell. *in select. cap.*18. *num.*22. Genuens. *in pr. cap.*9. Prosper de August. ad Quarant. *v. habitus clericalis*, Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resolut.*34. Squill. *d. cap.* 7. *num.*13. Capoblanc. *de offic. Baron. pragmat.* 8. *par.* 3. *num.*3. Ioan. Franc. à Ponte apud Qaarant. *d. v. habitus clericalis circa initium*, Anton. de Marin. *quot. resol. cap.*58. *num.*12. Marc. Anton. *var. resolut. lib.*3. *resolut.*48. Ricciul. *de iur. person. lib.7. cap.6. num.*15. ac Ricc. *part.4 decis.*111. & 154. vbi ita etiam refert etiam decisum à Curia Archiepiscopali Neapolitana, sicque obtinuisse à Magna Curia Vicariæ, testatur Nouar. *in pract. concl. iuris Pontif. concl.6. num.5. de for. compet.* Et ratio snadet, quia accidentalis variatio loci non videtur posse mutare substantiam actionis, quam Tridentinum præcipuè requirit, quæ est seruitinm Ecclesiæ, licet aliunde Clericns inobediens compellendus sit obedire mandatis. Et his colligitur responsio ad secundam partem dubitationis, immeritò reclamante Delbene *dict. dub.*8. *num.* 39. & 40.

30 Ad decimum tertium. Primam partem quod attinet probabilius in poncto ioris videtur requiri licentiam, siue mandatum in scriptis, vt possit illud probari, & via fraudibus præcludi. Etenim *in cap. significauit, de testib.* praaia redigendi ad acta, quæ verbo disposita sunt, idcircò à Pontifice inducta est, ne veritas varietur, neue falsis probationibus via aperiatur. Ita in simili de redigenda ad acta donatione, verbo facta, licet verbo fieri possit, annotauit Rebuff. *de insinuat. donat. in princip. num.*5. & Gratian. *discept.*887. *num.*12. Vnde quamquam ab initio non opus esset scriptura, cùm tamen Concilium ad id fraudes euitandas induxisse videatur, licentia, vel mandatum Episcopi, cùm sit actus, in quo probatio qualitatis à Tridentino requisitæ fondatur, debet esse in scriptis, *argum. l. siue apud acta, C. de testib. leg. curet, ff. de fid. instrument. & l. emancipatione, de fid. instrument.* ac docet Bald. *per text. in l.2. num.*15. *C. de eden.* Boer. *decis.* 171. *num.* 25. Salzed. ad Diaz *in pr. cap.*62. *num.*16. Farinac. *quæst.*8. *num.*44. *tit.7. cap.* 13. *num.2. & 6. ac tom.1. ad pragm. Sard. & Gloss. in cap. Inter quatuor, v. argumenta, de Cler. peregr.* ac Delben. *d. cap.4. dub.8. num.*40. dicens id esse probabilius.

31 Alij tamen traduot, mandatum, vel licentiam Episcopi oon requiri ea praxi, quod sit in scriptis, sed sufficere, quod sit oretenus. Ita Ricc. *in prax. resol.*125. & *par.4. dict. decis.* 111. qui testaror, sic declarasse Sac. Congregationem, Cened. *can. quæst.*24. Barbos. *dicta alleg.*12. *num.*14. Squill. *dict. priuil.*7. *num.*5. Diana *cit. resol.*34. ac ipse Delbene *dict. num.*4. His Doctoribus adstipulor, dummodo tamen licentia, vel mandatum, oretenus concessum, probari possit.

32 Quod verò attinet ad secundam partem, Menoch. *de præsumpt. lib.6. quæst.*76. *num.*41. Cened. *in pr. lib.*1. *quæst.*4. *num.*24. & *seqq.* Barbos. *dict. alleg.*12. *num.*13. & *in remiss. ad Concil. dict. cap.6. sess.*23. *de reform.* Delbene *dict. num.*4. Riccius, Cenedus, & Squillans *loc. cit.* requirunt mandatum expressum ita, vt non sufficiat implicitum in ordinis scilicet susceptione, alioquin frustra Coocilium expressisset hoc requisitum. Et coofirmatur, quia Episcopus debet cognoscere, an seruitio, vel studijs Clericus aptus sit, & qualibus, vt iudicet, an sit in via ad maiores Ordines iuxta mentem Tridentini.

33 At ipse oppositum esse verum censeo. Quia regulare est, taciti, & expressi eandem esse rationem, *l. cumquid, ff. si cert. pet.* Et militat hic ratio, quod hæc dispositio accipienda sit, vt minus ac sit possibile, corrigat vniuersale Clericatus priuilegium. Nec obstat coniectura allata in cootrarium. Quia etiam virtuali, seu tacito mandato, ac licentia approbatur Clericus ad seruitium, seu studium assumptum, cùm possit Episcopus expressè prohibere, si velit, aut necessarium iudicet. Atque ita etiam declarauit Sac. Congregatio Concilij sub 5. Martij 1618. ad 2. Quæ, licet aliàs sub 14. Martij 1621. declarauerit, si coostet, licentiam ab Episcopo, quamuis oretenus, fuisse cooccessam Clerico, vt studeret in aliqua publica Schola, vel Vniuersitate, vtique gaudere fori priuilegio, non tamen sufficere permissiooem, vel licentiam tacitam, non ideò viderot obstare. Quia hæc secunda declaratio intelligitur, quando de licentia tacita non constet, secus autem quando aliquo modo constet, puta quia Episcopus dedit Clerico absenti causa studij aliquod subsidium, vel concessit dimissorias, vel commendatitias, vel aliud huiusmodi.

34 Quinimmò mandatum Episcopi, sufficit esse generale, quod Episcupus facere solet cum aliquem ad primam tonsuram promouet, eumque alicuius Ecclesiæ seruitio adscribit. Quæ adscriptio facienda est ab Episcopo dimittente, non ab ordinante, quando ordinans non est Episcopus proprius ordinati. Neque hodie requiritur amplius adscriptio, vel mandatum, sed solum seruitium sufficit, quamuis interruptum; quia mandatum, & adscriptio censentur præcessisse, saltem virtualiter ex Sacra Congregatione Concilij 23. Februarij 1631. quæ etiam sub 18. Martij 1629. declarauit, quod fori priuilegio gaudet Clericus incedens in habitu, & tonsura descriptus in catalogo Clericorum, quique in Synodo diœcesana obedientiam præstitit Episcopus, & per paucas vices in choro, & processionibus interfuit, attentis circumstantijs, quamuis nec alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, nec beneficium ecclesiasticum habeat. Quod enim tradunt Ricc. *d. decis.*111. *num.*5. Prosper. de Augustin. ad Quarant. *cit. v. Habitus*, Capoblanc. *in tract. de offic. Bar. pragm.* 8. *par.3. num.* 32. Nouar. *dict. conclus.6.* Mat. Anton. *var. resol. lib.3. d. resol.*48. Ricciul. *dict. cap.6. num.*15. Barbos. *de iur. Pontif. lib.1. cap.39. §.2. num.*35. Squill. *dict. cap.* 7. *num.*13. Sell. *in select. can. cap.*18. *num.*22. & Diana *part.1. tract. 2. resolut.34. & par.4. tract.1. resolut.*18. licet Thomas del Bene in hac re sit verè Didymus, non credens declarationibus Sac. Congregationis *d. dub.8. n.*28.

35 Ad quartum decimum. Affirmat Maurus Burgius *de mod. proced. ex abrupt. centur.1. quæst.65. num.29.* & vult, quod debeat Clericus in prima tonsura, vel in minoribus constitutus ad hoc, vt gaudeat priuilegio fori continuo singulis quibuscumque diebus Dominicis, & festis cum superpelliceo diuinis interesse. Idque confirmat ex quadam pragmatica Regni Siciliæ, quæ hoc disponit, quæ cùm adiuuet dispositionem Concilij Tridentini, sustineri potest, ac debet.

Ve-

36 Verùm negatiuè respondendum est cum Suarez *lib.4. in Reg. Angl. cap.27. num.12.* Ricc. *in prax. decis.606. & par. 4. decis.154. num.5.* testantibus id declaratum per S. Congregationem, Bonacina *cit. punct.6. num.20.* Laym. *lib. 4. theol. moral. tract.3. cap.6. num.2. assert.1.* Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. d. v. habitus clericalis*, Diana *par.1. tract.2. resolut.34.* Cutell. *de immun. Ecclef. lib.2. quest.35. num.5.* Gratian. *tom.3. disp. 440. num.6.* Capoblanc. *de offic. Baron. pragm.8. part.3. num.30.* Mastr. *tom.1. decis.113. num.13.* Squill. *dict. cap.7. num.11.* Genuen. *dict. cap.9.* Delbene *cit. dub.8. num.31.* Probatur tum ex *cap. Contingit 2. de sent. excomm.* vbi non statim ex qualibet non delatione habitus, & tonsuræ Clericus expoliatur priuilegio canonis, sed post trinam monitionem, licet non dicamus, etiam in præsenti monitionem necessariam esse. Tum ea eo, quod communiter non dicitur habitum non deferre, qui aliquando dimittit: Necesse est igitur, quod omissio delationis habitus, & tonsuræ talis sit, vt attentis vicibus, quibus Clericus non defert, & quantitate temporis, censeatur notabiliter in hoc defecisse. Non enim videtur requiri, quod vt plurimum deferat, vel quod consuetudinem habeat non deferendi in tantùm, vt publicè existimetur laicus, vel dicatur habitualiter, & permanenter sine illis incedere, vt loquuntur aliqui Doctores. Nam Tridentinum absolutè necessariam dicit delationem habitus. Qui ergo notabiliter in ea deficit, excidit à mente Tridentini, etiam si frequenter. Alioquin parum innouasset Tridentinum, cum repertus ambulare frequenter sine habitu, & tonsura, censeretur etiam ante Tridentinum expoliandus priuilegio fori, vt inferiùs. Id, quod deducitur ex ijs iuribus, in quibus post trinam monitionem super non delatione habitus dicunt, declarari Clericum à priuilegio excidisse, quandoquidem ad trinam monitionem videtur sufficere trina non delatio, quæ tamen non est sufficiens, vt quis dicatur, vt plurimum non deferre habitum. Hæc eadem ad omissionem seruitij, vel scholæ applicanda sunt. Et ita declarauit Sac. Congregatio Concilij in Leodiensi 19. Nouembris 1630. nempè: *Qui per modicum tempus habitum clericalem dimittit, licet reperiatur in habitu laicali, non amittit priuilegium fori*. Quod antea declarauerat, Sac. Congregatio super Episcopis in Papiensi 8. Decembris 1597.

36 Et similiter è conuerso non quælibet delatio habitus, & tonsuræ, nec quolibet seruitium Ecclesiæ factum, aut quælibet versatio in Seminario, Schola, vel Vniuersitate sufficit, sed talis, vt quis dici possit permanenter deferre, seruire, & versari iuxta communem existimationem. Intentum enim Tridentini est indagare in huiusmodi Clericis coniecturas animi permanendi in Clericatu. Quare sicut in alijs Clericis permanentiam arguit ex susceptione beneficij, vel Ordinum sacrorum, ita in his arguendum vult ea delatione, vt plurimum facta, habitus, & tonsuræ, ex frequenti seruitio, vel permanentia in Seminario, aut Schola. Vnde verba deferendi, inseruiendi, ac versandi, quibus vtitur Concilium, moraliter significant permanentiam, & frequentiam. Non enim dicitur communiter deferre habitum aut tonsuram, qui semel tantum, aut bis defert. Idemque est de alijs. Vnde hæc verba ciuili modo intelligenda sunt, *l. si eni, ff. de serui.* & assiduè quid fieri dicitur, quod pro maiori parte temporis fit, Abb. & Felin. *in procem. decretal. §. Sanè*.

37 Confirmatur. Quia sicut priuilegium est quid permanens, seu permanenter participatur, ita etiam causa ipsius, quæ hoc loco consistit in prædictis conditionibus, debet esse permanens, *argum.* eorum, quæ Gloss. Abb. & cæteri tradunt *in cap. Latores, de Cler. excomm. ministr. & in l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles.* firmantque in specie Menoch. *consil.912. num.30. & 31. lib. 10. & lib.6. præsumpt.76. num.38.* Carol. de Graff. *dict. effect.1. num.1183.* Ricc. *in prax. decis.87. num.5.* Cenod. *lib.1. quæst.4. num.25.* Barbosa *ad d. cap.6. Concilij in fin. & par.2. allegat.12. num.14.* Delbene *dicto cap.8. num.31.* Gallet. *in marg. cas. v. Clericus, pag.42. col.2.* Squill. *dict. priuileg.7. num.18.* ac Bonacin. *eodem punct.6. num.26.* inquiens, quoad seruitium, non debere esse, vt plurimum intermissum, sed moraliter perseuerans, saltem pro maiori parte.

38 Ea quibus facilè diluitur, quod voluit Maurus. Ad cuius confirmationem respondetur, pragmaticam illam esse irritam defectu iurisdictionis, eamque reijcit Guazzin. *tom.2. defens.20. cap.9. num.35.* Trentacinq. *cons.12. num. 75. vol.2.* Antun. de Ball. *variar. lib.5. pragm.1. tit.10. num. 5.* ac Delben. *cit. cap.8. num.37.* qui *num. subseq.* cum de Graff. *num.1177.* & Barbos. *dict. num.14.* ait, seruitium debere esse de præsenti. Alioquin non est inseruire, sed inseruisse, tametsi ij, quos adducit, ac sequitur Diana *dict. resol.34.* id satis probabiliter intelligi velint de præsentia temporis morali ita, vt sufficiat, si ante mensem, quo fuit commissum delictum, seruitium præstiterit. Quod ex dictis facilè probatur.

39 Ad quintumdecimum. Quamquam in iura reperiatur Clericis interdictus certarum vestium vsus, *vt in cap. Clericus, de vit. & honest. Cler. & in Clem.2. eodem tit.* cum alijs per Diaz *in pr. cap.75.* & per Menoch. *de arb. lib.2. cap.393.* nihilominus non reperitur certus, & determinatus habitus, quem ipsi Clerici necessariò teneantur induere, sed solum ex declaratione Sac. Congregationis Concilij apud Suarez *in Reg. Angl. lib.4. cap.27. num.12.* habetur, quod debeat esse decens, & vsque ad talos. Sed quia videmus hoc posterius non ab omnibus, & in omni loco receptum, vt in itinere, & ruri, vbi vestis non est talaris, ideò meliùs dicimus, eas vestes esse Clericis decentes, quæ à communi vsu, & consuetudine Prouinciæ, in qua commorantur, receptæ sunt, vt per Gloss. *in c. penult. v. deauratis, de vit. & honest. Cler. & in Clem.1. v. sæcularis, de elect. & in cap. Si quis virorum 30. d. & in cap. In summa 24. qu.1.* Cardin. *in dict. Clem.2. ad fin. de vit. & honest. Cler.* Abb. *in cap.1. de apost.* Roland. *consil. 4. num.27. lib.1.* Couarr. *pr. quæst.5. cap.31. sub num.7.* cum alijs copiosè relatis à Farinac. *tom.1. qu.8. num.69.* quibus addendus est Suarez à Paz *in pr. can. & secul. tom.2. prælud.2. num.7.* Ambrosin. *de immun. cap. 23. num.13.* Sanchez *de matrim. lib.7. disput.46. num.5.* Valasch. *alleg. iur. tom.1. allegat.11.* Camill. Borell. *in addit. ad Bellug. in specul. Princip. rubr.11. §. Videamus litt. D.* Viuald. *in candel. par.3. in explic. Bull. Xysti V. num.9.* Rendin. *in prompt. iur. tom.1. tit.17.* Bonacina *vbi supra n. 30.* Notandumque, habitum clericalem ita deferri deberre, vt appareat, cum idem sit occultare, ac non deferre. Neque attendendus est habitus interior, qui sit sæcularis, vel etiam indecens, & prohibitus Clerico, sed vestis superior, quæ magis apparet. Vnde quamuis per eam appareat aliqualiter habitus interior, non ob hoc decidit Clericus à priuilegio contra Carolum de Graffis *dict. effect.1. num.1186.* qui ait, quod si vestis laicalis interior incedendo appareat, Clericus non dicitur incedere in habitu. Idemque est de tonsura, quæ etsi diuersa esse possit, & maior, vel minor iuxta locorum consuetudines, & Prælatorum permissiones, talis tamen semper esse debet, quæ appareat.

40 Ad sextumdecimum. Dubium potest procedere tam de eo, qui notabiliter omittit, sed sine animo relinquendi penitus habitum, vel seruitium, sed cum intentione resumendi post aliquod tempus, (nam de eo, qui aliquando tantùm, nec notabiliter omittit modò dicebamus *dub.14.*) quàm de eo, qui penitus vult relinquere.

41 Et quidem Riccius *in prax. par.3. resol.309.* loquens de seruitio omisso, ait, eius effectum durare per mensem ita, vt de præsenti dicatur seruire Ecclesiæ, & per consequens ex hoc capite gaudeat adhuc priuilegio fori, qui per mensem antea Ecclesiæ seruiuit, vt ea communi doctrina, quod ille dicitur possidere de præsenti, qui per mensem antea probat se possedisse. Quod expressè Riccius transtulit ex Carolo de Graffis *d. effect.1. num.1180.*

42 Sed melius censeo respondendum, eum, qui animo abijciendi Clericatum prædicta omittit, statim excidere ab omni priuilegio clericali, etiam canonis secundum probabiliorem, Coninch. *de censur. disp.14. dub.15. num. 163.* Suarez *de censur. disp.22. sect.1. num.11.* Farinac. *quæst. 8. num.50.* Quia ex nulla ratione, aut iure habetur, quod Ecclesia velit, quoad hos, manutenere priuilegium pro aliquo tempore post dimissum clericatum, de quo mox dicemus. Vnde id procedit, etiamsi aliqua clericalia teneat, puta tonsuram, vel habitum. De ijs autem, qui notabiliter omittunt, sed sine animo deferendi omninò Clericatum, idem videtur ferendum iudicium, etiamsi ali-

Digitized by Google

aliqua Clericatus retineatt, Loquendo enim in terminis Concilij, istud in conditionibus prædictis requirit præsentiam, quæ non videtur moraliter durare per mensem post, siquidem mensis non censetur breue tempus. Permittitur autem aliquando tamquam breue tempus in probationibus, quia cursus ipse legitimus probationum potest requirere tempus notabile. Vnde ex eo, quod quis minori tempore probari non potuerit possessionem nuper habitam, non debet in eius præiudicium vergere mora vnius mensis à possessione, & id conuincunt ea, quæ affert Riccius. Quare si ea consuetudine non desert habitum, & tonsuram, vel non seruit actu Ecclesiæ, amittit priuilegium fori ex Trident. *dict. sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* non tamen priuatur priuilegio canonis, si non in perpetuum dimittat habitum clericalem, sed ad aliquod tempus, nisi ter monitus non resumat, vt dicam inferiùs.

43 Ad decimum septimum. Respondeo quoad vtrumque excusare iustum metum, iustamque causam sine propria culpa, vt periculum mortis, vel grauis damnis in locis infidelium, vel hæreticorum, in quibus ea liberè deferri nequeant. Non præsumitur enim Ecclesia delationem præcipere cum tanto periculo deferentis, vel eam punire expoliatione priuilegij, si omittatur, quando est sine culpa, *argum. cap. Clerici*, vbi Gloss. *de vit. & honest. Cleric. Clement. fin.* vbi Gloss. *v. Rationabilis*, & Imol. *eodem tit.* Carol. de Graff. *num.* 1174. & alij apud eum. Specialiter etiam à delatione habitus excusat paupertas ea textu *in dict. cap. Clerici*, Decian. *in tract. crimin. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. Vgolin. *de offic. Episcop. cap.* 12. *num.* 3. Barbos. *part.* 2. *allegat.* 9. *num.* 12. Ricc. *par.* 4. *decis.* 154. *num.* 5. Squill. *dict. præl.* 7. *num.* 7. & alij. Item in occultatione frigus, aut pluuia. Et à delatione tonsuræ excusat periculum infirmitatis, atque impossibilitas, quæ est in caluis, Farinac. *de inquisit. quæst.* 8. *num.* 67. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 46. *num.* 9. Squill. *loc. cit. num.* 6. Aut depilatis morbo gallico, Capel. Tolos. *decis.* 104. Farinac. *cit. qu.* 8. Clar. *dict. qu.* 36. & Carol. de Graff. *num.* 1171. inquiens, hunc esse casum, in quo infirmitas, propria licet culpa, prodest. Sed ab isto prodesse, subdir, libera nos Domine.

44 Eademque causa poterit excusare à seruitio Ecclesiæ, vel ingressu in Seminarium, aut Vniuersitatem, seu Scholam. In quo etiam obseruandum, quod non videtur excludendus à priuilegio Clericus pro eo tempore, quo assumpto habitu, tonsura, & ordine, non adhuc actualiter inseruit Ecclesiæ, nec in Seminario, vel Schola versatur. Sufficere quippè debet, quod ad hæc sit in via, vel expectet opportunitatem, seu occasionem seruitij, vel ingressus. Vel potius iste casus censendus est per epicheiam exceptus, cùm non adhuc sit in culpa, qui prædicta omittit, nec sine culpa quis debeat priuilegio carere. Concilium autem in eo solum videtur supponere culpam, qui animum permanendi in Clericatu habens, eum non ostendit palam in prædictorum obseruatione.

45 Non tamen hinc puto inferri posse, quod videtur inferre de Graffis *dict. effect. num.* 1188. eum, qui obtinuit beneficium ante Ordinis susceptionem gaudere priuilegio pro eo tempore, quo non adhuc est ordinatus. Discrimen enim est, quod ille prior, de quo modo dicebamus est verè Clericus, & ideò non impeditur illi priuilegium, nisi accedat propria culpa. At verò hic beneficiatus non est propriè Clericus ante primæ tonsuræ, vel Ordinis susceptionem. Et ideò deficit id, in quo fundatur participatio priuilegij.

46 Ad decimum octauum. Videtur in praxi, non posse Prælatos Summo Pontifice inferiores, renitente Principe laico, Clericos eiusmodi iudicare. Nam Concilium expressè negat, gaudere priuilegio fori, qui prædicta, quæ præcipit, non obseruat. Qui autem priuilegio non gaudet, remanet sub dispositione communi laicorum, ac proinde hoc casu Clericus censendus est instar laicorum, qui non ab Ecclesiasticis, sed à laicis cum exclusione Ecclesiasticorum, iudicantur. Alioquin iurisdictiones sibi inuicem essent impedimento, & daretur occasio rixarum, cùm teneatur laicus ex vna parte morem gerere Ecclesiastico, ex alia autem iuri alterius præiudicandum non sit. Nec satis est occurrere, priuilegij expoliationem se tenere ex parte Clericorum, qui expoliantur, verùm non debere præiudicari Iudicibus ecclesiasticis, qui in personas, alioquin subiectas, possunt procedere. Obstat enim, si stemus in terminis Tridentini, tum quod ipsum noluit acquiri ecclesiasticis ius forense in Clericos, eas conditiones non habentes. Vnde per hanc dispositionem non expoliantur, saltem quoad eos Clericos, qui nunquam conditiones illas habuerunt, cum nullus dicatur expoliari eo, quod nunquam possedit. Tum, quod superioritas, & subiectio sunt correlatiua, ita vt si Clericus non subditur defectu priuilegij non subditur Ecclesiastico, non eximendo à laico, Iudex ecclesiasticus non habeat superioritatem. Atqui per Tridentinum talis Clericus nisi eximitur à laico. Ergo non subditur Ecclesiastico. Tum quod si virtute Tridentini mixtæ tantùm subiectionis esset hic Clericus, illud nil aliud permisisset, quàm præuentionem, & tamen verba, ac mens ad amplius videntur extendi.

At nihilominus tenendum est cum Carolo de Graffis *num.* 2289. loquente generaliter, & cum Bonacina *de legib. disp.* 10. *qu.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 19. quem sequitur Delbene *d. cap.* 4. *dub.* 8. *num.* 42. loquente in terminis Tridentini, & asserentibus, posse sub vtroque Iudice conueniri. Tum quia cùm isti remaneant Clerici, & consequenter maneat fundamentum subiectionis erga Iudicem ecclesiasticum, non videtur, quod integrum ijs sit ecclesiasticum iudicium effugere, aut quod laicus possit impedire Ecclesiasticum, quo minus vtatur iure suo. Licet enim exclusio à priuilegio respectu Clerici exclusi sit pœna, seu habeat rationem pœnæ, tamen respectu Ecclesiæ non est abdicatio potestatis, quippe quæ Clericis esse posset aliquando gratiosa, sed permissio quædam laicæ auctoritati, vt possit se ingerere contra eos, contra quos antea non poterat. Tum quia ita declarasse S. Congregationem, testatur Riccius *in prax. decis.* 607. *num.* 7. & Gallimart *in declarationibus præmissis ad illud cap.* 6. *Trident.* quando tamen Iudea ecclesiasticus præuenit, vt declarauit Sac. Congregatio Concilij in Leodiensi 9. Nouemb. 1630. in Valentina 17. Maij 1627. in Nuscana 12. Iulij 1628. ac alibi sæpius, & nos aliàs fusè. 47

Ad decimum nonum. Bonacina *de censur. in part. disp.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *d. pun.* 6. *num.* 20. ait, illam consuetudinem legitimam, & præscriptam seruandam esse. Ex quo videtur inferri, quod qui non seruat, obnoxius fiat pœnis. & censuris. Et rationem reddit, tum quia huiusmodi consuetudo vergit in fauorem ecclesiasticæ libertatis. Tum quia hæc exemptio potuit legitimo tempore contra laicos præscribi. Tum quia Tridentinum non annullat contrariam consuetudinem. 48

Sed vel sermo est de consuetudine iam præscripta tempore editi Concilij, in quo sensu videtur loquutus Bonacina, vt conijcitur ex suo tertio argumento, & tunc arbitror, Tridentinum suffragari posse trahenti talem Clericum ad forum laicum. Quia noua lex, & dispositio, quod deinceps Clericus eiusmodi gaudeat priuilegio fori, debet veterem legem, & consuetudinem posse tollere, etiam si earum mentionem non faciat. Non enim semper mentio necessaria est, alioquin omnis obseruatio Tridentini reuocari posset in dubium pro eo, in quo non habet mentionem consuetudinis contrariæ. Immò cùm præsumatur non latuisse Concilium, quod huiusmodi Clerici essent in possessione priuilegij fori conformiter ad ius antiquum, inaniter permisisset eos à laicis deinceps iudicari, si permitteret, tantum in casu, quo non sit consuetudo in contrarium. 49

Vel sermo est de consuetudine inducta post Tridentinum, & tunc non est probabile à Principibus laicis inductam esse, seu permissam, etiam cum renunciatione fauoris Tridentini, ita vt eo amplius vti non possint, præsertim cùm Tridentinum dicatur esse in viridi obseruatione. Vnde iste non diceretur trahere præter iuris canonici dispositionem. In graue enim sui præiudicium, quod hic interuenit ratione incurrendæ excommunicationis, non censetur quis fauori suo renunciare, nisi manifestè appareat. 50

Ad vigesimum. Quoad consuetudinem affirmat Carolus de Graffis *dict. effect.* 1. *num.* 914. inquiens, quod quando extaret consuetudo, quia Clerici certi gradus, vt sunt Scholares, incederent absque habitu clericali, tunc ob abiectionem habitus non amittitur priuilegium fo- 51

fori. Et idem est, si extaret consuetudo, vt certo tempore, puta messium, vel vindemiarum Clerici incederent sine habitu.

52 At hoc posterius fortè posset concedi, si dimissio habitus non esset continua, aut publica, sed tantùm pro tempore laboris, vel assistentiæ. Generaliter enim omnimodam consuetudinem admittere, videtur periculosum; quia censetur potius corruptela, cùm sit contra determinationem sacrorum Canonum, & laudabilem vsum totius Ecclesiæ. Specialiter autem pro Clericis non beneficiatis constitutis in minoribus, & pro Clericis coniugatis habetur in fine *dict. cap.6. Tridentini*, nemini quoad hoc (sermo est de delatione habitus) consuetudinem, etiam immemorabilem suffragari. Quod licet ab aliquibus sumatur, vt referendum ad solos Clericos coniugatos, de quibus vltimo, & proximiori loco in eo capite disponitur, reuera tamen potest ad totam capitis dispositionem referri, maximè cum nouæ dispositiones, vt dicebamus, semper sint contra inductas in contrarium consuetudines.

53 Quoad permissionem verò, seu priuilegium, in dicta Constitutione Sixti V. quæ incipit, *Pastoralis* data sub anno 1589. permittitur impunè, & licitè vti habitu laicali Clericis, qui pensiones, fructus, aut prædia vel bona ecclesiastica habent, ex quibus fructus percipiunt non ascendentes ad valorem sexaginta ducatorum auri de Camera, & familiaribus Pontificis deseruientibus in inferioribus ministerijs, & commensalibus Palatij Apostolici, & tandem Clericis omnibus, antequam pensiones, & fructus cum effectu exigant, nisi per ipsos steterit, quominus exigerent. Vbi tamen aduertendum Sixtum loqui ad moderandam aliam suam Constitutionem, quam antea ediderat, incipientem, *Cum sacrosanctam*, in qua sub pœna priuationis officiorum, beneficiorum, & dignitatum delationem habitus, & tonsuræ omnibus Clericis percipiebat. Per illam autem declarationem eximit à prædictis pœnis Clericos illos præexpressos; sed an debeant gaudere priuilegio fori, per eam non est liquidum, cum de hoc priuilegio nullus sit sermo. Vnde quoad hoc videntur tales Clerici remanere sub dispositione iuris communis, & eorum, quæ hucusque dicta sunt.

53 Obiter notandum pro dicta Constitutione Sixti, *Pastoralis*, quod etsi ex vi verborum Constitutionis videatur pœna priuationis beneficiorum, & pensionum ligare etiam pro foro conscientiæ ante declaratoriam, quia infertur defectu conditionis, seu modi requisiti ab initio, & quia videtur pœna merè priuatiua non requirens factum hominis positiuum ad sui consumationem, & ita Garzias *de benefic. par.1. cap.5. num.14.* ac Filiuc. *tract.47. cap.7. num.5.* Nihilominus alij tenent probabile esse, illam pœnam priuationis non habere locum in foro conscientiæ ante declaratoriam, neque teneri ad restitutionem fructuum ante declaratoriam, quia est pœna priuans iure quæsito, & possesso. Ita Azor. *tom.2. lib.8. cap.10. q.3.* Nauarr. *cons.3. de vit. & honest. cleric.* Ledesm. apud Garzias *loc. cit. num.14.* & Garzias *par.7. cap.1. num.24.* ait, forte non esse vsu receptam eam Constitutionem quoad pœnam priuationis, vel incapacitatis ob non delationem habitus, & tonsuræ in tanto rigore. Alij autem dicunt, ad eam pœnam priuationis requiri monitionem, & contumaciam pro foro conscientiæ, sic Castropal. *tom.2. tract. de benefic. disput.1. punct.11. §.10. num.10.* & Azor. *loc. alleg.* Alij tandem putant, eam pœnam ligare in foro conscientiæ. Certum est, quod beneficiatus poterit denegare pensionem excipiendo ex hac Bulla, vbi sit vsu recepta in hoc rigore. Quod est intelligendum quando incipit pensionarius publicè sine habitu incedere, Garz. *dict. par.7. c.1. n.19.* Nam ex verbis dictæ Constitutionis §.3. statim est locus denegationi pensionis, cùm iam à lege pensionarius sit priuatus, & lex excludat ministerium Iudicis, & ex seipsa sortiatur effectum. Quare Pensionarius conueniendus est coram Iudice, non in ordine ad priuationem pensionis, aut declarationem priuationis, sed in ordine ad iustificandum, quod incesserit sine habitu, & vt possit se defendere, & allegare si quid habet, quod possit, se tueri, quod non inciderit in pœnam legis. Quia dicta Constitutio supponit factum, quod pensionarius incedat sine habitu, & super ipso disponit, puniendo ipso iure, & absque ministerio Iudicis; atque adeò supponit, quod factum sit in eo statu, in quo sit capax pensionis ità, vt excludendo citationem, & ministerium Iudicis, solum excludat in ordine ad punitionem. Siquidem excludit in ordine ad id, quod ipse Pontifex præstat de plenitudine potestatis, vt satis declarant verba dictæ Constitutionis *citat. §.3.*

55 Cùm ergo nullum factum sit in statu, in quo possit puniri, nisi de ipso legitimè constet aut in iudicio, aut saltem ipsimet supremo Principi, & quod delinquenti nulla competat excusatio, adhuc requiritur, vt pensionatius remaneat priuatus pensione, quod legitimè constet, quod dimiserit habitum clericalem, & quod nulla ei suppetat excusatio iusta. Posset enim allegare aut dispensationem, aut casum aliquem, qui ex mente Legislatoris non comprehenderetur sub lege secundum ea, quæ tradunt Gloss. *in Clem.2. v. rationabilis, de vit. & honest. Cler.* Mitalin. *num.5.* Cardin. *num.4.* Imol. *num.1. notab.2.* Ancharan. *num.10.* Capr. *num.2.* per textum *d. Clemen.* & ideò Constitutio Sixti recipit interpretationem à dicta Clementina per *l.2. ff. de noxal. & l. quamuis, ff. de in ius voc.* Et idcircò antequam subeat pœnam, debet audiri, ne indefensus condemnetur. Quod non potest facere Pontifex, ne de plenitudine quidem potestatis. Quia non potest derogare defensioni, cùm sit de iure naturali diuino, *l. Vt vim vi, ff. de iust. & iur. l.1. C. Vnde vi, c. ius naturale d.1. c. secundo requires, §.3. de appell. cap. cum inter, de except. & Clement. Pastoralis, §. Cæterum, de re iudicat.* & docent communiter Doctores.

56 Item notandum, quod si pensionarius deferat habitum, sed sine tonsura, adhuc locum habere prædictam Constitutionem, ac pœnam priuationis. Quia Pontifex Sixtus loquitur copulatiuè de habitu, & tonsura clericali, vt constat ex verbis §.2. *Tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares.* Et rursus: *In futurum autem non nisi actu Clericis, in habitu clericali, & tonsura incedentibus.* Nec obstat, quod §. 3. *& seq.* vbi imponit pœnas, loquatur tantum de habitu, & non de tonsura. Quia loquitur de habitu relatiuè ad expressum, ibi: *Qui quoad gestandum habitum clericalem, & militarem supradictum.* Et proinde intelligit de habito coniuncto cum tonsura. Nam habitus clericalis consistit copulatiuè in veste talari, & tonsura; vt obseruat Io. Andr. *in d. cap. si Iudex laicus num.1. de sent. excommun. in 6.* Bald. *in l. si qua per calumniam num.3. C. de Episc. & Cler.* Guidopap. *decis.138. num.1.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.34. num.25.* Garz. *de benef. d. par.7. cap.1. num.20.* & alij superiùs adducti. Pendet enim habitus huiusmodi ex institutione Ecclesiæ, & ideò secundùm mensuram institutionis attendi debet.

57 Denique notandum, quod etsi dubitetur, an si pensionarius, durante lite super pensione, non incedat in habitu clericali, possit, sententia lata in eius fauorem, prætendere pensiones decursas, & affirmatiuè videatur resoluendum. Quia non tenetur deferre habitum clericalem, nisi quando exigit pensionem, aut per ipsum non stat, quin exigat. Dum autem pendet lis super pensione neque exigit, neque per ipsum stat, quominus exigat; nihilominus oppositum tenendum est. Quia ex dicta Constitutione Sixti Quinti, vt quis sit capax pensionis, & possit eam exigere, & facere suam, nedum requiritur Clericatus, sed etiam habitus clericalis. Et ideò, si non defert, pendente lite, non acquirit ius ad pensiones, quæ interim decurrunt.

58 Ad vigesimum primum. Respondetur in corpore iuris nullam repetiri dispositionem, quæ ea sola non delatione habitus, & tonsuræ priuet Clericum beneficiatum, vel in sacris constitutum priuilegio fori, & tamen Doctores communiter iure supponunt expressam huiusmodi priuationem. Scio & in iure, & extra preceptam esse delationem eiusmodi sæpius, sed vbi contraueniens priuilegio fori expolietur, ignoro. Igitur non deficientibus, qui sentiant, etiam, nulla præuia monitione, non deferentem expoliari, communis est sententia, quod expolietur trina præcedente monitione. Siquidem hæc præscribitur iure commoni *in cap. contingit 2. cap. in audientia, cap. si verò 2. de sent. excomm.* & alibi, quibus in locis si monitio prærequiritur ad expoliandum priuilegio eum, qui, vltra omissionem habitus, & tonsuræ, delinquit in alio, tantò fortius præneccessaria erit ad expoliandum eum, qui in sola omissione habitus, & tonsuræ, culpabilis est. Et hanc sen-

Digitized by Google

sententiam tenent plurimi, quos refert, ac sequitur Carol. de Grass. *d. effect.* 1. *num.* 888. Clarus *in prax. crim.* §. *fin. quæst.* 36. Farinac. *cum pluribus de inquis. d. q.* 8. *n.* 60. Bonacin. *loc. supra cit. num.* 27. Quare debet præcedere trina monitio nominatim, & in personam facta, ita vt nec vnica, nec generalis sufficiat per textum *in d. Clem.* 1. & ibi notat Gloss. *v. Tertio*, quam probant Card. & Imol. *de vit. & honest. Cler.* Abb. *in d. cap. cum contingat, de sent. excomm.* Marsil. *singul.* 259. incip. *Generalis*, Rubeus *cons.* 76. *num.* 2. Boer. *cons.* 79. *num.* 13. Grammat. *vot.* 33. *n.* 12. Couar. *pract. q.* 31. *num.* 1. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 105. aliique.

59 Quam trinam monitionem vnicam esse posse, si fiat in Synodo, etiam per generalem comminationem omnibus non deferentibus, quia tunc vim habet constitutionis, quæ semper monet iuxta *cap.* 2. *de const. in* 6. *cap.* 1. *de locat.* tenent Clarus, Farinacius, & de Grassis *num.* 900. alios plures citando contra Abbatem. Qui Carolus de Grassis cum communi sentit, alioquin oportere monitiones esse particulares, & personaliter ac nominatim factas, & cum plurium dierum interuallo, arbitrio licet Iudicis quoad quantitatem, nec possit esse trina vnico contextu, assignando semel exempli gratia quindecim dies, ita vt primi quinque sint pro prima monitione, alij quinque pro secunda, & reliqui pro tertia. Item quod monitio debeat fieri per Iudicem Ecclesiasticum, qui si negligat monere, non tamen per hoc spectabit ad Iudicem laicum monere, vel censere Clericum factum sui iuris; sed recurrere debet ad alium superiorem Ecclesiasticum. Quæ omnia videntur amittenda, cum simus in odiosis Clericatui, licet non desint, qui tantam solemnitatem non requirant. Nullo tamen modo placet, quod idem Carolus habet *num.* 908. sufficere ad hoc, vt quis gaudeat priuilegio, quod post monitionem alterum resumat, tonsuram nimirum, vel habitum. Cum enim à Tridentino requiratur vtrumque, non est cur alterutrum sufficiat.

60 Ad 22. Respondetur negatiuè: Quia accepimus declaratum à S. Congregatione, teste Riccio *in prax. dec.* 606. Clericum, qui, relicto Clericali habitu, homicidium commiserat, & sine eo à laica potestate captus fuerat, remittendum fuisse ad forum Ecclesiasticum. Quia non præsumitur dimisisse habitum animo illum relinquendi, sed vt commodius delictum perpetraret. Ac ita etiam declarauit Sac. Congregatio Concilij in Leodiensi 19. Nouembris 1630. nempè: *Clericus non amittit priuilegium, si per modicum tempus habitum Clericalem dimittat, licet reperiatur in habitu laicali.* Idem quoque S. Congregatio Episcoporum 8. Decembris 1596. Et ratio est, quia diximus supra, ex modica omissione quem non excidere à priuilegio. Et regula, quod generaliter quis præsumitur talis, qualis reperitur, non habet locum, quando est præsumptio in contrarium, vt habetur *in dict. cap. Si iudex laicus, de sent. excommun. in* 6. vnde regula illa desumpta est. Quæ præsumptio in præsenti supponitur, cum loquamur de eo, qui communiter habetur Clericus, & solitus est deferre habitum, Bald. *in l. si quis num.* 2. *C. de Episc. & Cler.* Imol. & alij *in cap.* 1. *De apostatis*, Farinac. *d. qu.* 8. *num.* 68. Ricc. *vbi supra*, Bonac. *num.* 26. Carol. de Grassis alios citans *num.* 909.

61 Neque obstat *cap. ex par.* 3. *de priuil.* cum similibus, vbi dicitur æquanimiter tolerandum, si laicus iurisdictionem exerceat in Clericos, qui sine habitu, & tonsura fuerint in delicto deprehensi. Quoniam patet ex illius contextu, sermonem esse de ijs, qui ex tarissima delatione habitus, & tonsuræ laici communi habebantur existimatione, vt obseruauit Glos. *v. in delicto*, de quo alibi.

Ad 23. Aliqui, quos tacito nomine refert Suarez *lib.* 4. *in Reg. Angl. cap.* 27. *num.* 17. absoluè negant vnquam recuperari. Quia priuilegium à Superiore semel ablatum, non recuperatur propria authoritate, sed est necesse, quod iterùm à Superiore concedatur. Id, quod in casu nostro loquendo in terminis Concilij Tridentini, non præstatur. Quod multò magis verum erit, quando in hoc indicatum sit per Iudicem ecclesiasticum, aut etiam spontè quis dimisit Clericatum. Hoc enim casu censetur quis ex tunc renunciasse priuilegio.

62 Nihilominus dicendum est cum eodem Suarez, & cum Carolo de Grassis *num.* 1232. in reassumptione prædictorum locum esse priuilegio. Quæ est etiam sententia Gloss. *in d. Clem.* 1. *v. quamdiu, de vit. & honest. Cler. & in cap. fin.* vbi Abb. *num.* 8. *eodem tit.* eiusdem Abbatis *in cap. Ioannes num.* 4. *de Cler. coniug.* Angel. *in sum. v. excommunicatio* 5. *num.* 23. citantis ad idem Io. Monachum, Archidiaconum, & Lignanum, Syluestri *eod. verb.* 6. *num.* 4. D. Antonini 3. *p. tit.* 24. *cap.* 2. Zerolæ *in prax. Episc. v. Clericus*, §. 13. & aliorum. Tum quia est id ad mentem S. Congregationis, quæ de beneficiato post dimissum habitum, & beneficium, aliud beneficium obtinente, declarauit, gaudere iterùm beneficio exemptionis à foro, vt testatur Suarez. Ac consequenter tenere debent Couar. *pr. qu. cap.* 32. & Clar. §. *fin. q.* 36. *num.* 38. aliique apud Bonac. *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *p.* 1. §. 1. *num.* 18. distinguendo, aut resumit habitum sine fraude, & gaudere hoc priuilegio, vt communiter tenent Doctores, teste Plaza *lib.* 1. *delict. cap.* 35. aut in fraudem, & tunc gaudere quoad personam, non autem quoad bona, prout etiam refert Camil. de Lärata *cons.* 101. & clarius declarauit S. Congregatio Concilij in Papiensi 23. Maij 1626. & S. Congregatio Immunitatis in Reatina 10. Septembris 1629. & in Ciuitatis Castellanæ 18. Februarij 1631. ac sæpè alibi his verbis, *Clericus reassumens habitum in fraudem gaudet priuilegio fori quoad personam tantam, non autem quoad bona*, tametsi hæc distinctio pluribus ex Cardinalibus dictæ S. Congregationis non placuerit, sicuti non placuit Genuensi *in prax. cap.* 9. *num.* 5. Nam, exempta persona Clerici, non potest in pecunia, vel alijs rebus molestari iuxta textum in *c. vn. de Cler. coniug. in* 6. ne per vnam viam concedatur Iudicibus laicis, quod per aliam denegatur. Generaliter tamen in assumentibus, vel resumentibus habitum in fraudem seruandum est *cap. ex parte* 3. *de priuileg.* ex Sac. Congregatione super Episcopis in Neapolitana 11. Aprilis 1620. scilicet possunt ij recuperare priuilegium, exceptis causis, in quibus Iudex sæcularis præuenit. In illis enim licere Iudici laico causam absoluere procedendo quoad bona ex dicta Sac. Congregatione Concilij in Gallien. 7. Septembris 1624. Et hoc est, quod intendere debet Mascard. *de probat. conclus.* 122. Et procedit tam si resumatur ante delictum, vt facilius committi possit, seu ne Iudex laicus valeat circa illud procedere, quàm si assumatur post delictum, vt declinetur forus laicus. Quod intendit Carolus de Grassis *num.* 912. alios citans. Secus autem est, si non adsit fraus.

63 Est igitur communissimè receptum in casu, quo Iudex laicus pro delicto valeat trahere Clericum ad suum tribunal, non posse deuenire ad districtionem personalem, sed tantùm procedere pœna pecuniaria, & super bonis, vt per Farinac. *de inquis. q.* 8. *num.* 107. Marth. *de iurisd. p.* 4. *cas.* 121. *num.* 21. Couar. *loc. cit. concl.* 3. Clar. *ibid.* Molin. *tom.* 4. *de iust. cap.* 49. *num.* 22. Carolus de Grass. *num.* 1129. Filiuc. *tom.* 1. *q. mor. tr.* 16. *cap.* 17. *num.* 265. Cened. *collect. iur. can. p.* 1. *collect.* 3. *num.* 13. Bellet. *disq. cleric. p.* 1. *tit.* 3. §. 4. *num.* 3. *loc. cit.* & alij apud prædictos. Quia priuilegium exemptionis à foro est generale, nullam habens circa hoc in toto iure exceptionem, atque adeò generaliter debet accipi. Præsertim cùm attendatur consecratio personæ, quæ consecratio viget non minus in eo, qui delictum ante commisit, & eadem est indecentia trahi Clericum ad laicum tribunal pro delicto ante Clericatum commisso, quàm pro commisso post. Quæ etiam de re alio in loco. Quod recipiendum est non solum quoad punitionem per sententiam, sed etiam quoad detentionem ad custodiam, quia in hoc præiudicatur priuilegio canonis, quod non amittit Clericus, etiam per hoc, quod in fraudem, vel præuentus à Iudice sæculari, Clericatum assumpserit. Et licet Filiucius *loc. cit.* afferat, posse procedi etiam personaliter quoties ante Clericatum delinquens fuerat carceratus, vel non est audiendus, vel est intelligendus tantùm quoad illam personalem districtionem, quæ consistit in carceratione, ita vt possit prosequi detentionem, etiamsi assumeret statum ecclesiasticum, dum est in carcere, quamuis de hoc etiam possit esse aliqua difficultas.

64 Porrò improbabilis hoc loco apparet aliquorum distinctio, qui explicantes quid sit assumere Clericatum in fraudem, dicunt, non esse absolutè assumere ea motiuo effugiendi iudicium sæculare, sed tantùm ad hunc finem assumere ad tempus sine animo permanendi, transacto periculo punitionis. Cæterùm qui permanendi animo Clericatum assumit, etiamsi ad id inducatur à fuga fori laici,

cum

Digitized by Google

cùm vtatur iure suo, inquiunt, nec peccat, non est priuilegijs Ecclesiasticis fraudandus. Hoc enim habet Ecclesia vt miserabilium sit asylum, sicut recipit in protectionem recurrentes ad Ecclesiam materialem, etiamsi animo declinandi vires Iudicis effugiant. Prætetquamquod delictum commissum ante Clericatum assumptum in fraudem, per Ecclesiam puniri potest, ac debet iuxta Carolum de Graff. *cit. effect.* 1. *num.* 1134. cum pluribus per eum. Quamobrem dicunt in praxi, eum videri existimandum assumpsisse Clericatum in fraudem, ac proinde non gaudere immunitate quoad illud delictum, qui tantùm tonsuram, & minores Ordines assumit, & multò magis qui ita iam ordinatus assumit habitum, & tonsuram, cùm prius eam non gestaret. Secus est de eo, qui ordinatur in sacris. Hic enim permanenter, & immutabiliter assumit statum Clericalem, atque adeò sine fraude, quæ in fictione consistit. Ita Suarez *in Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 17. Genuens. *in pr. cap.* 8. *num.* 5. Carol. de Graff. post alios, quos citat *num.* 1075. qui addit, etiam in minoribus constitutum gaudere, si certum sit, non assumpsisse Clericatum causa declinandi forum, & sequitur tamquam probabile Bonacina *pun.* 5. *num.* 9.

65 Sed apparet, vt dicebamus, improbabilis huiusmodi distinctio fraudis, quia potius generaliter tenendum est, illum accipere Clericatum in fraudem, ita vt non gaudeat immunitate quoad illud delictum, qui assumit causa declinandi forum. Nam Ecclesiæ mens est, vt ex prædicta dispositione Tridentini habetur, alijsque similibus, pro quo etiam facit *cap. Proposuisti, de for. comp.* vt quis ad assumendum Clericatum non moueatur duntaxat, vel principaliter animo effugiendi forum laicum, vel gaudendi Ecclesiasticis priuilegijs; apertè enim in hoc reluctatur. Et ideò cùm ipsius consensus non possit præsumi, quandoquidem eos tantùm vult complecti, & protegere, qui animo inseruiendi Deo Clericatum petunt, sequitur, quod nulla ratione gaudeant. Igitur, etsi ita assumens Clericatum, fortè non peccet, vtaturque iure suo, defectu consensus Ecclesiæ in illo saltem delicto non participat de priuilegio ipsius Ecclesiæ saltem quoad bona. Quod manifestè, declaratur ex Constitutione Xysti V. *Cum de omnibus*, contra criminosos assumentes monachalem habitum, quos concedit, posse puniri quomodolibet per laicos, eo quia assumptio præsumitur facta in fraudem. Ex quibus deducitur non esse eamdem rationem de confugio ad Ecclesiam materialem. Hoc enim expressè admittit, & præcipit Ecclesia saluos esse, qui ad Templa confugiunt. At illud non admittit, sicuti non recipit ad priuilegia seruum ordinatum in fraudem domini sui, *cap.* 2. *cum simil. de seru. non ordin.* Vult enim vnicuique sartatectaque iura sua. Nec audiendus est Mastha, qui *cas.* 25. *num.* 19. absolutè sentit, assumentem Clericatum in fraudem quouis modo, adhuc pro delicto antecedente non posse iudicari à Iudice laico, quia, fraude non obstante, hic Clericus effectus est, cùm in ordinatione semper imprimatur character, etiamsi suscipiens sit criminosus, irregularis, aut alio modo inhabilis. Quamuis fateatur oppositum recipi posse, sicuti nos omninò recipiendum putamus, quoad bona tantùm, vt sæpè diximus.

66 Quia autem quod fraus intercesserit in assumptione, vel resumptione Clericatus, vel habitus, non potest satis euidenter apparere, nisi fortè præcesserit diffamatio delicti, vel inquisitio, nec regulariter dolus supponatur, sed probatione indigeat, *l.* 1. *ff. pro socio*, cum vulgò alijs, & ea multis testatur Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 78. *n.* 3. *& lib.* 4. *præsumpt.* 82. *num.* 10. *& præsumpt.* 81. *num.* 9. & Mascard. *de probat. concl.* 814. & præterea communior opinio, quod discussio, an Clericatus assumptus sit in fraudem, institui debeat apud Iudicem ecclesiasticum; quandoquidem ecclesiasticus forum ob assumptum Clericatum est in possessione iurisdictionis in hunc Clericum, vt per Car. de Graff. cum alijs ab eo citatis *num.* 1079. & declarauit sæpiùs S. Congregatio tum Episcoporum, &c. tum Immunitatis. Illa in Ianuensi 21. Iulij 1621. his verbis: *Probatio, quod habitus clericalis sit sumptus in fraudem, fieri debet coram Iudice ecclesiastico.* Ista in Ciuitatis Castellanæ 18. Februarij 1631. per hunc modum: *Cognitio fraudis, qua dicitur, quem assumpsisse habitum clericalem post delictum commissum occasione gaudendi priuilegio fori, ad Iudicem ecclesiasticum spectat.* Ideò non est opus immorari in explicando, ex quibus præsumatur, vel probetur, Clericatum fuisse assomptum in fraudem, de quo latè idem Carolus de Graffis. Si enim in dubio pertinet ad ecclesiasticum Iudicem examinare, an fraus intercesserit, malè faceret laicus trahendo eiusmodi Clericum, antequam esset declaratum circa fraudem, ac proindè, cùm traheret præter iuris dispositionem, innodaretur censura *can.* 15. Bullæ Cœnæ Domini.

Vberioris tamen doctrinæ causa si quis putaret probabile, vel fraudem præsumi posse, etiamsi non probetur, vel ad Iudicem laicum pertinere posse cognitionem de fraude, quod nos reijcimus, breuiter dicimus ex his duobus maximè præsumi clericatum assumptum fuisse in fraudem. Primò, si quis assumat statim post patratum delictum. Nam ex vicinitate actus grauis sumitur conjectura, nisi aliunde corruat, vt docet Mascard. *de probat. tom.* 2. *concl.* 815. & tenet in hac specie Bartol. *in l.* 1. *num.* 3. *de pæn.* Bald. *in l. officiales num.* 2. *C. de Episc. & Cler.* alijque, quos citant, & sequitur Couar. *pr. quæst. cap.* 3. Carol. de Graff. *num.* 1144. Bonac. *punct.* 5. *num.* 10. Secundò, si quis assumat cùm fuerit de delicto diffamatus, vel delatus ad Iudicem, etiamsi non adhuc Iudex inceperit procedere, Bonac. *loc. cit.* & Carol. de Graff. cum pluribus *num.* 1077. Præsumebatur enim, quod Iudex fuisset processurus, ac proinde quod Clericatus fuerit assumptus ad fugiendum huiusmodi processum. 67

Illud addendum videtur, fraudis præsumptionem non habere locum quoties constet, quem ante delictum vouisse Clericatum, vel Religionem. Tunc enim assumptio status ecclesiastici non tribuitur animo declinandi forum, sed adimplendi votum, ad quod tenetur, Carol. de Graff. plures citans *num.* 1097. Duard. *in Bull. Cœn. can.* 15. *q.* 11. *num.* 7. Quomodo autem constare possit de voto, ait de Graffis, plurima ad id efficaciter congerens, sufficienter probari iuramento ipsius vouentis. Quæ enim sunt in animo, vt est votum, nequeunt alia via ostendi. Et addit *num.* 1126. quod hæc probatio voti, & iuramentum instituendum est coram Iudice ecclesiastico. Couarruuias autem *cap.* 32. *pract. quæst.* negat cum alijs, iuramentum sufficere, nisi alia coniectura iungatur, assumens, quod vbi agitur de graui præiudicio tertij, vt in præsenti, de præiudicio laicæ potestatis, non statur iuramento asserentis, præsertim cùm tantus sit declinandi fori laici affectus; vt delinquens facilè ad iurandum, etiam falsum, possit induci. Vnde opinionem hanc Couarruuiæ censet probabiliorem Bonacina *de censur. in partic. disp.* 1. *q.* 16. *pun.* 5. *num.* 9. 68

Quando autem nulla est fraus, nullave præuentio, Clericus coram Iudice ecclesiastico conueniendus est, Franch. *decis.* 299. per totam, Aloys. de Leon. *in l. officiales n.* 7. *C. de Episc. & Cler.* Carol. de Graff. *cit. effect.* 5. *num.* 1145. Clar. *d.* §. *fin. q.* 36. *num.* 39. Duard. *d. quæst.* 11. *num.* 6. Bonacin. & alij apud eum *dict. punct.* 5. *num.* 10. Quia iurisdictio censetur perpetuata in Iudice laico per præuentionem, ex textu *in cap. proposuisti*, & ibi Doctores, *de for. comp.* Non dicitur tamen præuenta, aut incepta causa antequam sit admissa accusatio, vel instituta iuridica inquisitio, aut citatus reus, etiamsi præcesserit diffamatio. Et ex hoc, quod ob præuentionem potest Iudex laicus prosequi iudicium, sequitur, non posse procedere circa aliud delictum, de quo ante Clericatum non cognoscebat, etiamsi fuerit annexum delicto, super quo inceperat iudicium. Hæc namque, quæ limitant priuilegium clericale, cùm sint odiosa, & restrictiua iuris communis, debent strictè, ac rigorosè accipi, vt latè probat in his terminis Carol. de Graff. *num.* 1080. *cum seqq.* Si igitur hoc casu sola præuentio est, quæ dat iurisdictionem, non est iurisdictio admittenda, nisi quoad delictum præuentum, non autem quoad reliqua. Et quoad delicta connexa affert idem de Graffis exemplum, inquiens vulnerantem letaliter, etiam sequuta morte, conuentum tamen ante Clericatum de solo vulnere, non posse quoad mortem iudicari. Quod intelligendum videtur non solùm si mors sequuta sit post assumptum Clericatum, sed etiam ante. Quia vulnus est delictum satis distinctum ab homicidio, & iura loquentia de occidente, non vindicant sibi locum in vulnerante letaliter, iuxta Marsilium *in pract.* §. *quia num.* 28. *in fin.* Vnde accusatus de vulnere, si postea sequatur mors, iterùm accusatur, & iterùm capiuntur informationes, seu capræ repetuntur. Et sic in facti contingentia testatur, fuisse 69

de-

decisum Panormi, vt ad Curiam ecclesiasticam remitteretur Clericus occisor, puniendus pro morte, qui ante Clericatum apud Regiam Curiam de solo vulnere fuerat accusatus.

70 Quod si non appareat, quidnam præcesserit, inchoatione iudicij, an assumptio Clericatus, videtur potius præsumendum, quod prius sit assumptus Clericatus. Quia cæteris paribus, stan lum est pro persona, quæ cum sit in possessione Clericatus, non est censenda carere priuilegijs illius, nisi constet de opposito. Ita Scacc. *de iudic. par. 1. cap. 12. num. 6. & 7.* contra Carolum de Grassis *num.* 1137. vbi ait, Iudicem, vel partem afferentem prius porrectam fuisse accusationem, quam fuerit assumptus Clericatus, habere præsumptionem pro se, ac proinde onus probandi contrarium transferri in Clericum.

Ad vigesimumquartum alibi copiosè respondimus.

71 Ad vigesimum quintum. Quoad istos dicitur *in d. cap. ex parte 3. de priuil. æquanimiter est tolerandum, si Iudex laicus in eos suam iurisdictionem exerceat.* Per quæ verba certum est, significati eos excidere à priuilegio fori. Et licet dubium esse possit, an sit sermo tantùm quoad illud delictum, vel etiam vt generaliter exciderint à priuilegio fori, sistendo in contextu, illud prius asseuerandum est. Dubitatur item, an necesse sit, quod vltra deprehensionem in delicto sine habitu, & tonsura tales pro laicis ab omnibus haberentur, vel potius id non sit necesse. Et similiter illud prius receptius est. Quia etsi in dispositione dicatur tantùm, æquanimiter ab Ecclesia tolerandum, si Iudex laicus procedat in deprehensos in delicto sine tonsura, & habitu, tamen in antecedenti contextu narratio casus erat de ijs, qui pro laicis ab omnibus habebantur. Vnde & dispositio sequens videtur esse de ijsdem. Quæ coniectura in iure valida est.

74 Quoad monitionem, non præscribitur hoc *cap. ex parte 3.* tamquam necessaria. Communissimè tamen tenent Doctores prærequiri, monentes hæc iura, vtpotè odiosa, strictè interpretationem accipere, & restrictionem à similibus esse petendam. Præscribi autem monitionem *in c. fin. de vit. & honest. Cler. & in c. 2. ne Cler. vel Monach.* Sed obserua casus esse diuersos. Item quoad crimen, in quo deprehenduntur, non potuisse pręcedere trinam monitionem. Quia textus loquitur de qualibet deprehensione, & crimine, etiam primo. Vnde gratis assumunt aliqui apud Clarum *in pr. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 36. num. 19.* ad excidendum à priuilegio fori necesse esse, quod tales Clerici in crimine diu perseuerauerint. Si autem dicatur, monitionem prærequiri quoad omissionem habitus, & tonsuræ, nec id videtur admittendum. Quia in ijs, qui communiter pro laicis habentur, vel non est, quod admoneas ex inueterato vsu non deferendi, vel præsumitur monitio iam præcessisse. Et sic monitionem non esse necessariam, obseruauit Glossa, ibi, *vers. In delicto.*

75 Et licet Diana *par. 1. tract. 2. resol.* 129. cum Buttio, Suarez, & Couarruuia dicat, hunc textum de solis Clericis in minoribus esse accipiendum, cùm sit odiosus. Id tamen textus non distinguit, nec maior Interpretum pars. Deinde subdit, hanc & similes constitutiones, editas in particularibus casibus, non esse ad alios trahendas. Sed vel intelligit, dispositionem latam in particulari rescripto non esse ad omnes casus eiusdem speciei extendendam, & sic rueret totum ius canonium, quod huiusmodi dispositionibus constat. Vel intelligit, dispositionem generaliter acceptam, quoad eosdem casus non esse trahendam ad alios diuersos, & nihil contra prædicta deducitur.

76 Ad vltimum. Affirmant, quod priuilegium Canonis, & immunitatis à vectigalibus Bannez 2. 2. *qu.* 12. *art.* 1. *ad fin.* Suarez *de censur. disp. 22. sect. 1. num. 11. & in Reg. Angl. lib. 4. cap. 27. num. 14.* Coninch. *disp. 14. dub. 15. num. 163.* Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 19. quæst. 6.* Reginald. *tom. 1. lib. 9. cap. 25. num. 376.* Filiuc. *tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 298.* Coriolan. *in Bull. Cœn. can.* 18. Cutel. *de immun. Eccles. lib. 2. quæst. 24. num. 1.* Alter. *de censur. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 6. dub.* 10. Molfes. *in summ. tom. 1. tr. 6. cap. 10. num. 65. & tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 162.* Graff. *par. 1. lib. 2. c. 125. num. 21.* Laym. *lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 3.* Homobon. *in exam. Eccles. par. 1. tract. 7. cap. 29. quæst. 120.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 76. num. 12.* Barbos. *in collectan. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 7. num. 7.* Cenal. *tract. de cognit. per viam viol. in proœm. cap. 27. num. 22.* & Delben. *de immunit. cap. 4. dub. 9. num. 1.* Tum quia licèt Tridentinum loqui solùm videatur de priuilegio fori, inde tamen colligi videtur, idem sensisse de priuilegio canonis, & immunitatis à vectigalibus. Quia priuilegium fori maiori cum difficultate deperditur, quam priuilegium canonis, vt ait Abb. *in cap. 1. de apostat. num. 6. & in cap. perpendimus, de sent. excomm.* Angel. *v. excommunicatio 5. num. 23.* Syluest. *eodem v. 6. num. 4.* Suar. *d. cap. 27. num. 24.* Nam priuilegium canonis prouenit ea humano iure, priuilegium autem fori ex diuino, vt per Delben. *loc. cit. num. 3.* Tum quia cùm ex Tridentino priuetur priuilegio fori, eodem modo priuari videtur priuilegio immunitatis circa bona. Quia hæc immunitas, vel subiectio iuris tributorum, & vectigalium consequitur ad exemptionem, vel subiectionem personæ, foro, seu iurisdictioni laicali. Et ita de consuetudine testatur Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 33. num. 34.* Couar. *pr. quæst. cap. 31. num. 9.* Gutier. *lib. 1. pr. quæst. 7.* ac alij, quos allegat Dian. *tom. 1. tract. 2. de immun. resol. 36.* & Castropal. *tom. 2. de relig. tr. 12. disp. vn. pun. 9. num. 13.*

Et de priuilegio *cap. Odoardus, de solut.* ac *l. Presbyteros 1. l. Sacrosancta, C. de Episcop. & Cler. & cap. Quia nos, de testam.* idem decidit Sacra Rota Romana tum alibi, tum pręsertim in Romana testamenti 26. Nouembris 1668. coram Priolo, §. *Pariter non aduersatur*, confirmata 4. Aprilis 1672. coram Bourlemont. 12. Decembris eiusdem anni, & 16. Ianuarij 1673. coram eodem. Iustum enim, ae satis æquum putauit, sine qualitatibus S. Concilij Tridentini filiumfamilias Clericum, sub patria potestate manentem, ad testandum non admittere, ne multitudine eorum, qui ad primam tonsuram, minoresque ordines promouentur, patria potestas penitùs eludatur, prout ad istum effectum eas exigunt Cald. *in l. si curatorem, v. læsis post num. 106. C. de restit. in integr.* Add. ad Dec. *in cap. In præsentia num. 255. litt. C. de probat.* Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 138. num. 4. & disput. 231. num. 4.* Bossius *de patr. potest. cap. 8. num. 138.* Spin. *de testam. in rubr. glos. 4. post n. 23.* Bellet. *disq. Cler. tit. de bon. Cler. §. 7. num. 26.* Barbos. *in auth. presbyteros num. 3. in fin. C. de Episc. & Cler. tom. 1.* vbi refert, ac reijcit contrarium tenentes, Mart. *de success. legal. par. 3. quæst. 13. art. 5. num. 5.* Cardos. *in prax. Iudic. & Aduoc. v. Clericus num. 79.* Fragos. *de regimin. Christ. Reipubl. tom. 3. lib. 1. disp. 2. num. 234.* Matrienz. *lib. 5. recopil. tit. 8. lib. 3. gloss. 2. sub num. 4.* Fulgin. *de solut. can. quæst. 12. num. 6. in fin.* Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 11. num. 57.* Carlenal. *de vn. & alter. quart. par. 4. cap. 1. num. 242. cum seqq.* Valasch. *allegat. iur. tom. 1. alleg. 29. num. 123.* Adden. ad Gratian. *dec. March. 49. num. 10.* & aliàs Rota in Maceraten. alimentorum 28. Maij 1668. §. *Superaddebat, cum seq.* coram Taia. 77

Additque Rota, quod contraria sententia eas qualitates restringens ad solum priuilegium fori, de quo Concilium loquitur, fuit à se posthabita, non solùm ex proximè firmatis, verùm etiam quia Doctores illam sequentes, vel loquuntur de priuilegio canonis, *Si quis suadente 17. q. 4.* quo Clerici potiuntur, etiamsi sint destituti requisitis Concilij iuxta declarationem S. Congregationis Cardinalium, de qua testatur Bellet. *disq. Cler. tit. de feud. Cler. person. §. 8. num. 22.* & Gonz. *ad regul. 8. Cancell. glos. 1. §. 1. num. 7.* Aut quia non animaduerterunt, quod requisita illa fuerunt à sacris Canonibus determinata longè ante celebrationem Concilij *in c. prohibere 21. c. non licet 32. d. in cap. Clerici 15. de vit. & honest. Cler.* ac non obscurè ad effectum testandi *in d. l. Sacrosancta 32. C. de Episc. & Cler.* ibi: *In eodem Clericatus gradu, locoque viuentes.* Vnde est, quod Clerici his requisitis destituti non fruuntur priuilegio, *c. Odoardus, de solut.* quamuis illud à Concilio non dependeat, sed à sacris Canonibus indultum sit, prout tradunt Neuiz. *cons. 59. num. 19.* Couar. *var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 9.* Gutier. *de iuram. confir. par. 1. cap. 17. num. 10. & post num. 11.* Menoc. *de arb. lib. 2. cas. 193. num. 3.* Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect. 7. num. 4.* Molin. *de iust. & iur. disp. 571. num. 20. tom. 2.* Fab. de Ann. *consil. 124. num. 5. 6. & 7. lib. 2.* Genuens. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 3. num. 3.* Gratian. *cap. 122. num. 39. & 40.* Scannarol. *de Visitat. Carcer. lib. 3. §. 9. cap. 3. num. 6.* Reuerendiss. Roias *decis. 475. num. 5.* & in Baren. seu nullius pecuniariæ 28. Ianuarij 1654. §. *fin.* coram Eminentissimo Cerro, impressa apud Mel. ad Castil. *de alim. decis. 76. num. 8.* & alij quos refert Barbos. *in collect. d. cap. Odoardus num. 8.* 78

79 At nihilominus contrarium omninò tenendum est quoad priuilegium canonis, & immunitatis à vectigalibus per ea, quæ docent Nauar. *lib.5. consil.24. de priuil. edit.2.* Molin. *tract.3. de iust. disp.54. num.9.* Auil. *de censur. par.2. cap.1. disp.2. dub.9. conclus.3.* Clar. *lib.5. sent. §. fin. qu.36. n.19.* Less. *de iust. & iur. lib.2. cap.33. dub.5. num.38.* Malder. *in 2.2. tr.5. cap.6. dub.8.* Garz. *de benef. tom.1. cap.3. par.2. num.5. in fin.* Comitol. *in respons. moral. lib.6. qu.20.* Gonzal. *d. glos.5. §.5. num.7.* Bellet. *loc. cit. par.1. tit.3. §.8. num.59.* Dian. *par.1. tr.2. resol.34.* Torreblanc. *de Mag. cap.6. num.69.* Suarez *de legib. lib.8. cap.38. num.1.* Salas *disp.17. sect.14. num.73.* Sanchez *in opusc. tom.2. lib.7. dub.19. num.20.* Pontius *de matrim. lib.8. cap.19. num.16.* Palaus *tom.1. tr.3. disp.4. punct.21. §.4.* Portell. *in dub. Regul. v. Priuilegium num.7. & 67.* Tum quia sic declarauit sæpius S. Congregatio, vt apud Doctores citatos, & nos aliàs. Tum quia priuatio priuilegiorum clericalium est odiosa, & ideò restringenda. Cùm enim Sacrum Concilium Tridentinum eas conditiones ad solum fori priuilegium retinendum petierit, non est id extendendum, vt necessariæ sint ad retinendum cætera priuilegia. Tum quia vbi textus alia priuilegia volunt auferre, id exprimunt, vt *in cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* quod confirmat Tridentinum eodem *cap.6. sess.23. de reform.* vbi expressit Clericos coniugatos nullis alijs Clericorum priuilegijs gaudere, præter canonis, & fori, & his tantùm, seruatis quibusdam conditionibus. Atqui eas conditiones Concilium pro solo priuilegio fori expressit. Atque adeò non requiruntur quoad alia, cum nullus alius textus eas requirat. Tum etiam quia priuilegium fori restrictum est ob maximam Regum instantiam, ne standaretur eorum iurisdictio. Quod in reliquis priuilegijs locum non habet.

80 Idem quoque, ac per easdem rationes quoad facultatem testandi Clerico filiosfamilias concessam, tradit Sanchez cum pluribus *in Decal. tom.2. lib.7. cap.13. num.35.* cum quibus rectè transiuerit Rota in citata Romana Testamenti 13. Iunij 1670. coram Bourlemont, firmans quod ea requisita sint tantùm necessaria ad priuilegium fori, de quo loquitur Concilium, etsi postea sententiam mutauerit in alijs decisionibus pro dicta causa. Et ita tandem declarauit sæpiùs S. Congregatio Concilij, cuius declarationes in hisce rebus, quæ sunt tamquam leges, prosequi debemus, non autem decisiones Rotæ, quæ semper & ipsa veneratione illas prosequuta est. Eæ sunt huiusmodi.

81 Pennensi. *Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini. In dubium reuocatur, an disposita in Concilio Tridentino sess.23. de reform. cap.6. circa qualitates Clericorum prima tonsura initiatorum, siue in minoribus Ordinibus constitutorum quoad priuilegium fori procedant etiam quoad priuilegia Canonis, & immunitatis, ita ut non deferentes clericalem habitum, & tonsuram, nec inseruientes Ecclesiæ, cui ex mandato Episcopi sunt adscripti, gaudere non possint priuilegio Canonis, sine etiam non sint immunes à collectis laicorum, & alijs priuilegijs ex iuris communis dispositione ante Concilium Tridentinum competentibus, priuetur.*

82 *Die 2. Nouembris 1604. Cùm in Congregatione Concilij de hoc dubio actum esset, Congregatio vnanimiter censuit, cætera priuilegia non esse decreto d. cap.6. Clericis ablata.*

83 Tudertina. *Illustrissimi, &c. An Clericus prima Clericali tonsura insignitus, & qui postea vxorem vnicam, & virginem accepit, illaque defuncta reassumpsit habitum, & cum eo, & tonsura incedit, licet non inseruiat alicui Ecclesiæ, gaudeat beneficio cap. Odoardus, de solut. & cap. peruenit, de fideiuss.*

84 *Die 16. Martij 1616. Congregatio censuit, gaudere.*

85 In Tudertina. *Illustrissimi, &c. Achille Palemonio da Todi, Chierico di prima tonsura, humilissimo oratore delle SS.VV. Illustrissime, le supplica à fargli gratia di dichiarare, se esso Oratore per non esser' andato in habito, e tonsura, habbia perduto il priuilegio concesso à Chierici di prima tonsura dalla legge Sacrosancta, C. de Episcop. & Cler. di poter testare, & acquistare, etiam quoad vsumfructum, viuente patre, ouero habbia perduto il priuilegio del foro solamente, del quale parla il Concilio Tridentino sess.23. cap.6.*

86 *S. Congregatio Concilij censuit, decretum eiusdem Concilij cap.6. sess.23. non ademisse Clericis non habentibus qualitates, quæ ibidem exprimuntur, nisi priuilegium fori, cætera verò rem manere in dispositione iuris communis, die 20. Februarij 1616.*

87 Actum est rursus, an Prothonotarij Apostolici honorarij gaudeant priuilegio fori, si beneficium ecclesiasticum non habeant, neque habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, iuxta decretum Concilij *c.6. sess.23.* Et omissis, &c. Posthæc singulorum sententijs ita, vt proponitur, relatis, reque diligentius discussa, *Omnes Patres censuerunt simpliciter Prothonotarios honorarios Apostolicos gaudere priuilegio fori, etiamsi beneficium ecclesiasticum non habeant, neque habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant iuxta decretum cap.6. sess.23. Decisionem tamen non esse generaliter edendam, sed in specie tantum Prothonotario in habitu clericali incedenti, qui nunc Congregationem consulit. Prius tamen referendum Sanctissimo D. N. & præsertim, an velit, vt quoad Ordinem Subdiaconatus à Prothonotarijs suscipiendum, innouetur decretum Martini V.*

Itaque vt Clericus non habens qualitates Concilij Tridentini priuetur cæteris priuilegijs, requiritur trina monitio, & declaratoria Iudicis iuxta dispositionem iuris communis *in d. Clem. de vit. & honest. Cler.* cum alijs superiùs relatis, cui à Tridentino in hac re non fuit derogatum.

CONSVLTATIO XIII.

An Clericus malè promotus gaudeat priuilegio fori, & immunitatis, alijsque priuilegiis clericalibus?

1 IN Sac. Concilio Tridentino *sess.7. c.10. de refor.* habetur, Clericum in minoribus nullo gaudere priuilegio clericali, si sit ordinatus ab Episcopo non suæ diœcesis cum litteris dimissorijs sui Capituli, sed vacante infra annum à die vacationis, excepto si ordinatus fuisset arctatus occasione habiti, vel præparati beneficij. Ad quod non censeo, requiri aliam declarationem; quia Concilium non priuat priuilegio iam possesso, sed resistit solummodo, ne participetur, ad quod non est necessaria aliqua sententia, & ideò sicuti ea eadem clausula, *non gaudeant* interpretari alibi sumus dispositionem eiusdem Conc. *sess.23. cap.6. de reform.* tamquam ipso iure statuentem, nec indigentem alia declaratione, ita non est diuersimodè in præsenti sentiendum. Vnde non erat cur Bonacina *in Bulla Cœn. c.15. punct.3. num.6. & de suspens. in partic. quæst.1. punct.11. num.21.* ex eo modo loquendi *non gaudeant*, inferret, pœnam hanc non esse ipso iure inflictam, sed esse necessariam sententiam Iudicis, cum ipse *punct.6. n.27.* loquens *de cit. cap.6. sess.23.* neget ob eadem verba, aliam declarationem requiri. Neque Authores, quos pro se citat, pro eo sentiunt. Quippe Nauarr. *cons.19. de temp. ordin.* non loquitur de Tridentino, sed de Constitutione Pij II. *Cum ex sacrorum* imponente suspensionem malè promotis ad Ordines Sacros. Nec Carolus de Grassis cum Baiardo, alijsque apud eum *num.634.* de Tridentino verbum fecerunt.

Item Tridentinum *sess.23. cap.10. de refor.* decreuit, vt promotis litteris dimissorijs obtentis à quouis in iurisdictione Episcopi loco Capituli sede vacante succedente, in easdem pœnas incidant, contentas *in d. cap.10. sess.7.* Concedentes autem dimissorias contra formam decreti ab officio, & beneficio, per annum sint ipso iure suspensi.

2 Quæ decreta ampliantur, quod Capitulum, vel eius Vicarius non potest dare dimissorias intra annum, vt supra, arctato alia causa, quàm beneficij, vt si necessarij essent Ordines ad obtinendum gradum Theologiæ, Sanchez *lib.7. opusc. cap.1. dub.1. num.38.* Item quod Vicarius Capitularis non potest dare dimissorias tam intra, quàm vltra annum, sede vacante, nisi ei fuerit hæc facultas specialiter mandata à Capitulo. Secus est in Vicario Apostolico, nisi ei fuerit restricta facultas in litteris suæ commissionis, Gutier. *can. quæst. lib.2. cap.12. num.22.* cum Panuinio, & Mandosio. Denique quod pœna illa interdicti contra Capitulum lata *in d. cap.10. sess.7.* est latæ sententiæ, Henriq. *lib.13. cap.43. num.5.* Sanchez *dub.20. num.36.* Viuald. *de interdict. num.18.* & Sayr. *lib.5. de censur. cap.12. num.15.* Quia verbum *subiaceat*, est latæ sententiæ, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, v. reuertatur, num.148.*

3 Non est tamen vetitum per hæc decreta Capitulo, vel Vicario concedere commendatitias de vita, & motibus ad effe-

Digitized by Google

effectum Ordines recipiendi, verbi gratia vigore Breuis à Papa obtenti, Nauar. *d. consf.* 19. *num.* 1. Sanchez *d. dub.* 20. *num.* 37. *&* *dub.* 26. Et interdicti illius personalis genericè absolutio nemini est reseruata, ideò poterit Episcopus successor absoluere ex *cap. nuper, de sent. excommun.* Coninch. *de censf. disp.* 17. *num.* 76. Nec ordinati in minoribus in hoc caso incurrunt suspensionem tamquam ordinati sine licentia sui Episcopi. Quia facta est commutatio in hanc pœnam priuationis priuilegij clericalis, Suar. *de censf. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 20. Sanch. *loc. cit. dub.* 28. *num.* 5. *&* 14. Vbi verò Tridentinum non est receptum, seruabitur ius commune, de quo *cap. cum nullus de temp. ordinat. in* 6. vt possint etiam intra annum à Capitulo dimissoriæ concedi, Tolet. *lib.* 1. *cap.* 49. Sanchez *d. dub.* 20. *num.* 37. cum Salzedo.

4 Bene verum est ex prædicta dispositione Tridentini, alijsque iuribus, quibus inhibetur assumi, vel dari Ordines à Prælato non suo sine licentia, vel dimissorijs proprij, vt *cap. nullus Episcopus, de temp. ordin. in* 6. cum similibus, inferri ab aliquibus magis generali illatione, eos non gaudere priuilegio fori, qui ab Episcopo non suo sine debita licentia sunt ordinati. Cuius sententiæ est Mascard. *de probat. concl.* 1140. *num.* 2. Purpur. *consf.* 408. *lib.* 2. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *n.* 85. Cassan. *in consuet. Burg. rubric.* 1. §. 5. *in fin.* Rebuff. *in tract. nomin. qu.* 14. *num.* 32. Salzed. ad Diaz *pract. crim. cap.* 26. *vers. secundò, quando Episcopus*, licet aliqui horum de solis Ordinibus minoribus, vel etiam de sola tonsura loquantur. Et fundantur præcipuè in eo, quod putant talem ordinationem nullam esse, eò quòd per sacros Canones & prohibetur, & nulla dicitur *c.* 1. 2. 5. *&* 6. *causf.* 9. *q.* 2. §. *illud quoque, c. si quis ausus cum similibus* 71. *d.* Nulliter autem ordinatus non est Clericus, sed laicus.

5 Sed non est hæc extensio admittenda. Etsi enim prohibita sit Ordinum collatio, & susceptio à Prælato non proprio, & conferentes, suscipientesque grauibus pœnis subdantur, tamen non habemus vnde suscipientes ipso facto priuentur priuilegio clericali, seu à participatione illius excludantur præter id, quod statuit Tridentinum, quod non est in consequentiam trahendum ad alia, *arg. l. Papinianus, ff. de minor.* Præsertim cùm sit odiosum. Alionde autem compertissimum est, ac receptum valdè, Ordinem conferri etiam à Prælato non suo, ita vt non sit necessaria noua collatio, *c. Lugdunensis*, vbi Archid. Gemin. Præpos. & alij 9. *q.* 2. Gloss. & Doctores *in cap. eos, qui v. statuunt, de temp. ordin. in* 6. & omnes Theologi, ac Summistæ. Et licet Salzedus conetur dicto *can. Lugdunensis* respondere quintupliciter, qua id faciat probabilitate, considerandum relinquitur ex collatione responsionum cum textu. Fateor, Canones pro contraria sententia citatos plurimum nostræ refragari, cùm sæpiùs dicant, talem ordinationem inanem, & irritam esse. Sed cùm in contrarium sit veritas intelligendi sunt cum Glossa *in d. cap. eos, qui*, & cum Rota apud Caputaqueosem *decis.* 106. *lib.* 1. & nobiscum alibi quoad executionem, & vsum Ordinum, non autem quoad susceptionem.

6 Igitur ordinati ab Episcopo non suo tam sine dimissorijs, quàm cum dimissorijs Episcopi non sui, sed alij, dummodo non sit talis, qui successerit in ius Episcopi defuncti, vel dummodo non sint ordinati cum dimissorijs falsis ex Constit. Vrbani VIII. *Secretis*, de quo alibi, non excluduntur à priuilegijs clericalibus. Quod verum est etiam de ordinatis ab Episcopo impedito Ordines conferre, puta excommunicato, hæretico, schismatico, degradato *cap.* 2. *de ordin. ab Episcop. qui renunc.* Quia, quamuis denunciatus in excommunicatione, seu non toleratus amittat iurisdictionem, tamen quæ Ordinis sunt, & non solius iurisdictionis, sunt inamissibilia. Einsmodi autem est consecratio, seu collatio Ordinum. Vbi verè confertur Ordo clericalis, & clericale priuilegium, nisi aliud obstet, locum habet. Iura autem *causf.* 9. *q.* 1. quatenus probare videntur nullam esse ordinationem ab excommunicato, vel hæretico factam, intelligenda sunt similiter, quoad executionem, vt clarè colligitur *ex cap.* 1. iuncta Gloss. *& cap.* 2. *de ordin. ab Episcop. qui renunc.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 634. *&* 640. cum alijs.

7 Verum est, multos quoad primam tonsuram opinari, esse inualidè ab his collatam, ac proinde Clericos tantùm tonsuratos non gaudere, eos nimirum, qui tenent, primam tonsuram non esse verum Ordinem, in quam sententiam præ cæteris descendit Bonac. *de censur. in partic. disput.* 3. *quæst.* 1. *punct.* 11. *num.* 20. immemor eorum, quæ conueniens nobiscum dixerat *ad Bullam Cœn. disp.* 1. *quæst.* 16. *punct.* 3. *num.* 5. Ait enim *eo num.* 20. tonsuratum sine licentia sui Episcopi ab alio carere priuilegio clericali. Quia collatio tonsuræ pertinet ad iurisdictionem. Iurisdictio autem nulla est in alienum subditum. Vnde & nullus effectus collationis tonsuræ: Sed cùm apud Canonistas exploratissimum sit, *ex cap. cum contingat, de æt. & qualit.* primam tonsuram esse verum Ordinem, asserendum est consequenter eius collationem non ita esse iurisdictionis, quin potius sit Ordinis, ac proinde inamissibilem. Et esto etiam non esset propriè Ordo, quia tamen ad illum propiùs accedit, & est personæ consecratio quædam, vtitur Episcopus eam conferendo potius potestate Ordinis, quàm iurisdictionis. Igitur etiam si eam conferat sibi non subdito, confert tamen, ac proinde sic tonsuratus est verus Clericus.

8 Quæ autem hactenus dicta sunt de malè ordinatis ex prædictis defectibus recipienda sunt de ordinatis cum inhabilitate ad Ordines, vt sunt serui, irregulares, & de alijs omnibus vtcumque malè promotis, dummodo Ordinem, seu characterem susceperint. Hi enim non excluduntur à priuilegio clericali, non obstante inhabilitate, *argum. cap.* 2. *de seru. non ordin.* vbi seruus ordinatus, renuente domino, dicitur prius deponendus, quàm domino restituatur. Excipe, vt diximus, casum *dicti cap.* 10. *sess.* 7. *& cap.* 10. *sess.* 23. *de reform.* & Constitutionis Vrbanæ. Et ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vt ex adiectis declarationibus.

9 *S. Marci susceptionis ordinis. Clericus Carolus Corbellus Terræ Mattofellonis narrat, sibi fuisse aliàs concessas à Vicario tunc existentis Episcopi S. Marci litteras dimissoriales, vt promoueri posset ad duos primos minores ordines à quodam Abbate Cisterciensi, vti reipsa fuit ab ipso Abbate promotus. Non verò cupiens Orator ad alios ordines ascendere, renuente moderno Episcopo illum promouere, eo quia dictus Abbas sibi non subditus ordines conferendi facultatem nullatenus habebat, supplicat declarari, an ipse orator fuerit validè promotus in casu, de quo agitur.*

10 *Die 1. Decembris* 1668. *Sacra, &c. respondit Oratorem validè quidem fuisse promotum, sed non licitè.*

11 *In Hydruntina Clericatus, in qua agebatur de Clericis ordinatis cum dimissorijs Episcoporum titularium ratione prætensæ familiaritatis absque dimissorijs Ordinarij Hydruntini, de quo Tridentinum sess.* 14. *cap.* 2. *de ref. quæsitum fuit.*

12 *Primo, an essent validè, & licitè ordinati?*

13 *Secundo, an gaudere debeant priuilegio fori, & immunitate ab oneribus laicalibus?*

14 *Die* 16. *Decembris* 1637. *Sacra, &c. ad primum respondit, esse validè, & non licitè ordinatos, sed esse suspensos.*

Ad 2. *respondit affirmatiuè.*

CONSVLTATIO IX.

An Episcopus possit Regularibus prohibere, ne Missas celebrent in Ecclesijs sæcularibus, sed in eorum Ecclesijs eorum Ordinum? &

An possit compellere Regulares ad exhibendos libros Sacristiæ, in quibus adnotatur celebrationes Missarum, ad hoc vt ex ijs constare possit de satisfactione obligationis debitæ ex legato pio, vel sufficiat sola fides Sacristæ, Missas fuisse celebratas?

1 AD primum. Negatiuè videtur respondendum. Quia præceptum dirigi solùm potest ad subditos, *cap. Vt animarum, de const. in* 6. Regulares autem sunt exempti, & non subijciuntur Episcopis. Et quia Pius V. in sua Constitutione 41. *tom.* 2. *Bullar.* §. 2. *num.* 8. decernit, *quod fratribus mendicantibus non solùm prohiberi non possit, ne Missas, & alia diuina officia faciant in eorum Ecclesijs, verum etiam in quibuscumque alijs, vbi celebrari Missas solitum est, & etiam ipsis non vocatis, sed ad id requisitis, celebrare valeant.* Atque adeò videtur hæc prohibitio præiudicare liberti, & immunitati Regularium, qui facultatem habent vbique liberè celebrandi.

2 At verò tenendum est, posse Episcopum iustis de causis

Digitized by Google

prohibere Parochis, alijsque Rectoribus Ecclesiarum sæcularium, ne in suis Ecclesijs permittant Missas celebrari à Regularibus, nisi ij ab Episcopo licentiam haberent. Tum vt rixarum materia inter ipsos Regulares, & sæculares Sacerdotes impediatur. Cùm enim multi sunt Sacerdotes sæculares pauperes, non debent cum eorum incommodo admitti Regulares ad partem stipendij, quod pro Missis in eorum Ecclesijs celebrandis fideles contribuere velint. Tum ne detur occasio vagandi. Tum ne propriæ Ecclesiæ destituantur Missæ Sacrificio.

3 Rationem etiam affert Eminentiss. doctrina, & dignitate Ioannes de Lugo *in respons. lib.5. respons.25. per tot.* Quia facultas celebrandi non datur cogendi dominum, vt, eo inuito, possint Regulares in eius Ecclesia celebrare. Possunt itaque celebrare vel in suis locis, vel etiam in alienis, permittentibus loci dominis. Cùm ergo Ecclesię sæculares sint sub dominio, vel libera administratione Cleri sæcularis, non videntur habere Regulares ius, vt Clero sæculari inuito, possint adhuc in eiusmodi alienis Ecclesijs celebrare.

4 Hoc ipsum manifestè probat *num.3.* ex argumento à contrario. Quia ipsi Regulares non tenentur admittere in suis Ecclesijs ad celebrandum omnes Clericos sæculares, qui ibi celebrare voluerint, nec possent Parochi iure conqueri, quod à Regularibus non permittantur, quoties volunt, in eorum Ecclesijs celebrare. Esset ergo odiosa inæqualitas, si quod Clerici sæculares non possent in Ecclesia regulari facere sine Regularium licentia, id possent Regulares in Ecclesia sæculari sine Clericorum consensu, immò ipsis repugnantibus, & contradicentibus. Atque ita testatur decreuisse Sac. Congregationem Concilij, ac respondisse in fauorem Episcoporum anno 1648. Cui decreto adijcio aliam declarationem eiusdem Sac. Congregationis in Senonensi sub die 18. Aprilis 1654. tenoris sequentis. *Sacra, &c. censuit, &c. Archiepiscopum prohibere non debere, quin Regulares Missas celebrare possint pro deuotione in Ecclesijs sæcularibus de consensu Rectorum, non tamen eos suscipere debere in dictis Ecclesijs onus celebrandi ratione stipendij, inuito Episcopo.*

5 Non obstat prima ratio in contrarium. Quia Episcopus non prohibet in Regularibus, sed Parochis, ac Rectoribus Ecclesiarum sæcularium, ne admittant Regulares ad celebrandum in suis Ecclesijs, nam ad ipsum spectat recognoscere, quæ in sua Diœcesi circa spiritualia geruntur. Et ita dirigit suum præceptum ad subditos, & pro locis sibi subiectis iuxta *d.cap.Vt animarum de constit. in 6.* Sic etiam, quia Regulares non possunt admittere ad celebrandum in suis Ecclesijs, nisi qui facultatem habent celebrandi, ideò possunt Episcopi prohibere, ne exteri Sacerdotes admittantur sine sua licentia. Quia hæc prohibitio afficit ipsos Sacerdotes. Ex quo resultat, quod Regulares nequeant admittere tamquam non habilitatos. Quod etiam declarauit S. Congregatio Episcoporum 21. Octobris 1586. & 14. Ianuarij 1625. & S. Congreg. S.Officij 11. Augusti 1649.

6 Minus obstat secunda ratio. Tum quia Episcopus in hoc procedit tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus vigore decreti Tridentini *in cap.vn. sess.22. de obseru. & euit. in celebr. Miss.* Tum quia, vt ait idem Eminentissimus de Lugo *nu.4.* facilis est responsio, dicendo, Constitutionem illam Pij V. reductam fuisse postea ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini à Gregorio XIII. in Bulla, quæ incipit, *In tanta*, quæ est 9. inter Bullas Gregorij. Quare cùm de iure communi non possent cogi Parochi, alijque Rectores Ecclesiarum sæcularium ad admittendos Regulares, volentes in eorum Ecclesijs celebrare, non poterunt etiam nunc ad id compelli ex vi prædictæ constitutionis. Additque, quod ibi fortasse, immò & certè, non est sermo de hoc casu, sed de eo, quod Parochi prætendebant, Regulares non posse celebrare pro mortuis, vel facere eorum officia in proprijs, vel aliorum Ecclesijs, nisi ipso Parocho vocato, decernitur, posse non solum in Ecclesijs proprijs, sed in alijs, non vocato Parocho. Quare hoc vltimum videtur intelligendum suppositis terminis habilibus, hoc est, si ij, ad quos aliæ Ecclesiæ spectant, non contradicant, sed consentiant, vt si esset Ecclesia regularis alterius Ordinis, vel Hospitale, aut alius locus, vbi solent diuina celebrari, & cuius Administratores id gratum habeant. Aliud verò est cogere Parochum, aliosque Rectores, vt in propria Ecclesia sinant Regulares diuina celebrare, quod esset nimis violentum, neque vnquam Capitulum Ecclesiæ Cathedralis permitteret, vt Regulares venirent ad suam Ecclesiam ad celebrandum solemniter, vel canendum diuinum officium, nisi quando ad id vocantur in casu speciali, vt in Exequijs Regum, quo casu solet singulis Religionibus vna Capella designari, vt ibi pro anima defuncti canant solemniter Missam, & Officium defunctorum.

7 Ad secundum quod attinet. Affirmant Manriquez *p.1. qu. Vicarial. q.63. num.6.* citans Piasecium *in prax. p.2. c.3. n.47.* Ricc. *in prat. Praxis Regularium resol.654. n.7.* Campanil. *in diuers. iur. Can. rubr.12. cap.13. n.30. & seq.* qui alios adducit. Nam agitur de operibus pijs, & de executione vltimæ voluntatis, è qua Regulares non eximuntur à potestate Episcopi, sed subsunt illius visitationi, & iudicio ex dispositione Concilij Tridentini *sess.22. cap.8. & 9. de reform.* & potest punire Regulares delinquentes circa executionem vltimarum voluntatum. Quæ omnia confirmantur ex *Clem. vn. de testam.*

8 Nihilominus tamen negatiuè tenendum est. Præcipua ratio ea est, quia Regulares sunt omninò exempti à iurisdictione Episcoporum, vt palam est, & nos alibi sæpiùs tradidimus. Tum quia celebratio Missarum non pertinet ad executionem vltimæ voluntatis, sed ad executionem obligationis assumptæ à Regularibus, quæ est obligatio alterius generis, nempè iustitiæ, & ibi incipit, vbi desinit executio vltimæ voluntatis. Atque ita declarauit Sac. Congregatio Concilij in Vrbinatensi 10. Martij 1663. ad *d. c.8. sess.23. de ref.* scilicet, *non posse ad id compellere Regulares, si non habet priuilegium speciale.*

9 Non obstat, quod adductum est. Quia Tridentinum in citatis locis non loquitur quoad Regulares, sed quoad alia loca pia exempta. Quando enim Concilium constituit Episcopos Delegatos Sedis Apostolicæ etiam quoad Regulares, id exprimit. Quod autem non veniant nomine exemptorum, sed sint specialiter exprimendi ex eo prouenit, quia sunt plenè exempti, habent suos immediatos Superiores, visitantur à proprijs Prælatis. Et ideò adest specialis ratio, cur non omnia, quæ statuuntur circa exemptos, censeantur statuta etiam circa Regulares, nisi de ipsis fiat expressa mentio.

10 Minus obstat *d.Clem.vn. de testam.* Primò, quia disponit tantùm quoad Regulares, qui sunt executores vltimarum voluntatum. Regulares autem assumentes obligationes circa Missas celebrandas virtute executionis vltimarum voluntatum, non sunt executores vltimæ voluntatis alicuius, sed ab ipsis executoribus obligationem accipiunt. Secundò, quia d. Clementinam habere duntaxat locum in Regularibus non plenè exemptis, non autem in ijs, qui sunt plenè exempti, & non possunt conueniri nec ratione contractus, nec ratione delicti coram Ordinario, docent Glos. *in d.Clem.v.Tales*, Richard. *in 4. d.45.q.2.n.5.* Angel. *v.executor num.20.* Sylu. *v.testamentum 2.num.2.* Rodriquez *p.2. sum. cap.156. n.8. & tom.3. q.regul.70. ar. vlt.* Veg. *in sum. cap.114. cas.5.* Molfes. *tom.2. sum. tr.13. cap.11. num.29.* Facund. *lib.6. de contract. cap.5. num.5.* Vuading. *eod. tit. disp.4. dub.13. §.6. num.5.* Carpius *de executor. testam. lib.1. cap.5. num.42.*

CONSVLTATIO X.

An concedi possint ac debeant literæ remissoriales in materia canonizationis Sanctorum ad effectum examinandi testes, ne pereant eorum probationes, antequam doceatur de continuatione, ac percrebeescentia famæ sanctitatis, virtutum, ac miraculorum, atque deuotione populi in genere tantùm?

1 NEgatiuè respondendum videtur. Nam, etsi, quando timetur de morte testium, dicatur, posse illos examinari, etiam ante litis contestationem, ne probationes pereant ad textum *in c. Quoniam frequenter 5.vt lit. non contest.* vbi à regula negatiua Innocentius III. excepit, *nisi fortè de morte testium timeatur, vel absentia diuturna; in quibus casibus cum cautela est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, senes, & valetudinarij, & alij testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, etiam lite non contestata, admittendi* cum copiosè relatis à Farinac. *de testibus quæst.76. p.2. num.82.* & à Didaco de Narbona *in annal. tract. iur. anno 61. num.1.*

qui

qui etiam anno 70. *quæst.2. à num.3. ad 9.* dixit, septuagenatium esse debere testem, vt propter mortis timorem ad examen recipi valeat ante litem contestatam, reiecta opinione Innocentij in dicto *cap. Quoniam frequenter num.3.* aliorumque eius sequacium de quinquagenario, vtpotè nullo iuris, seu naturalis rationis fundamento innixa.

2 Non tamen dicta exceptio admittenda videtur in causa Beatificationis, & Canonizationis, cùm textus consultò dicat, *cum ciuiliter est agendum*, ideòque Glossa ibi communiter accepta *v. Notet*, hoc ideò dici, *quia in criminalibus nunquam recipiuntur testes, lite non contestata*. Ibi enim probationes strictissimè recipiuntur. Quare Farinac. *d. quæst.76. p.4. num.* 114. id specificè negauit in senibus, valetudinarijs, ac diu ab futuris ex mente communiter omnium Doctorum in eodem *cap. Quoniam*, præsertim Bald. *num.7.* Butr. *num.2.* Anchar. *post num.5.* & Marian. Socin. *num.9.* Florian. *in l. In lege Aquilia nu.11. ff. ad leg. Aquil.* Clar. *§. fin. quæst.44. in princ.* & Gomez *in l. Tauri 76. num.4.* Nam causæ Canonizationis ob earum grauitatem æquiparantur criminalibus ex ponderatis à Iacobo Castellano *de Canoniz. Sanct. quæst.7. sub §. Quære*. Quia negotium canonizationis iustorum non solùm est arduum, verùm etiam vnum ex maioribus inter Christianos proponitur, iuxta Gloss. *in cap.1. de reliq. & venerat. Sanctor. in 6.*

3 Ideòque non videtur recedendum à praxi præscripta in nouissimis decretis fel. rec. Vrbani VIII. vt scilicet antea fiat, & discutiatur processus super non cultu, mox absoluatur inquisitio in genere super fama tantùm, nec ante illius discussionem deueniatur ad alteram inquisitionem in specie secundùm antiquissimam Ecclesiæ praxim, relatam ab Hostiensi *in cap.1. de reliq. & vener. Sanctor.* & ab ijs omnibus, qui de hac materia hucusque scripserunt.

4 Verùm tenendum est, quod licet ante progressum ad vlteriora ex præscripto, tam nouorum decretorum *pag.11.* quàm nouissimorum *pag.20. §. Particularis* docendum sit de paritione decretorum per Vrbanum VIII. in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis super non Cultu editis anno 1625. ac publicatis postmodum anno 1634. & iuxta formam requisitam ab Hostiensi in dicto *cap.1.* antequam deueniri possit ad inquisitionem specialem docendum quoque sit de continuatione, ac percrebrescentia famæ sanctitatis, virtutum, & miraculorum, ac deuotione populi in genere duntaxat; nihilominus, ne huiusmodi probationes pereant, potest concedi facultas examinandi in specie testes, adhuc in humanis degentes, optimè de vita, & moribus seruorum Dei de visu, ac certa scientia informatos.

5 Nam de iure certum est, ante litem contestatam regulariter posse examinari testes absuturos, valetudinarios, ac senes, præsertim quando imminet periculum mortis, ne veritas occultetur, & probationis copia subtrahatur ad textum expressum in adducto *cap. Quoniam, vt lit. non contest.* vbi Glos. *v. Regulariter in princ.* Innoc. *num.1.* Hostien. *num.3. ac 6. num.26.* Zabarel. *col.3. sub initio, & n.2. in 1. & 2. opposit.* vbi respondet contrarijs. Idemque notant communiter cæteri Canonistæ, ac tradunt Bart. *in d. lege Aquilia col.2. in fin. & col.4. post princip.* & ibi Albet. *n.4. ff. ad leg. Aquil.* Bald. *in auth. sed & si quis num.10. in fin. C. de testib.* Mascard. *de probat. lib.2. conclus.683. num.2.* vbi de communi, *& concl.* 1367. *num.4. lib.3.* ac cæteri, quos magno numero adducit Farinac. *de testib. d. quæst.76. n.82. cum pluribus seqq.*

6 Immò licitum est huiusmodi testes examinari, etiam à Iudice, à quo fuit appellatum, tametsi nihil debeat coram eo, lite pendente, attentari, *cap. Non solum 2. de appell. in 6.* Abb. post Butr. *in d. cap. Quoniam num.13. in fin.* ibique Felin. *sub num.4.* Vestr. *in prax. lib.6. cap.2. rubr. de testib.* & eorum inductione *num.4.* & Farinac. *d. q.76. num.24. ac seqq.*

7 Idque sanè potiori iure procedit in casu, quo lis iam dicitur contestata per appositionem manus Pontificis, præuia commissione, eius manu signata, & in actis Congregationis Sacrorum Rituum exhibita cùm citatione exequuta in Illustrissimum Fidei promotorem ad dicendum contra. In cuius vim S. Congregatio exercitium iurisdictionis acquisitum, & causa dicitur introducta. Vt proinde petita remissoria sit concedenda pro quibuscumque locis à Postulatoribus specificandis cum hisce tamen conditionibus.

8 Quod scilicet legitimus Procurator in Curia iuret, testes examinandos super assertis miraculis esse senes, ac valetudinarios, adeout de illorum morte valeat timeri. Item quod huiusmodi depositiones seruentur seorsim, ponanturque ad partes non faciendæ de actis, nisi articulo desuper discusso in Congregatione Sacrorum Rituum. Rursus quod citetur pars ad dicendum contra articulos, videndum illos ad probandum admitti, testes iurare super articulis, ac tota causa iuata Vestr. *d. lib.6. c.2. num.1. & seq.* Ridolphin. *in prax. p.1. cap.11. num.16.* Ac denique erit per testes iuramento de veritate dicenda alterum addendum in fine examinis de non patefaciendo suum testimonium antequam publicetur, vt inquiunt Vestr. *d. cap.2. num.20.* ibique Grauat. *in addit. num.33.* & Ridolphin. *d. cap.11. num.116.*

9 Atque ita censuit Sac. Rituum Congregatio in causa *Maioricen.* Seruæ Dei Catherinæ Thomasiæ monialis S. Augustini, in qua pro examinandis testibus in specie resolutum fuit die 4. Martij 1665. concedi posse quascumque literas remissoriales, & compulsoriales pro inquisitione speciali, etiamsi hactenus deuentum non fuerit ad inquisitionem generalem. Idem censuit die 21. Aprilis 1668. in Romana Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis serui Dei Iosephi à Matre Dei, fundatoris Clericorum Scholarum piarum.

10 Porrò hanc dicere possimus anticipatam testium senio, aut morbo causariorum testificationem, quæ sæpè fit ante litem institutam diplomatica venia, fidem obtinere inquisitionis factæ iudicio iam constituto in formam coniecturæ duntaxat quod attinet ad eos testes, qui iterùm interrogari nequeunt. Examen verò in futurum, hoc est testimonia repræsentata vocant.

11 Nec obstat, quod testes, vt dicantur senes, debeant excedere annum sexagesimum primum, ac etiam septuagenarium. Nam idea communi Doctorum placito Iudicis arbitrio remittitur. Quando enim senex existit in septuagesimo anno, tunc non potest arbitrari, eum non esse senem. Quare Iudex arbitrium suum proferrà septuaginta annis infra vsque ad quinquaginta, & non supra, cùm tunc indistinctè senex dicatur, vt per Abbat. *in d. cap. Quoniam num.* 18. cæterosque cumulatos à Farinac. *d. quæst.76. p.3. num.84.* Prout etiam Iudicis arbitrio remittitur quando dicatur absentia diuturna; & quando dicantur valetudinarij, & de morte eorum timeatur, vt per eumdem Farinac. *vbi supra num.85. & seq.* Quin in omnem casum sufficit de morte prædictorum testium timeri, etiam si non essent senes, vel absuturi, vt valeant examinari ante litem contestatam secundum Innoc. *in d. cap. Quoniam n.3.*

12 Minus obstat, quod in criminalibus non recipiantur testes, lite non contestata, & causæ Canonizationum ob eamdem grauitatem æquiparentur causis criminalibus. Quoniam de iure id prorsus negatur, solumque parificantur omninò causis ciuilibus, licet ob earum grauitatem sint arduæ, ac de maioribus, quæ inter Christianos proponantur, & maxima cum diligentia in ijs procedatur per textum *in c. Venerabilis, de testib.* ibi: *Discretioni vestra mandamus, quatenus testes, &c. super vita, & miraculis duxerunt procedendos examinare singillatim curetis*, vbi Glossa *v. examinare singillatim*, asserit, testes secretò, & separatim in causis Canonizationum esse examinandos, ne vnus instruat alterum, & veritas faciliùs haberi nequeat, & adducta per Maluet. post Aretin. *de Canoniz. Sanct. dub.3. nu.65. tract. tom.14. fol.101. col.2.* Pauin. *in relat. S. Bonauentura registrata in princ. tom.2. Opusculor. p.2. ar.4. propè princip.* & Contilor. *eod. tract. cap.18. num.25.* explosa opinione Iacobi Castellani. Nam in causa Canonizationis non agitur de præiudicio certæ, vel incertæ personæ, vel animæ, seu fidei, sicuti in causis hæresis, vt fusiùs per dictum Maluet. *vbi supr. tom.68. fol.102. col.1. sub principio*. Id quod fortius procedit, quando causa fuit introducta in S. Congregat. per commissionem manu Sanctissimi signatam, & in actis exhibitum cum citatione contra Illustrissimum D. Promotorem, vt dixi. Quare cùm Sedes Apostolica apposuerit manum, Ordinarij, tamquam inferiores, nequeunt amplius in eam se intromittere.

13 Neque id aduersatur praxi nouissimorum decretorum, in quibus *pag.27. §. Verum, ne pereant probationes*, fel. record. Vrbanus VIII. iussit, quod nulla habita ratione quinquaginta annorum, qui elabi debent ab obitu Seruorum Dei, priusquam Congregatio S. Rituum procedat ad eorum Canonizationem, processus in specie compleri possint, & de eorum validitate in ea cognosci.

Digitized by Google

CONSVLTATIO XI.

An in caussis Canonizationum probari debeat, quod fuerit adhibitus Notarius, creatus auctoritate Apostolica?

1 RESpondeo affirmatiuè, itaut huiusmodi qualitas post nouissima decreta Vrbani VIII. omninò requiratur. Quod etiam anteà seruabatur ea ratione, quia caussæ Canonizationum sunt de maioribus Ecclesiæ, non autem de respicientibus temporalia, in quibus solùm posse adhiberi Notarium, creatum auctoritate laica, inquit Hostien. *in cap. Quia propter 42. sub num. 32. & seq. de elect.* licèt Contilor. etiam *de canoniz. cap. 25. n. 34.* qui suum tractatum edidit decennio ferè ante nouissima decreta, fateatur id non esse necessarium, sed magis conueniens, & ita resolutum fuit in relatione S. Raymundi. In alijs verò caussis Ecclesiasticis de iure verior videtur opinio, quod Notarij creati auctoritate laicali possint adhiberi, Abb. *in cap. sicut, ne Cler. vel Monach.* reddens rationem, quia id respicit nudum ministerium, quod laicis non prohibetur, & hanc opinionem seruari de consuetudine, quicquid sit de rigore iuris, testatur idem Abb. *n. 19. in fin. cum seq.* Atque ita concordat opiniones Gabr. *comm. concl. tit. de fid. Instrum. concl. 5. n. 9.* Quod verò ad eius commissionem satis constat per attestationem propriam, vt tenet Rot. coram Verall. *dec. 245.* & alibi, ac S. Rituum Congregatio in relatione S. Hiacynthi, & præcipuè in processibus de partibus, in quibus consuetudo obseruatur.

CONSVLTATIO XII.

An liceat Abbati regulari erigere suam vmbellam, vulgò baldachinum, ac celebrare Pontificalia, & Missam solemnem in casu, quo Canonici vnà cum Capitulo Cathedralis consueuerant ab immemorabili supplicantes agmine composito accedere ad Ecclesiam ipsius Abbatis, ibique celebrare primas Vesperas, ac Missam solemnem in die festo Sancti Titularis Ecclesiæ?

1 AFfirmatiuè resoluendum videtur. Quod enim ad baldachinum attinet certissimum est, Abbates Congregationis Casinatis posse illud erigere in tribus anni festiuitatibus ex declaratione Sac. Rituum Congregationis edita anno 1628. ab Vrbano VIII. sub die 21. Iulij 1629. confirmata, *de qua Bullar. Casinense Constit.* 230. Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 59. & in summ. Apostol. decis. collect. 53. num. 8. & de potest. Episc. alleg. 80. num. 19.* Nouat. *in lucer. Regul. v. Baldachinus num. 5.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 21. qu. 10.* Donat. *in prax. com. 1. p. 2. tr. 13. qu. 74. n. 8.* Pasqualig. ad Laurent. de Franch. *q. 3. n. 390.* & alij.

2 Nec facit, quod dies Sancti Titularis, in quo celebratur hæc solemnitas non sit dies festus. Quia dies festus, de quo in dicta declaratione, non intelligitur dies festus de præcepto, sed dies, qui in ordine ad Ecclesiam, vbi celebratur, sit festus. Nullus autem dies festus solemnior est, quàm festus Sancti Titularis Ecclesiæ. Est enim primæ classis, & celebratur sub ritu duplici, vt notant Gauant. *in rubr. Breu. sect. 3. cap. 12.* Castald. *in prax. caeremon. lib. 3. sect. 1. num. 3. & lib. 2. sect. 5. cap. 1. num. 9.* & Carena *resol. 231. n. 12.* Maximè quia Sac. Congregatio habuit solum intentionem restringendi potius vices vsus dicti Baldachini, quàm respicere in quibus præcisè diebus erigatur. Hincque Doctores, qui super eadem declaratione scripserunt, non de tribus festiuitatibus, sed de tribus vicibus sermonem habent, vt videre est apud Gauant. *in man. Episc. v. Abbates n. 6.* & Pasqualig. *loc. cit.*

3 Non obstat, quod sicuti non licet Abbati Baldachinum erigere, præsente Episcopo, ita etiam illud erigere nequeat, quando Canonici, absente Episcopo, capitulariter ad dictam Ecclesiam accedunt. Quoniam priuilegium concessum Episcopo, ne in ipso præsente, per Abbatem Baldachinum erigatur, est personale, & talis honor debetur dignitati Episcopali, ideòque non debet extendi ad fauorem Capituli, cui deest dignitas prædicta. Deinde dubitari multum potest de hac prærogatiua Episcopi, ne, ipso præsente, possit Abbas retinere suum baldachinum erectum, cum satis superque videatur satisfactum decreto Apostolico in hac re edito 10. Maij 1630. si Regulares non impediant Episcopo, accedenti ad ipsorum Ecclesiam vsum baldachini, vt ex eiusdem decreti tenore manifestò liquet. Et ideò, si accedente Episcopo vnà cum Capitulo, vel vt celebret solemniter, vel vt intersit primis Vesperis, & Missæ solemni in dicta Ecclesia die festo eiusdem Sancti Titularis, Abbas non erigit baldachinum, id facit ea vrbanitate, & in honorem gradus, ac dignitatis Episcopalis, per quam concessum est Episcopis dumtaxat, vt in Ecclesijs Regularium possint erigere baldachinum, vt patet ex proœmio dicti decreti Sac. Congregationis super Episcop. & Regul. eodie 10. Iunij 1603. ibi: *Decet Episcopus, pro eo quod in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu*, traditque Gratian. *discept. 467. num. 7.* Lezan. *in summ. tom. 3. v. Baldachinum num. 40.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 131.* Et propterea quod competit Episcopo ratione dignitatis, Capitulo nullo modo competere potest, *cap. Quia sæpè; de elect. lib. 6. Clement. statutum eod. tit.* Fermosin. *de potest. Capitul. Sede vac. quæst. 4. num. 4. & 17.* Michael Fer. *de praced. qu. 1. num. 27.* Vbi quod ille honor, & reuerentia, quæ debetur Episcopo, adeò illius ossibus hæret, vt nequeat transire ad alium. Ideòque resolutum fuit à S. Congregatione Rituum in vna Casinensi 10. Iunij 1621. non posse Vicarium Episcopi, ipso absente, erigere baldachinum in Ecclesijs Monasteriorum Congregationis Casinensis, cuius resolutionis meminit Nouat. *loc. cit. num. 7.* Barbos. *d. collect. 53. num. 6.* ac Lezzan. *vbi sup. num. 6.* Et in specie, quod priuilegia, quæ competunt Episcopo, non communicentur Capitulo, nisi quando interest cum eodem Episcopo ad eius personam integrandam, probat Frances *de Cathedr. cap. 39. num. 38.* Quia tunc Capitulum censetur pars corporis Episcopi, quando incedit cum suo capite, secus autem si solus incedat. Tunc enim non consideratur, vt pars corporis Episcopi, sed vt Collegium separatum, sicuti deducitur ex textu *in cap. Capitulum, de rescript. & in cap. dilecta*, & ibi Glos. *de excess. Prælat.* ac tradit Fermos. *de potest. Cap. Sede Vac. p. 3. q. 6. num. 5.* Vbi quod Canonici possunt considerari quatenus repræsentant Ecclesiam Cathedralem, & tunc non constituunt vnum corpus sine Episcopo. Vbi autem absens est Episcopus, non consideratur tamquam Capitulum, sed tamquam Collegium, & hoc casu Episcopus non est pars Capituli, nec è contra, *cap. Irrefragabili, v. excessus de offic. Ord.* Abb. *in cap. Cum te, de rescript.* Anguian. *de legib. lib. 2. concert. 4. num. 4.*

Nullaque videtur subesse repugnantia, quod possint eodem tempore manere in Ecclesia duo baldachina. Vnum in loco nobiliori pro Episcopo. Alterum in loco inferiori pro Abbate. Idque deducitur ex eo, quod Doctores dicunt, hoc priuilegium Episcopi non posse præiudicare Abbati, vt præ alijs latè Pasqualig. ad Laurent. de Franch. *tit. de vsu Baldach. q. 4. n. 395. cum seq.* aduertens *n. 393. in fine*, quod idem decretum habet clausulas præseruatiuas. Maximè dum Abbas non prætendit concurrere cum Episcopo in exercitio Pontificalium, & in vsu baldachini, eo præsente. Et sanè si hoc permittitur Principibus sæcularibus, non recognoscentibus Superiorem, quod vtinam non tolerareturetiam Baronibus, ac Principibus vasallis contra dignitatem Episcopalem, ac ritum ecclesiasticum, multò magis permitti debet Abbati mithrato, qui retinet primam dignitatem post Episcopum, Lap. *alleg. 84. n. 11.* Abb. *in cap. Ex ore n. 3. not. 4. de priuil.* Pacian. *de prob. lib. 2. cap. 27. n. 87.* Nullibi enim reperitur iure cautum, quod Abbas illud non possit erigere, manente in superiori loco baldachino Episcopi, cùm possit, immò teneatur Abbas in prædicto die festo solemniter celabrare ex vi Regulæ, Gauant. *in rubr. Miss. d. p. 3. tit. 11. num. 4.* & Pasqual. *de Sacr. Miss. qu. 877. num. 1.* 4

Quo verò ad Vesperas, & Missam solemnem, non est illicitum Abbati seorsim à Capitulo, & postquam ipsum recessit, canere primas Vesperas, & Missam solemnem cum Pontificalibus, cùm in rubricis minimè prohibita reperiatur hæc reiteratio, nec vllam repugnantiam inuoluat. Nam aliquando præcipitur celebratio duarum Missarum, Gauant. *ad rubr. Missal. p. 3. tit. 11. n. 9. cum seqq. & p. 4. tit. tit. 15.* Quart. *in ead. rubr. p. 1. tit. 4.* Pasqualig. *de Sacrif. Miss. q. 343. n. 1. cum seqq.* Et seruatur Mediolani in 5

Ec-

Digitized by Google

Ecclesia S. Ambrosij, Papæ in Ecclesia S. Augustini, & Romæ in Ecclesia D. Petri. Altera enim decantatur, interessente summo Pontifice, & altera à Canonicis. Immò valdè conueniens est, quod Abbas, vti Prælatus Ecclesiæ in festiuitate adeò solemni Missam celebret Pontificaliter ea maiori, qua potest solemnitate, vt docet praxis vniuersalis Ecclesiæ, & quod in ea impediri nequeat ab Episcopo, & multò minus à Capitulo, probat Cespedes *de exempt. Regular. cap.* 13. *dub.* 222. *num.* 2. Donat. *in prax. p.* 2. *tr.* 13. *q.* 76. & Pasqualig. *d. tit. de vsu baldach. q.* 3. *n.* 391. Et ita videtur declarasse S. Rituum Congregatio in *Rauennatensi* 20. Aprilis 1668.

6 At nihilominus negatiuè resoluendum censeo. Quamuis enim Abbates ex consuetudine approbata per Sacram Rituum Congregationem possint vti Baldachino, cum solemniter celebrant in suis Ecclesijs in tribus duntaxat festiuitatibus, vt decreto adducto, confirmato ab Vrbano VIII. apud Tambur. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 21. *q.* 10. *n.* 10. Non tamen eo vti possunt in hoc casu. Quia cùm celebratio huiusmodi Vesperarum, ac Missæ solemnis spectet ad Canonicos, accedentes capitulariter ad Ecclesiam Abbatis, vtique idem munus non potest exerceri per eundem Abbatem. Quoniam Vesperæ, ac Missa solemnis vnica tantùm vice de vno eodemque die festo celebrari possunt, ac debent præcipuè in Ecclesia regulari. Nam Missa solemnis est illa, quæ repræsentat celebritatem diei, seu solemnitatem officij, quodcumque illud sit. Hæc autem decantatur à Canonicis. Ergo alia Missa non erit solemnis. Atque ideò cessante solemnitate, ac vsu Pontificalium in Vesperis, & Missa solemni, præsente Capitulo, & celebrante, non potest Abbas vti baldachino, quod sibi licitum est tantummodo, quando solemniter celebrat iuxta dictam resolutionem S. Congregationis.

7 Et quemadmodum non licet Abbati Pontificalia exercere, atque erigere baldachinum in Ecclesia sua, præsente Episcopo, Tamburin. *loco alleg. q.* 3. *n.* 7. neque in primis Vesperis, & Missa solemni, sed postea tantùm, vt resoluit S. Congregatio Rituum in dicta *Rauennatensi* anno 1655. ita pariter id ei licere nequit, quando Canonici, absente Episcopo, capitulariter ad illam accedunt, quia repræsentant Ecclesiam Cathedralem, & dicuntur pars corporis Episcopi, precedunt que Abbates, atque alios Prælatos inferiores, habentque sedem digniorem, vt ex Cæremoniali Episcoporum *lib.* 1. *cap.* 20. *& cap.* 31. quod refert, ac sequitur Ferr. *de præcedent. qu.* 1. *n.* 6. *&* 7. Barbos. *de Canon. & dignitat. cap.* 18. *n.* 52. Grat. *discept. forens. cap.* 111. *n.* 3. *cum pluribus seq.* ac Rot. *dec.* 111. *num.* 8. *par.* 5. *recent.* Quare, licet Abbas præcedat Canonicos, vti singulos, quia in quibusdam æquiparatur Episcopo, *cap. fin. de offic. delegat. in* 6. & notant Mantic. *tr. de concil. num.* 121. Alberic. *in dict. v. Abbas*, vnde vtitur insignijs Episcopalibus, mitra, baculo, & confert Ordines Minores, ac est in culmine dignitatis per Glos. *in cap.* 2. *de preb. in* 6. Villadieg. *tract. de leg. quæst.* 7. Non tamen præcedit Canonicos collegialiter interuenientes, vt docent Dec. *cons.* 161. Rip. *lib.* 1. *resp.* 23. *n.* 3. Io: Sylu. *de benef. p.* 1. *q.* 2. *n.* 81. *& seq.* quos citat, & sequitur Menoch. *cons.* 52. *n.* 137.

8 Neque obstat, quod Episcopus non sit præsens. Nam adhuc Canonici sunt membra ipsius, vt capitis, *cap. Nouit, de his, quæ fiunt à Præl.* cum alijs, quæ alibi adduximus. Immò Capitulum tamquam corpus, & collegium est indignitate constitutum per Glos. *in cap. si Canonicis, de off. Ord. in* 6. & habet etiam iurisdictionem à iure, vt notat Menoch. *d. cons.* 52. *n.* 86.

9 Minusque obstat exemplum Ecclesiæ S. Ambrosij Mediolanensis, & aliarum. Tum quia est Ecclesia duplex, quæ officiatur à duobus Capitulis diuersi ritus, quorum alterum officiare debet ex ritu proprio, & quoad Ecclesiam S. Petri, aliter alius Magistri Cæremoniarum afferunt, nempè vnam Missam solemnem duntaxat decantari, assistente Pontifice. Quod etiam obseruat in Basilica Lateranensi. Tum etiam quia licet ex causa rationabili celebrari possit Missa votiua solemnis in duplicibus, & etiam in festo de præcepto ex Gauanto, Quarto, ac Pasqualigo citatis, ijdem tamen excipiunt dies festos maiores, seu primæ classis, inter quos connumeratur dies festus Sancti Titularis Ecclesiæ. Quod etiam excipit Tambur. *opusc. de Sacrif. Miss. lib.* 2. *c.* 6. §. 1. *n.* 4. & constat ex praxi Ecclesiæ.

CONSVLTATIO XIII.

Vt sua potestatis limites, ac modus in Sacris Ordinationibus habendis religiosè valeant Episcopi seruare, quæritur.

Primò, An Episcopus Clericum, ratione originis, vel domicilij, alteri Episcopo subditum, possit ratione beneficij, quod in diœcesi sua obtinet ad Sacros Ordines promouere, quamuis beneficium ipsum ac congruam sustentationem sufficiens non sit, posito tamen, quod dictus Clericus ad titulum sufficientis patrimonij ordinetur?

Secundò, An ordinandus ratione beneficij indigeat literis testimonialibus Ordinarij Originis, vel domicilij de vita, & moribus, aliisque requisitis, vel satis sit de illis constare Episcopo ordinanti per informationem in suo Tribunali legitimè assumptam?

QVod ad primam partem primi dubij aliqua diximus *to.* 1. Sit regula, quod ad vtrumque dubium: Episcopos diœcesanus potest ordinare sine alterius licentia, habentem in sua Diœcesi beneficium, vel dimissorias illi concedere, vt ab alio Episcopo ordinetur. Ita Glos. *in cap. Cum nullus, de temp. ordinat. in* 6. vbi Ioan. Andr. *sub princip.* Archid. Ancharan. & Butr. *num.* 1. Gemin. *num.* 5. *& seqq.* Franch. *num.* 3. ac tradunt Garz. *de benef. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Burg. de Paz. *l.* 3. *Taur. num.* 398. Campanil. *in diuers. iur. rubr.* 9. *cap.* 8. *num.* 11. Vgol. *de potest. Episcop. cap.* 26. §. 3. Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *q. vn. pun.* 4. *n.* 14. Sanch. *Opusc. lib.* 7. *cap.* 23. *num.* 15. Narbon. *num.* 204. Piasecius, Mar. Anton. Armendar. Ricc. Homobon. Molfes. Squillan. Scipio de Rub. quos refert, ac sequitur Barbos. *de offic. Episcop. alleg.* 4. *num.* 42. Thom. Velasch. *tom.* 1. *alleg.* 5. *à n.* 26. Quarant. *v. Ordo*, Pax Iordan. *Elucubr. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 73. Fermos. *in cap. Quod translationem, de temp. ordin. q.* 6. *num.* 1. Trullench. *de Sacram. lib.* 6. *cap. vn. dub.* 7. *num.* 15. alijque. 1

2 Quoniam habens in diœcesi beneficium, ibi residet quandiu illud possidet, fitque diœcesanus ac ciuis, contrahitque domicilium ea Bartol. *in l. heres absens*, §. *proinde*, *ff. de iudic. & l.* 1. *num.* 13. *ff. de nunc.* Abb. *in cap. postulasti, de for. comp.* Campan. *num.* 17. Boer. *dec.* 260. *num.* 20. Cardos. *in prax. Iudic. v. Domicilium num.* 6. Velasch. *d. alleg.* 5. *num.* 29. Pax Iordan. *vbi supr. num.* 47. Fermosin. *num.* 2. & concinunt Doctores *in cap. fin. de for. compet.* Syluest. *v. Ciuitas q.* 4. Io. Andr. *in cap. Statutum*, §. *Cum autem, de rescript. in* 6. Turrecrem. *in cap. extra prouincias* 3. *quæst.* 6. *num.* 2. Sanch. *loco citato cap.* 1. *dub.* 23. *num.* 3. & alij apud Carol. de Graff. *de effect. Cler. in præl. num.* 368. Idque etiamsi beneficiatus actu abesset à loco beneficij, quia necessitas iuris residendi facit sortiri domicilium, Panorm. & Butr. *in dict. cap. Postulasti num.* 4. *de foro comp.* Diaz *in prax. cap.* 20. Sanchez *dict. dub.* 23. *num.* 4. Domicilium enim acquisitum ratione beneficij finitur dimisso beneficio, Sanch. *ibid. num.* 15. *qui num.* 16. subdit ex Felino *in cap. Dilectus* 2. *de rescript.* & Rota *dec.* 70. *eod. tit. in antiq.* quod si quis impetrans narret, se esse Clericum diœcesis, in qua habet domicilium, satis est, etiamsi de alia diœcesi sit oriundus. Immò id locum habet etiamsi beneficium non requirat residentiam, neque in illo resideat, neque in illius diœcesi, cùm textus in *dict. cap. Cum nullus* simpliciter loquatur. Ita Doctores *ad dict. textum*, Add. ad Quar. *v. Ordo*, Ricc. *in pr. for. Eccles. resol.* 258. Vgol. *dict. cap.* 26. §. 3.

3 Quod quidem procedit etiamsi beneficium sit tenue, immò tenuissimum. Est contra Quarantam *in d. v. Ordo*, ac ibi Prosperum Augustinum, Piasecium *p.* 1. *cap.* 2. *art.* 2. *num.* 1. Marantam, Riccium, Squillantem, & Molfesium apud Fermosinum. Nam, quamuis verum sit, quod ad titulum beneficij tenuis non possit quis ordinari ex Tridentino *sess.* 21. *cap.* 2. *de refor.* non tamen ex hoc habetur, quod habens beneficium, etiam tenuissimum, in diœcesi, non sit diœcesanus; atque subiectus Episcopo diœcesis, ac proinde quod non possit ab eo ordinari ad titulum patrimonij, & beneficij simul. Textus enim in *dict. cap. Cum nullus, de temp. Ordin.* absolutè decernit, Ordinarium ratione beneficij existentis in sua diœcesi, posse beneficiatum

ad O‥ines promouere, vel illi dimissorias concede‥e, nulla fact‥ distinctione. In iure autem, quæ de beneficio disponuntu‥, locum habent in quocumque beneficio, etiam tenuissimo, ita vt quod decernitur in Tridentino *sess.23. cap.6. de reform.* scilicet Clericum possidentem beneficium gaudere priuilegio fori tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, comprobetur in quocumque beneficio, Nauar. *de Hor. canon. cap.21. num.11.* Azor. *p.1. lib.10. cap.3.* Garz. *p.1. cap.3. num.37. & p.7. cap.2. num.3.* & Sac. Congregatio, quæ in vna Ianuensi die 18. Martij 1628. declarauit, gaudere priuilegio fori promotum ad Ordines cum collatione beneficij reditus duorum scutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali, dum caperetur à lictoribus vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit. Et hanc sententiam tuentur Glos. *in d. cap. Cum nullus, v. Ecclesiasticum*, Mar. Anton. *var. resol. lib.1. post resol. 112. cas.28.* vbi quod diceretur diuinato, si quis assereret, quod textus *in d.cap.Cum nullus*, sit intelligendus de beneficio qualificato per curam, aut residentiam, Fagnan. *in c. Omnis num.98. de pœnit. & remiss.* Garz. *loc.alleg. n.8.* Pax. Iordan. *vbi sup. n.74.* Fermosin. *etiam sup. num.12. & seqq.* Paiaus *tract.27. p.15. num.5.* Leander *tom.2. de Sacram. Ordin. disp.8. q.14.* & Sanch. *eo dub.24. num.7.* & fuit resolutum à S. Congr. Concilij die 20. Maij 1594. teste Barbos. *in collect. Ball. v. Beneficium num.3.* & Nicolio *in flosc. v. Ordo n.etiam 3.* Et communiter si ordinandus adijceret beneficio tenui patrimonium sufficiens, possit ab eo Episcopo ordinari, vt per Vgol. Ricc. & alios cum Campan. *num.12.* qui etiam fatetur Episcopum, qui conferet ordines subdito ratione tenuis beneficij, & non habenti supplementum patrimonij non incurrere pœnam contra promouentem alienum subditum, sed aduersus promouentem absque sufficienti titulo.

5 Si tamen Episcopus conferret beneficium extero in fraudem, vt illi conferat ordines, non posset ei ordines conferre iuxta Piasec. *in pr. Episc. p.1. c.1.* Ricc. *resol.262.* Molfos. *in summ. tr.2. de Sacr.Ord. c.2.* Nouar. *concl.2.de Ord.n.21.* & Campanil. *rubr.9. c.8. num.17.* Minusque posset quis ordinari ab Episcopo beneficij, quando esset tenuissimum, ratione præsumptæ fraudis, vt tradunt Barbos. *p.2. alleg.4. num.45.* & Camp. *d. c.8. num.12.* qui etiam refert à S. Congregatione Concilij responsum fuisse, promotum ab alieno Episcopo ratione beneficij tenuissimi, esse malum promotum, ipsumque propterea suspensum ab executione, & Ordinatorem à collatione per annum. Quod tamen non ausim cerdere, nisi adfuerit fraus.

5 Quale autem sit beneficium tenuissimum, Sot. *de iust. lib.10. q.5. art.3.* ait esse illud, quod non attingit ducatos octo. Quod placuit Barbosæ *d. num.45.* Auctor verò *prax. Episc. v. beneficium, §.3. p.1.* & Piasecius *in pr. c.1. num.10.* volunt esse reditus annui quatuor ducatorum, quibus adhæret Campan. *loc. alleg.* ex sententia Pauli de Eleazar in *Clem.2. de decim.* quem sequitur Menoch. *de arb. lib.2. cas.216.* adeò vt vsque ad ducatos septem inclusiuè dicatur tenue, vt proinde ipse Campanilis existimauerit posse conferri ab Episcopo ordines Clerico extero tamquam suo subdito, possidenti in sua diœcesi beneficium annui reditus ducatorum tredecim vnà cum patrimonio adiuncto.

6 Id quod, vt dixi, locum habet etiam in beneficio simplici nullam omninò requirente residentiam, vel respectu loci, in quo est, vel respectu diœcesis, *text. in d.cap. Cum nullus*, qui indistinctè loquitur, prout indistinctè illum intelligunt Io.Andr. Arcbid. & Butr. *num.1.* ac Gemin. *num.6.* Quamuis ex Innocentio dicant, Episcopum vrbane agere, si huiusmodi beneficiarum non ordinet sine prioris Episcopi licentia. Hanc autem licentiam non requiri absolutè, docent locis citatis Garz. *num.9.* Pax Iord. *num.75.* Fermos. *num.8.* & apud ipsum Mar. Anton. Auersa, Machad. Riccius, ac tradit Piasec. *p.1. cap.2. ar.3. num.3.* Velasc. *so.1. alleg.4. num.30.* Palaus *num.5.* Leand. *d. disp.8. q.13.* Sanchez *d. dub.23. n.7.* malè refragante Genuens. *in prax. cap.98. num.3.* ac malè limitante Bonacina *num.14.* ad beneficium, quod sufficiat ad sustentationem beneficiati. Nam, licet habens beneficium, non requirens residentiam, non dicatur ex hoc habere propriè domicilium in loco beneficij, dum Doctores dicunt, Clericum habere domicilium vbi habet beneficium, exigens residentiam, vt Innoc. Archid. Io. Andr. Mar. Socin. Rebuff. Mascard. & Tusch. quos refert, ac sequitur Farinac. *in fragm. crim. p.1. num.126.* Quoniam habitatio, vel habitandi necessitas à iure inducta, inducit domicilium, hic autem non habitat, nec à iure cogitur habitare, Angel. *v. Ciuis in princ.* Syluest. *v. Ciuitas q.4.* Felin. *in cap. dilectus 2. de rescript. num.1.* Butr. Imola, & alij, Innoc. & Panorm. *in cap. ex eo, de priuil.* quos sequitur Sanchez *d. lib.7. opusc. cap.1. dub.23. num.2.* Nihilominus habeo beneficium merè simplex, si non ratione domicilij, ratione tamen beneficij, quod possidet in diœcesi, est diœcesano subiectus, & ab eo potest ordinari ex *d. cap.Cum nullus*, vbi distinguitur subiectio ratione domicilij à subiectione ratione beneficij, & originis.

Immò Garzias *de benef. p.4. cap.4. num.3.* id extendit ad 5
beneficium manuale, & ad nutum amouibile. Nam licet ad illius titulum quis promoueri non possit, vt tradunt communiter Doctores, ratione tamen illius poterit ad alium titulum ordinari ab Episcopo, in cuius diœcesi est beneficium, vt docent Gemin. & Franch. *in d. cap. Cum nullus*, & Rebuff. *in pr. tit.de Cler. & à quib. num.21.* quos sequitur idem Garzia *loc.cit.* Ampliantque, vt locum obtineat etiam si non habeat beneficium in titulum, sed in commendam perpetuam ad vtilitatem Commendatarij. Nam ista reputatur titulus canonicus, siue habet vim tituli, ad tradita per Garz. *vbi supra num.10.* Barbos. *p.2. alleg.4. num.50.* Nouar. *concl.2. de Ord. num.15.* & per Burtel. *in sum. dec. tit. de Commenda, & commendatarijs tom.1.* Et quamquam Franchus aliter sentiat, intelligi tamen debet, vt ait Garzia *ibidem num.11.* de commenda temporali, vel ad Ecclesiæ vtilitatem, vt in terminis *cap. Nemo, de elect. in 6.* quæ non est titulus canonicus, neque vim tituli habet. Quod approbat Rebuf. *cit. loc. num.21.*

Item ampliant, vt locum habeat siue sit beneficium, 8
propter quod recipit ordinem, siue non, cùm textus in *dicto cap. Cum nullus* generaliter, & indistinctè loquatur, vt ait Glos. *ibi v. Ecclesiasticum*. Vnde si beneficium haberet certum Ordinem annexum, puta Subdiaconatus, poterit ab eodem Episcopo ratione talis beneficij, etiam ad alios Ordines promoueri, vt docent Vgol. *de potest. Episc. d.c. 26. §.3.* Barb. *eod. argum. p.2. alleg.4. num.50.* & Ricc. *in d. pr. resol.258. n.2.*

Ad tamdem inquiunt, quod non solùm possit eum ordinare Episcopus beneficij, sed etiam cum eo dispensare in interstitijs, & in illegitimitate ad Ordines minores. Ita Garz. *c.5. num.14.* Barbos. *cit num.454.* Nam cùm sit illius subditus ratione beneficij quoad ordines, est quoque subditus quoad omnia concernentia dictos Ordines, & illis annexa, iuxta *l.2. ff. de iurisd. omn. Iud.* Quod non obtinere, aiunt Nauar. *cons.12. & 13. de temp. Ord.* Rodriq. *to. 2. sum. cap.14. num.10.* Camp. *d. rubr.9. cap.8. num.19.* Genuen. *in pr. cap.83.* Ricc. *p.3. collect. dec.596.* & alij relati à Sanch. *de matrim. disp.2. num.25.* in familiari Episcopi triennali, aliàs non subdito, cum quo fatentur, ipsum Episcopum non posse dispensare in interstitijs, neque in defectu natalium ad Ordines minores, vt posset proprius Episcopus, ea quidem ratione, quia, vno impedimento sublato,
alterum sublatum non censetur, *cap. Ex tua, de vs. &* 10
auct. pall. In hoc autem casu duplex concurrit impedimentum. Alterum defectus subiectionis ad Ordines; alterum irregularitatis. Sublato igitur priori per initiandi licentiam, non aufertur posterius, cùm potestas initiandi, & dispensandi sit separata. A separatis autem non fit illatio, vulg. *l. Papinianus, ff. de minor.* Ipse verò Sanchez alia ratione censet, posse Episcopum cum suo familiari dispensare in interstitijs, & in quacunque irregularitate. Quod ad id habitatio maioris partis anni sufficiat, vt etiam tenet Sà *v. Episcopus num.36.*

Obseruat tamen Garz. *d.p.2. cap.4. num.15.* quod Episco- 11
pus, in cuius diœcesi est beneficium, poterit ordinare, vel dare litteras dimissorias, etiamsi beneficium esset subiectum alteri Episcopo quoad prouisionem, idest etiamsi spectaret ad prouisionem alterius Episcopi; sed si esset alteri Episcopo subiectum quoad iura Episcopalia, tunc ille deberet id facere, quia tunc in illius diœcesi esse videtur, vt per Franc. 2. *in d.c.Cum nullus*, Prosp. ad Quar. *v. Ordo*, Ricc. *d. res.258.* Nouar. *concl.2. num.18. de Ordin.* & Campanil. *d. cap.8. num.16.*

Notandum item est, quod ad hunc effectum requiritur 12
possessio pacifica beneficij ita, vt non sufficiat sola collatio,

tio, seu titulus. Nam ad hoc, vt quis efficiatur de foro, necessarium est, quod habeat beneficium cum effectu iuxta dispositionem Tridentini *sess.* 21. *c.* 2. *de ref.* & tenent etiam Ricc. *d. res.* 258. Nouar. *cit. num.* 20. Cened. *pr. q. c.* 4. *num.* 23. Cam an. *in dia. rubr.* 8. *c.* 3. Quamuis Garzia dicat, solam possessionem absque titulo sufficere, *d. cap.* 4. *nu.* 16.

13 Atque ita censuit S. Congregatio Concilij cum aliàs, tùm nouissimè in vna *Castrensi* Ordinum sub die 24. Martii 1668. *ad cap.* 8. *& ad cap.* 13. *sess.* 23. *de reform.* quæ cum sibi proposita fuissent hæc eadem dubia, ad primum respondit, *affirmatiuè, nisi adsit fraus*, & ad secundum etiam *affirmatiuè*, iussitque dari declarationem. Nam sufficit, quod promouendus sit notus Ordinanti, vt illum ordinare possit etiam sine literis testimonialibus, Ciarlin. *in contr. for. cap.* 46. *num.* 24. & Gratian. *discept.* 430. *num.* 1. *&* 2. Quæ testimoniales semper debent concedi ab eo, qui est melius edoctus de vita & moribus ordinandi, ita vt si quis nullius diœcesis sit ordinandus, licet dimissorias ab Episcopo viciniori accipiat, tamen testimoniales dantur à Prælato inferiori, tamquam melius edocto, vt tradit Nouar. *in sum. Bull. tom.* 1. *tit. de Ordin. extra temp. num.* 6. Hinc litteræ testimoniales, siue commendatitiæ dicuntur litteræ Prælati testimonium, & commendationem facientes de vita, & moribus subditi, qui postulat ad ordines promoueri ex *Trid. d. sess.* 23. *c.* 8. & distinguũtur à dimissoriis, quibus datur licẽtia à proprio Episcopo, vt ab alio quis possit ordinari.

14 Obtinens autem litteras, seu priuilegium à Sede Apostolica, vt promoueri possit à quocumque Antistite catholico, seu alias ab Episcopo non suo, non potest vti tali indulto, nisi habeat commendatitias sui Ordinarii. Si secus fiat, ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quandiu proprio Ordinario promoti videbitur expedire, est suspensus, ex *loco cit.* Itaque in isto casu non requiruntur dimissoriæ, sed solum commendatitiæ proprii Ordinarii, vt Tolet. *lib.* 1. *cap.* 49. *§. quarta*, Quaranta *ver. Ordo §. suspensionis pœnam.* Bonac. *de susp. in part.* 9. *pun.* 11. *nu.* 22. & Ciarlin. *d. cap.* 46. *nu.* 23. Quod decretum limitat Tolet. *loc. alleg.* cum declaratione S. Congregationis, vt non habeat locum in collatione primæ tonsuræ; quia hoc loco non continetur ordinum appellatione. Vide Sanchez *opusc. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 23. *n.* 13. vbi notat non satis esse beneficium proximè habendum, vt ratione illius possit quis ordinari ab Episcopo, de cuius diœcesi non est, e. g. quidam, qui est de diœcesi Cordubensi, non est prima tonsura initiatus, præsentatur à patrono ad Capellaniam quandam Granatæ existentem, & ad eam obtinendam vult prima tonsura initiari, ab Archiepiscopo Granatensi, nullatenus posse, asserit, quia cùm ratione beneficij fiat incola, non est talis, dum beneficium non habet. Sicque Iurisperitus admodum doctus, quem ipse Sanchez consuluit, & tradunt Doctores ferè omnes, dum aiunt Episcopum diœcesis posse ordinare sine alterius licentia, vel dimissorias concedere habenti in sua diœcesi beneficium, quos refert Passarin. *in d. cap. cum nullus n.* 53. Quod supponit Concilium Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. *de ref.* vbi ad hoc, vt quis possit ordinari ad titulum beneficij, requiritur, quod pacificè beneficium possideat. Vbi igitur quis non habet neque possidet beneficium, non est subiectus Episcopo ratione beneficij, atque adeò non potuit ratione beneficij ordinari ne quidem ad primam tonsuram, idque tamdem elicitur ex textu ipso *cap. Cùm nullus*, illis verbis: *Cùm nullus Clericus parochiæ alienæ præter superioris ipsius licentiam debeat ordinari, &c.* Præsupponit ergo Clericatum, siue primam tonsuram in ordinando ad titulum beneficij, vt fiat subditus Episcopi diœcesis, in qua possidet beneficium. Vnde non potest ei prius conferri beneficium, & deinde prima tonsura, nam beneficium, non potest conferri subiecto incapaci, nempe laico, ad beneficium enim ecclesiasticum requiritur saltem prima tonsura, *cap. Deus de vit. & honest. Cler.* & *Clem.* 1. *de elect.* Et quamuis Geminianus, & Franchus *in d. cap. nullus* addant, quod etiam postulatus ad beneficium possit ordinari ad titulum illius beneficij, ad quod postulatur, & quod si postulantes postea non elegerint, teneantur illi ad sufficiens beneficium *cap. pastorales de iure patr.* non obstante, quod vt quis ordinetur ratione Beneficij non sufficiat præsentatio, sed requiratur, quod beneficium actu sit collatum, vt per Dian. *p.* 8. *tr.* 2. *resol.* 24. Pax Iord. *tit.* 6. *nu.* 101. & alios, quos sequitur Passar. vbi supra *nu.* 72. immò quod habeatur illius pacifica possessio, atque adeò quod non possit ordinari extra diœcesim suam, quia in aliena solum est postulatus ad beneficium, quia in prima tonsura id non potest verificari, cùm non possit conferri beneficium, nisi Clerico, & ex consequenti nisi iam tonsurato. Vnde ratione beneficij tunc poterit laicus tonsurari, quando à patrono præsentatur pro beneficio intra diœcesim existente.

Nihilominus ait Passarin. *in d. cap. Cùm nullus* 4. *num.* 5. quod in hoc casu Episcopus laicum alienæ diœcesis, vel non potuit ordinare sine eius Episcopi licentia, cùm ratione præsentationis ad beneficium laicus non fiat subditus Episcopi, in cuius diœcesi beneficium existit, vel saltem Episcopus id facere non poterit, nisi dum actu confert illi beneficium, vt non sit dabilis casus, in quo tonsura insignitus actu non obtineat beneficium, ratione cuius promouetur ad Clericatum. Sed quoad hoc vltimum an rectè, alij iudicent. Ego autem assero, id esse contra mentem ac verba *d. cap. Cum nullus*, & præter fores abusuum tam latè apertas, vt nullius consilio, nec vi aut minis occludi possint, & aperiretur via longè, ac latè patens omnis fraudibus in hac materia ordinationis, vt proinde ob quotidiana scandala, quæ ex abusu *d. cap. Cum nullus* obueniunt pluries cogitatum sit remedium aliquod, ac moderationem restrictionemque, ne Episcopi sint ita faciles, atque effrenes ad conferendos ordines alienis subditis titulo emendicato, ac sæpius ementito beneficij.

CONSVLTATIO XIV.

An Episcopus, multoque magis S. Rituum Congregatio, possit transferre ieiunium, à iure communi inductum, ab vno die in alium?

1 RESpondeo, posse ex rationabili causa. Desumitur *ex cap. Consilium, de obser. ieiun.* vbi ieiunium incidens in Dominica, anticipatur in Sabbato, ex Constitutione Leonis X. de qua Nauarrus *cap.* 21. *Manual. nu.* 11. & ex Vrbano VIII. sua Constitutione edita die 13. Octobris 1638. quæ incipit, *Cum euenire*, docentque Doctores apud Leandrum *tract.* 5. *in præcept. Eccles. disp.* 10. *qu.* 39. & 42. ac Bossium *tom.* 3. *moral. tit.* 21. *§.* 3. *nu.* 163. Quia licet teneatur Episcopus exequi, quæ statuuntur in iure Canonico, quando executioni sunt demandanda, potest tamen mutare aliquam circumstantiam concernentem executionem, quando ita exigit prudentia, & proinde exequi in vno tempore, quod esset in alio exequendum. Quod præsertim habet locum quando talis mutatio circumstantiæ est conformis iure canonico, vt in hac specie de translatione ieiunii in alium diem ex rationabili causa. Hoc enim præstat ipsum ius Canonicum *in dicto cap. Consilium.*

2 Atque ex hoc infertur, vt notat etiam Caietanus *in Sum. v. Ieiunium cap.* 3. *in fin.* Syluius 2. 2. *q.* 147. *ar.* 4. & Trullench. *lib.* 3. *in decal. cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 19. quod si ea aliqua Ecclesia, aut loco alicuius diœcesis contingat celebrari aliquod festum solemne, vt esset festum Titularis, aut Patroni, & eodem die incidat ieiunium indictum à iure communi, poterit pro ijs, qui sunt illius loci, vel illius Ecclesiæ transferre ieiunium in alium diem. Neque obstat, quod causa non sit vniuersalis. Quia sicut lex non requirit causam vniuersalem, vt concedi possit dispensatio, sed tantum in ijs, cum quibus dispensatur, ita neque vt fiat immutatio in executione legis quoad aliquam circumstantiam requiritur, quod causa sit vniuersalis, sed sufficit, si habeat locum in ijs, pro quibus fit immutatio. Ita Franciæ pluribus in locis, in quibus colitur festum S. Quintini, quod accidit in vigilia Omnium Sanctorum, transfertur ieiunium in antecedentem diem Vigiliæ. Messanæ in festo S. Christinæ, quod semper contingit in Vigilia S. Iacobi Apostoli, comeduntur carnes, dummodo non accidat feria sexta, vel Sabbato, & S. Rituum Congregatio in vna *Cremonensi* Oppidi Carrauagij die 9. Iunij 1668. transtulit Vigiliam S. Laurentij in diem antecedentem, in qua contigit Vigilia Sanctorum Martyrum Firmi, & Rustici, Tutelarium dicti Oppidi, vbi magno totius Prouinciæ concursu venerantur. Idem fuit concessum die 24. Septembris 1638. & 26. Maij 1659. vt refert Lantusca *in suo Theatro.*

Digitized by Google

CONSVLTATIO XV.

An, quando non sufficiunt redditus Principatus, vel Regni pro illius defensione, ac custodia alijsque huiusmodi, teneatur Status Ecclesiasticus pecuniam conferre?

ET quidem certum videtur in casu communis & æqualis vtilitatis Ecclesiasticorum ac sæcularium, ipsos Ecclesiasticos ad hoc teneri, idque sine discussione bonorum sæcularium. Quia obligatio conferendi est eadem in omnibus. Hanc opinionem sequuntur, atque approbant Auctores, quos adducit Delbene *de Imm. Eccl. p.* 1. *cap.* 5. *dub.* 16. *& dub.* 20. Flores de Mena *lib.* 2. *quæst. var. tur.* q. 21. *& num.* 214. & D. Fagnan. *in cap. Non minus, de immun. Eccles. num.* 51. fatetur esse probabiliorem ab extrinseco ratione authoritatis.

1 Esse autem communem vtilitatem vtriusq; Status illud, quod est necessarium pro defensione ac custodia præcisa Regni, siue Principatus, dubitari non potest. Nam cùm status Ecclesiasticus innitatur sæculari & sæcularis defensioni Principatus, siue Regni, tandiù ille durabit, quandiu hic est duraturus; atq; respectu eiusdem Status Ecclesiastici vniuersalis ita est immediata hæc vtilitas, vt est respectu particularium eiusdem Status, ripam munire, ne excrescens flumen agros occupet. Quo exemplo vtuntur ij, qui de immediata Ecclesiasticorum vtilitate sermonem habent. Vnde Vrbanus Octauus in Indulto pro Statu Mediolanensi, vt Ecclesiastici conferrent sumptibus munitionum, inter cætera illud quoque adduxit. *Quod ex munitione huiusmodi totius Status tam Cleri, quàm populi securitati prospiceretur*. Et Flores de Mena loquens de collatione Cleri Hispaniarum pro millionibus *lib.* 2. *var. quæst.* 21. *num.* 219. affirmauit, quod directè & principaliter vtramque vtilitatem sæcularium & Clericorum respiceret. Præter quod differentia, quam Doctores assignant considerando num vtilitas sit communis æquè principaliter vtrique Statui, vt Ecclesiasticus conferre teneatur, non extenditur ad casum, quando sæculares ex se nequeunt necessitati prospicere, quamuis sit illis immediata & proxima, Ecclesiasticis verò remota.

2 Et sicut in dubium reuocandum non est, quod si sufficiant redditus Principatus, non possint imponi vectigalia, multòque minus ijs Ecclesiasticos grauari, vt rectè notant cum alijs Carol. de Graff. *de effect. Cleric. eff.* 3. *num.* 244. Larrea *alleg. fiscal.* 59. *num.* 27. *ex l. neminem in fin. C. de Sacros. Eccles.* Vasquez, & Menchaca *cap.* 6. *contron. lib.* 1. Quia cùm, vt vectigal sit iustum, requiratur potestas, causa, proportio, si desit causa, nempè præmens & cogens necessitas, & finis, ad quem Regnum, & Principatus constitutus est, nimirum ad seruandam communem vtilitatem, & ad iniurias hostium à populo propulsandas, tyrannicum esset, fraus, & rapina, vt docet Caietan. *v. Vectigalia*, & consentiunt cæteri Doctores, immò & concussio, vt loquitur Ricbardus *in* 4. *d.* 25. *ar.* 3. q. 2. ex D. Augustino *de verb. Domini ser.* 19. *relato in c. Militare* 23. q. 1. ibi, *Quicumque sibi stipendia publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tamquam calumniator & concussor Ioannis sententia Luc.* 3. *condemnatur*. Ita quoque certum esse debet, quod quando non suppetunt facultates sæcularium, debent ob bonum publicum Ecclesiastici conferre.

3 Vt autem id comprobetur, duo notanda sunt. Primum non sufficere, quod inter sæculares sit vnus, vel alter diues, vt dici possit, ipsos generatim pollere facultatibus. Quia prospicere publicæ necessitati non est huius, vel illius in particulari, sed omnium, vel maioris partis. *Nam quod debet Vniuersitas, singuli debent, l.* 7. *§.* 1. *ff. Quod cuiusque Vniu.* Quod obseruat Cardinalis de Lugo *de iust. & iur. disp.* 36. *sect.* 8. *nu.* 125. Alterum est, quod, vt dicatur, facultates sæcularium non suppetere, non est necesse eas omnes consomptum iri. Id enim numquam contigerit. Itaque statum impotentiæ Doctores explicant, quando singuli ciues non possunt sine amissione decentiæ sui status, vel sine magno incommodo suis solis sumptibus communi necessitati, vel vtilitati prouidere, vt ea Mattha, Megala, & Marchino inquit Delbene *d. dub.* 20. *num.* 2. *ac* 3. Et D. Fagnanus, loquens de hac vtilitate vtriusque Status, ac obligatione Ecclesiastici, vtitur terminis commoditatis, & facilitatis, non autem extremæ necessitatis. Sunt eius verba: *Vt sine Clericis non possint commodè mœnia custodiri per laicos*. Ex mox: *Vt sine auxilio exemptorum locus facile custodiri non possit*. Ita *in cap. Peruenit num.* 13. *de immun. Eccles. Vel vt singuli nequeant sine magno grauamine suis solis sumptibus occurrere necessitati*, ceu explicat Suarez *ad Reg. Angliæ lib.* 4. *cap.* 36. quem alij sequuntur, quos citat Diana *p.* 4. *tr.* 1. *de Immun. resol.* 11. & Cardinal. de Lugo *d. num.* 125. qui ad maiorem explicationem subdit: *Quod aliqui ita explicant, vt laici soluendo gabellam illam sine Clericorum auxilio cogerentur, se eis priuare, quæ quotannis necessaria eis sunt ad viuendum secundum conuenientiam sui status*. Id, quod intelligi debet de fructibus, non de valore bonorum, vt benè aduertit cum antiquioribus Natta *consil.* 280. *num.* 6. & iuxta modum excussionis redditaum Ecclesiasticorum pro reædificatione Ecclesiarum antequam deueniatur ad contributionem sæcularium, vt notat Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 13. *num.* 35. *cum* 45. *&* 63.

Quod autem Regna, & Principatus in hoc miserrimo rerum statu reperiantur, nemo est, qui ambigat, etiam ex ipsis Ecclesiasticis. Cùm enim pars maior nobilium viuat ex redditibus fiscalium, vel locorum montium, qui valdè diminuti sunt ex publica necessitate, cùmque sumptus pro victu notabiliter sint aucti, mercatores, atque opifices ob populorum paupertatem, ac penuriam, monetæ alterationem, ac graue onus vectigalium via sustentari possint, in diesque necessitas excrescat, & præcipuè quia tributa integra iuxta locorum distributionem exigi non possant, cum pagi, oppida, ciuitates ita tenues, ac pauperes factæ sint, vt earum bona censu, & æstimatione sint habita indigna, nisi quis caput & vitam censere vellet, cùm nihil præter vitam, & corpus ciues habeant, immò nihil aliud sint, quam effigies, immò vmbræ hominum fame, frigore, illuuie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa, rupesque ad hæc perusti artus, nive rigentes nerui, membra torrida gelu, vt ait de militibus Annibalis P. Scipio apud Liuium *lib.* 1. *belli Pun.* 2. & nihilominus sæpè bellorum, & negociorum magnitudo cogit Principes, ordinarios Reipublicæ prouentus augere, & indictiones, superindictiones, ac vectigalia noua, & insitata extraordinaria imponere, non tam ad sui, quàm populi vtilitatem, maximè vbi ærarium, & Fiscus iam exhausta sunt, & vrget necessitas, quæ legem non habet communem, sed suas babet amarissimas, & populus ægrè ferre non debeat, sibi imponi onera contributionum, quibus vita, & salus, bonorumque reliquorum conseruatio, patetur. Quod cùm sit notorium, & moraliter certum, profectò necessaria non est physica discussio sæcularium facultatum, quæ sanè difficillima, & quodammodo impossibilis est, vt proinde, ea omissa, teneri Ecclesiasticos ad contributionem asserunt Bartolus, Capycius, Author Capellæ Tulosanæ, Martha, Sousa, & Afflictus, quos refert Delbene *d. dub.* 20. *num.* 9. Et ita praxi seruatum fuisse in casu illo Indulti Florentinis à Clemente VIII. concessi, notat cum Afflitto idem Delbene, cùm in hac re magna præstanda sit fides Principibus Catholicis, religiosis, ac immunitatis Ecclesiasticæ zelatoribus.

Atque hinc non oportet petere consensum Cleri, sed sufficit recursus ad Sedem Apostolicam, qui illi æquiualet, cum sit penè directim impossibile, quod resolutio totius Cleri vnius Regni, vel Principatus in forma legitima congregati huic necessitati vel faueat, vel se conformet, cùm constet tot opinionibus, suumque sit dissentire, & consilium pro moribus cuiusque capere, dum physicus quidam facultatum sæcularium defectus ipsi demonstrari non poterit, sitque verum, *quod tantum ex publicis malis sentimus, quantum ad res priuatas pertinet, nec in eis quidquam acrius, quam pecunia damnum stimulat*, vt apposité Annibal apud Liuium. 6

Ea bis autem rationibus, & quia experientia docemur, Clerum huiusmodi contributionibus se opponere, ideò tamquam ab eius dissensu appellatur ad Sedem Apostolicam. Nam sicuti quando Clerus obsistit, certum est, sufficere consensum Episcopi ex Grasso *vbi supra effect.* 3. *num.* 241. ita quoque à resistentia totius Cleri recurritur, 7

ad Pon-

Digitized by Google

ad Pontificem, Iudicem supremum, vt ex Abb. *in cap. non minus, de immun. Eccles.* notat Gutier. *lib. 1. pract. quæst. q. 3. num. 8.* & Marth. *de iurisdict. par. 4. cent. 1. cas. 10. nu. 18. & seq.* Ac proinde illius regulæ generalis, quod scilicet Ecclesiastici non tenentur ad vectigalia, vna ex limitationibus hæc est, *quando vectigalia, seu collecta imponuntur, & soluuntur de licentia Summi Pontificis.* Atque ita id intellexerunt, ac in praxi obseruarunt ij Pontifices, qui Regibus Catholicis Hispaniarum Indulta Subsidij, Excusati, ac Milionum hucusque concessere.

8 Nec iuribus desunt motiua æquitatis, & congruentiæ. Primum est, quòd agitur de contributione ab omnibus Prouincijs vnitis suo Regi, ac Principi propter necessitatem eroganda. Ex quo infertur, esse iustam, non violentam, *vt ex l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. legum Hispaniarum* aduertit Larrea *allegat. fiscal. 59. num. 9.*

9 Secundum est suauitas exigentiæ, vt si non exigatur maior quantitas in pretio rerum comestibilium, nec auferatur pars fructuum ab ipsis Ecclesiasticis, sed solum mensura rerum comestibilium fit minor, quemadmodum est *Sisa* Hispaniarum.

10 Tertium est, quod probabilis est opinio, quæ affirmat, non lædi immunitatem ecclesiasticam, quando onus, siue vectigal imponitur sæcularibus, & ex illis eueniat præter intentionem Principis aliqua læsio Ecclesiasticis. Estque communis inter Theologos, præsertim Hispanos, quam comprobat cum Syluestro, Henriquez, Lopez. Maldero, Rodriquez, Molina, Sanchez, Laymano, Thomas Delbene *par. 1. de immun. cap. 5. dub. 7. sect. 1. ex num. 20. & sect. 4.* quibus in locis probabilem eeuset. Quia id attenditur, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam venit, *l. qui exceptionem, de condit. indeb.* eamque communem vocat Cardinalis de Lugo *2. p. de iust. & iur. disp. 36. sect. 9. num. 142. & num. 133.* sub initio sectionis, adducens exemplum, quod possit exigi vectigal, vel decima rerum omnium, quæ venduntur, quæ hispanè dicitur *Alcauala* ab eo, qui vendit, vel emit à Clerico, licet inde eueniat, euenturumque sit, quod vendat maioris, vel minoris pretij emat. Et examinans exactè quicquid dici posset, quod indirectè ageretur contra Immunitatem, vt id euitetur iuxta sacros Canones, qui hoc idem reprobant docet, quod nec indirectè agit contra Immunitatem is, qui non eo animo vectigal, vt grauentur Clerici, imponit. Quod exemplo confirmat, Si enim Princeps imponeret vectigalijs, qui introducerent libros ecclesiasticos, grauaret indirectè statum Ecclesiasticum, nam præsumeretur, eiusmodi fuisse suam intentionem. At verò si illud generaliter imponeret super libris, contrarium censendum est, quamuis ex hoc eueniret quod Ecclesiastici pluris illos emerent. Nemo enim addubitat quin possit Principes vectigalia mercibus exportandis, vel importandis imponere, licet præiudicium Ecclesiasticis obueniat. Quod etiam non diffitetur Delbene *ee cap. 5. dub. 7. sect. 4.* & approbat in omnibus alijs vectigalibus, quæ imponuntur super actu, qui est distinctus à contractu emptionis, in quo Ecclesiastici sunt immunes, *vt dub. 7. sect. 10. num. 5.*

11 Quartum est. Quia sunt qui arbitrentur casus esse, quibus vtroque iure diuino, & humano. Ecclesiastici & eorum bona, Ecclesiæ, locaque pia tributis, collectis, & vectigalibus, oneribusque, & personalibus, ac realibus, seu patrimonialibus, onerari possint à Principibus laicis. Et in primis in casu necessitatis vrgentis dicunt, eos posse bona Ecclesiæ capere, quemadmodum Ioas Rex Israel *4. Reg. 14. cap. v. 14. 16.* Item Exemplo Ezechiæ Regis Iuda *4. Reg. cap. 18. 14. & seqq.* Quare & *1. Reg. cap. 8.* inter iura Regum est tributorum impositio, maximè in casu necessitatis, quamuis alijs quam Regibus non concedatur, *cap. super quibusdam, de verb. signif.* Scriptum enim est, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, idcircò enim præstatur tributum, vt subiectio probetur, ex D. Paulo *ad Rom. cap. 13.* habeturq; *c. 2. de censib.* apud Gregorium.

12 Facit quod ex D. Ambrosio adfertur *in c. si tributum 27. & seq. Magnum quidem 11. quæst. 1.* ibi: *si tributum petit Imperator, non negamus, agri Ecclesiæ soluunt tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum. Tollat eos, si libitum est. Imperatori non nego, sed non dono.* Rursus; *Magnum quidem est; & spiritale documentum, quod Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem terreni Regis putet esse soluendam. Si enim censum Filius Dei soluit, quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum?* Et Vrbanus Papa *in cap. Tributum 22. sub 23. quæst. 8. Tributum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est, quia de exterioribus suis, quæ palam cunctis apparent, Ecclesia tributum reddit. Non autem totum piscem iussus est dare, sed tantum staterem, qui in ore eius inuentus est. Quia non Ecclesia dare Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis Ecclesiæ præeminet subijci potest Regibus, sed sanè, vt diximus, quod in ore piscis inuenitur pro Petro, & Domino dare iubetur. Quia de exterioribus Ecclesia, quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, quia nos tueri, & defensare debent, Imperatoribus persoluendum est.* Iterùm D. Ambrosius ad Marcellinam sororem *epist. 33.* quæ habetur *in cap. 21. Conuenior 23. quæst. 8. Conuenior ipse*, ait, *à Comitibus & tribunis, vt Basilica fieret maturа traditio, dicentibus, Imperatorem iure suo vti eo, quod in potestate eius essent omnia. Respondi, si à me peteret, quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum, quamquam omnia, quæ mea sunt essent pauperum. Verum ea, quæ diuina sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta.* D. Augustinus *tr. 6. cap. 1. Ioan. relatus in cap. 1. Quo iure 8. d.* docet, iure humano & Imperatorum, & Regum etiam, Ecclesias, vt alios quoslibet possidere temporalia, & dicere hoc meum, hoc tuum. *Quare*, inquit, *noliте dicere quid mihi & Regi. Nam quid tibi ergo, & possessioni? Aliter noli dicere possessiones tuas, quia ipsa iura humana renunciasti, quibus possidentur possessiones.*

Hinc non omnia, quæ Ecclesiæ sunt, censentur immunia à censibus, & tributis, sed tantum mansus, domus, & horti, quæ iuxta Ecclesiam sunt. Ita enim habetur *in cap. 1. de censib.* quod est sumptum à Concilio Vormaciensi *cap. 50.* cuius verba *in cap. 25. Sancitum est 29. qu. 8.* leguntur hunc in modum: *Sancitum est vnicuique Ecclesiæ vnus mansus integer absq; vllo seruitio tribuatur; & presbyteri in eis constituti non de decimis, atque oblationibus fidelium, non de domibus, neque de agris, vel de hortis iuxta Ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod seruitium faciant, præter Ecclesiasticum, & si aliquid amplius habuerint, inde maioribus suis, vel alias senioribus debitum seruitium impendant.* 13

Idem probari videtur ex Gregorio I. *in cap. 1. de Immun. Eccles.* vbi Pontifex Tricensi Episcopo scribit: *Fraternitas tua nullum per nostra, vel Ecclesiæ suæ nomen, vel alio modo, excusari à murorum vigilijs patiatur, sed omnes ad hoc generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus melius valeat Ciuitatis custodia procurari.* Quod existimant aliqui, & vt ferè omnes, ac Panormitanus intelligi de Clericis Ecclesiæ, vt in casu necessitatis vrgentis possint compelli ad custodias, & vigilias Vrbis tempore imminentis belli, si necessitas immineat Ecclesiæ, alijsque. Ita si respiciat communem vtilitatem & necessitatem. 14

Et quod in casu necessitatis ad contributiones pro vtilitate Reipublicæ Ecclesiarum bona, & ecclesiasticarum personarum vocentur, colligitur ex eo, quod bona Ecclesiæ sunt addita, vt oppressos & captiuos redimat, pauperes iuuet, *c. Sacrorum, c. sicut, c. Aurum, c. Gloria Episcopi 12. quæst. 2. l. Sancimus, C. de Sacros. Eccles.* Multò ergo magis pro defensione patriæ, ex qua prospicitur, & præcauetur, ne captiui fiant & pauperes. Satius enim est damnum præuenire, quàm post vulnus acceptum, remedium quærere, *l. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. l. 1. C. quando liceat sine Iud. se vind.* Sic Cæsares quoque certos casus proposuerunt, in quibus & voluerunt ad collectas ipsas Ecclesias, & domus Augusti & Augustæ, eorumque bona contribuere, vt si quando sternendæ essent viæ publicæ, aut pontes noui instituendi, aut instituti reficiendi essent, si quid habent in ea ciuitate, aut loco vbi talia opera fiunt *in §. Ad hæc Sancimus Nouel. 131. in l. Ad instructiones. 7. C. de Sacros. Eccles.* Quæ & trahuntur ad muros Ciuitatis, puteos publicos, & similia per Glossam *ibidem*, & ita pronunciatum sæpè in Senatu Parisiensi, vt refert Paponius *lib. 5. Rhapsod. Arestor. tit. 11. Arest. 16. 17. 18. & 19.* Sic subijciuntur & naues Ecclesiarum transuectionibus publica- 15

rum

rum specierum sine exceptione Religionis à Theodosio, & Valentiniano *in l. Iubemus nullam* 10. *C. de Sacros. Eccles. l.* 2. *C. de nauib. non excus.* Item angarijs, & perangarijs, & alijs oneribus expeditionis, plaustrorum præbendorum *in l. Neminem ab angarijs* 11. *de Sacros. Eccles.* Simul & canonicæ illationi *in l. Placet* 5. *C. de Sacros. Eccles.* Muneribus quoque patrimonialibus, quæ ratione possessionum præbentur, dicuntur obnoxij Imperatori, & Regibus, & prædiorum possessionibus Clerici *in c. si qua causa* 26. *§. fin.* 11. *quæst.* 1. cui adstipulatur *c. si tributum, ead.* 11. *quæst.* 1. Acceditque Gratiani resolutio *in c. Sancimus* 25. *§. fin.* 23. *quæst.* 8. cuius verba, *Hinc* datur intelligi, quod de his, quæ imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepulturæ Ecclesia possidet, nullius iuri, nisi Episcopi teneatur obstricta; de his verò, quæ à quibuslibet emerit, vel virorum donationibus acceperit, Principibus consueta debet obsequia, vt & omnia eis persolnat tributa, & conuocato exercitu, cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.

16 Vt proinde referantur à Ioanne Paponio *lib.* 5. *Arest. tit.* 5. *arest.* 1. aresta aliqua hac de re, quorum vno Senatus statuit per prouisionem anno 1388. vt Decanus, & Capitulum Nouioduni, & Curiones eiusdem Ciuitatis conferrent ad reparationes Ciuitatis, non autem Episcopus. Alio, quo etiam aduersus Ecclesiasticas personas Cæsaro magi idem dictum, & pronunciatum. Et vltra quod etiam tenerentur ad contributionem, non solum reparationis dictorum, sed etiam ad stipendia Præfecti militibus seu Capitanei ibi positi. Et rursum id ipsum statutum anno 1394. contra Decanum, & Capitulum Aulercorum ratione murorum, fortificationum, & prædictorum stipendiorum Præfecti militaris.

17 Sunt, & alia aresta apud eundem Paponium *lib.* 5. *arest. tit.* 11. *arest.* 15. quibus statuitur, compelli posse, & teneri personas Ecclesiasticas ad contributionem stipendiorum prædij, seu militum, qui sunt in prædio Vrbis, & ad necessaria pro victu Vrbis, in qua resident, & ob id posse cogi per captionem suorum temporalium. Sicque iudicatum contra Capitulum Ecclesiæ Lugdunensis 28. Maij 1369. & iterùm pro Consulibus Sanctiflorij Aluerniæ contra Episcopum & Ecclesiasticos eiusdem Ciuitatis propter *l. fin. C. de quib. muner. vel præstat. liceat se excus. lib.* 10. *tit.* 48. ex verbis, *nulla personali dignitate excepta* omnes teneri ad instructionem pontium, & ad comparationem frumenti, aliarumque specierum. Quæ tamen verba non pertinent ad personas Ecclesiasticas, de quibus nulla ibi mentio, quamquam exprimantur in citata *l. Ad instructiones, de Sacros. Eccles. & in l. Absit, de priuil. dom. August.* Fueruntque condemnatæ 7. Octobris 1550. personæ Ecclesiasticæ Ciuitatis Biturigum ad contributionem restaurationis murorum, pontium, itinerum, hospitalium pauperum, & peste affectorum, & salariorum doctorum regentium, & necessariorum Academiæ eiusdem Ciuitatis; declaratæ tamen immunes & exemptæ à contributione stipendiorum Præpositi, & Satellitum eius, negotiorum politicorum, horologiorum publicorum, & aliorum superius non expressorum, vt refert idem Paponius eo loco *arest.* 19. Et in casu necessitatis ac bellorum contributum olim etiam à Sacerdotibus, alioquin immunitatem habentibus, indicat Liuius *lib.* 33. Plutarchus *in Camillo*, & Appian. *lib.* 2. *de bell. ciuil.* Vnde Arcadius Iurisconsultus ait *in l. fin. §. patrimoniorum autem, de muner.* patrimoniorum munera duplicia esse, quæ sumptibus patrimonij, & damno administrantis expediuntur. Nam quædam ex his muneribus possessionibus, siue patrimonijs indicuntur, veluti agminales equi, & mulæ, & angariæ, atque verhedi; quæ obsequia, qui neque municipes, neque incolæ sunt, adgnoscere coguntur, si habent bona vbi petuntur, & ab huiusmodi muneribus, neque primipilarem, neque veteranum, aut militem, aliumue, qui priuilegio aliquo subnixus sit, *neque Pontificem excusari.*

18 . Consentit Paulus Iurisconsultus *in l. Ab his onerib.* 10. *de vocat. & excusat. muner. Ab his oneribus*, inquit, *quæ possessionibus, aut patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationem.* Et Hermogenianus Iurisconsultus *in l. sunt munera* 11. *eod. tit.* ait: *Sunt munera, quæ rei propriæ cohærent, de quibus neque liberi, neque ætas, nec merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excusationem, vt est prædiorum collatio, via sternenda, angariorumue exhibitio, hospitisque suscipiendi munus. Nam nec huius quisquam excusationem, præter eos, quibus principali beneficio concessum est, habet. Etsi qua sint præterea alia huiusmodi.* Additque Glossa ad verbum *Pontifex in d. l. fin. §. patrimoniorum; Ergo neque Clericus, neque Ecclesia immunes sunt ab his muneribus, & collectis patrimonialibus. Quia vt prædia possideant à lege humana est. Sed quod Ecclesia, & pro ea Clericus ius decimationis, & primitiarum habet, hoc est à lege Dei. Et ideo Princips pro suo Episcopo subsit, vt hic, & C. de Sacros. Eccles. l. Ad instructiones, l. Sacrosancta &c. de Episc. & Cler. de his, & in auth. de alien. & emphyt. §. Si vero quis, coll. 9. & de Ecclesiasticis titul. §. Ad hoc, ead. collat. & in decreto 11. quæst. 1. ca. sicque, & ca. Cum ergo, & c. si tributum, & ca. Magnum quidem.*

Potest accedere, quod eius est legem interpretari, cuius 19
est condere, *l. 1. & fin. C. de legib.* Principes autem condidit legem, qua licet Ecclesiæ relicta temporalia retinere, & ei legare, *l. 1. C. de Sacros. Eccles. c. Constantinus 96. dist.* Confertque quod in negotijs, quæ ad communem vtilitatem pertinent, æquum sit vt personæ Ecclesiasticæ, ad quas pertinet quoque commodum, contribuant, vt expresse videtur decisum contra personas Ecclesiasticas, ea ratione in *cap. Peruenit, de immun. Eccles.* & iuxta regulam generalem, quod non sit ferendus is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem subire recuset, *l. vn. §. Pro secundo, C. de caduc. toll. l. fin. §. sed cum, C. de furt.* cum similibus.

Vltimum est prudentiæ. Nam res ac reditus Ecclesiasti- 20
corum in dies augentur in fabrica Ecclesiarum, Conuentuum, Monasteriorum, in fundatione Capellaniarum, in legatis pro anniuersarijs, aliorumque piorum operum; facultates verò sæcularium per multum diminuuntur, ac ipsi sæculares, & ciues deficiunt ob deuastatas à necessitatibus publicis, iustis ac nouis vectigalibus Ciuitates, ex quibus diminutio Maiestatis Principis, ita sanè vt tempus euenire possit, in quo ius naturale obliget Principem, qui Rempublicam administrat, ad curandum vt suum quisque teneat, neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat, & ad coercendam hanc damnosam inæqualitatem cum aliquo præiudicio Immunitatis Ecclesiasticæ. Quod nonnulli Principes fecerunt.

Et profecto si mens, atque intentio decernentium, re- 21
ctè consideretur, planè perspicuum erit, huiusmodi decreta, siue statuta non esse vsque adeò exorbitantia, neque contra libertatem Ecclesiasticam, sed magis ad publicam vtilitatem, & conseruationem familiæ, atque agnationis spectare, *tex. in l. 1. §. fin. C. de cad. toll. text. notabil. in l. Vtilitas, C. de primipil. lib. 12. & in l. act. §. Labeo ff. pro socio.* Et ita per multas rationes concludit Signor. de Homod. *cons. 21. incip. statuto Ciuitatis Mediolani*, dicens *num. 19.* quod dispositio illa non sit censenda contra libertatem Ecclesiæ, cuius auctoritate aggrauatur persona Ecclesiastica, publica vtilitate hoc exigente. Immò non grauatur persona Ecclesiastica, sed potius subditorum potestas limitatur. Facit ad hoc textus *in l. ad instructiones, C. de Sacros. Eccles. text. in cap. Peruenit extr. de immun. Eccles.* Socin. sen. *cons. 241. num. 1. vol. 2.* Bald. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 8.* vbi dicit, valere statutum factum in fauorem Reipublicę, etiamsi sit contra Clericos, & ad *rubr. eod. tit. de constit. num. 10. & in l. ea lege, C. de condict. ob caus. num. 12.* Hyppol. *in pract. crim. §. Aggrediar, num. 72.* Multa enim fauorem Reipublicæ conceduntur, quæ aliàs non concederentur, *d. l. vtilitas, & l. Ita vulneratus, vers. multa autem, ff. ad leg. Aquil. & d. l. 1. §. fin. C. de caduc. toll.* cum similibus. Sicque ob necessitatem publicam potest Clericis indici collecta, *d. l. Ad instructiones*, Ias. & Doctores *in l. Placet, C. de Sacros. Eccles.* Paris. *cons. 68. num. 14. & 22. vol. 1.* Alex. *cons. 30. per tot. vol. 5.* Hippol. *in d. §. Aggredior num. 61. cum seqq.* vbi multa exempla de prærogatiua vtilitatis publicæ notatu digna refert, quem ad hoc omninò vide, & Roman. *cons. 310. per totum.* Huiusmodi autem statuta, aut decreta non censentur fieri contra libertatem Ecclesiasticam, cùm principaliter concernant vtilitatem, ne immobilia transeant ad Ecclesias, & non possint postea, publica necessitate exigente, alienari, nec pu-

blicis

blicis functionibus grauati, neue minuantur vires Regni, transeuntibus rebus iure perpetuo ad personas, quæ viuere censentur perpetuo. Et ideò Principes priuantur iuribus, quæ acquiruntur ex morte, vel delictis possessorum, vel ex mutatione Dominorum, immò quod res eximantur à commercio hominum, quod fiant inalienabiles, vt religione perpetua eius patrimonium sit perpetuum, vt ait *l. Iubemus nulli* 14. *C. de Sacros. Eccles. cap. Nulli, de reb. Eccles. non alien. c. non liceat Papæ, c. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. Statutum enim contra Clericos fieri non posse quoad acquisita, Doctores *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, sed quoad acquirenda, ne Ciuitas, vel Respublica iurisdictionem super bonis immobilibus subditorum amittat, & subsidio collectarum careat, atque sic onera realia sustinere nequeat, meritò valet, Bald. *ad d. rubr. de constit. num.* 10. *& in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 22. *& in cap. Quæ in Ecclesiarum, num.* 8. *eod. tit.* Ias. *in d. l. filiusfamil. §. Diui, num.* 75. *cum seq.* quem vide. Hinc quoque est, quod valent statuta, quod res subiecta iurisdictioni statuentium, manere debeat tributaria, etiamsi ad Clericos, vel Ecclesiasticas personas perueniat, quia respiciunt quærenda, ne Ciuitas perdat tributum, Bartol. *in l. rescripto, §. fin. num.* 5. *ff. de mun. & honor.* Bald. *in d. l. Placet, num.* 4. *C. de Sacros. Eccles.* latè Ias. *ibid. num.* 21. *cum seq. & in d. §. Diui, num.* 78. Quia res transit cum suo onere, *tex. in l.* 2. *& in l. fin. C. sine censu, vel reliq. & in l. Alienatio, ff. de contrah. empt. & in l. fin. §. Lucius, ff. de donat.* latè Panorm. *in cap. fin. num.* 12. *de vit. & honest. Cler.* Quemadmodum enim Ecclesia vult, sibi sua iura intacta seruari, ita etiam Respublica in quærendis potest Statuto sua iura illæsa conseruare, ne res tributariæ ex priuilegio personarum immunes fiant. Et quemadmodum pacto quilibet rei suæ legem imponere potest, *l. Si ita quis, §. Eo lege, ff. de verb. oblig. tex. notab. in l. fin. C. de pact. inter emp. & vend. compos.* ita etiam Respublica singulari statuto in acquirendis facere potest. Ita præclarè docet Bald. *ad d. rubr. de constit. num.* 10. *& in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 8. *& in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 22. *eod. tit.* Atque ita etiam docent Molin. *de iust. & iur. tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 140. *nu.* 10. Graff. *in decis. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 233. Dried. *de libert. Eccl. lib.* 2. *cap.* 3. Ortiz *de Immun. Eccles. p.* 3. *dub.* 3. *fund.* 1. Pereira *de manu Reg. p.* 2. *cap.* 38. 39. *&* 67. Curellius *ad l. Friderici cap.* 24. *not.* 26. *& cap.* 85. *not.* 90. *& de libert. Eccles. lib.* 2. *quæst.* 58. & complures Iuristæ, vt Salycetus, & Barbatia, & alij *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. & in cap. Clericis, de iudic.* quos refert ac sequitur Anguianus *de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *contr.* 15. *num.* 33. *& seqq.*

22 At verò, quæ hactenus dixi, speciosa magis sunt, quàm vera. Nam licet conclusio sit, quod si Rex, Princeps, Respublica haberet vrgentissimas necessitates communes Clerici atque laicis, & bona laicorum non supperterent ad remedium necessarium adhibendum, tunc Clerici tenerentur contribuere ad huiusmodi necessitates, vt perspicuè constat ex *cap. Non minus, & cap. Aduersus de immun. Eccles.* Quia secundum ius naturæ est, eum pacti damna, quem sequuntur commoda, *l. secundum, ff. de reg. iur. cap. qui sentit, de reg. iur. in* 6. & ratio naturalis dictat, vt in his necessitatibus omnes Reipublicæ subueniant propter bonum commune, Panormit. *in cap. sicut* 3. *de iureiur. in fin.* Anchar. *in d. cap. Non minus num.* 8. vbi postquam dixerat, Clericos teneti ad refectionem pontium, &c. subdit hæc: *Vnde possumus dare generalem doctrinam, quod vbi tractatur de generali vtilitate laicorum & Clericorum, tenentur Clerici.* Quam doctrinam approbat Senatus Pedemont. *decis.* 68. *num.* 10. referens Ripam *lib.* 2. *resp. cap.* 20. & Bald. *in cons.* post illam decisionem typis excuso *num.* 6. tenetque Richard. *quodlib.* 2. *quæst.* 30. *ar.* 4. Gulielm. de Bened. *in cap. Raynutius, de testam. num.* 469. Perez *lib.* 1. *ordin. tit.* 2. *l. fin.* Hippol. *in pract. §. Aggredior. num.* 63. Speculator *p.* 4. *tit. de Clericis coniugatis §.* 1. *num.* 3. Bald. *in l. Iubemus nullam, C. de Sacros. Eccles. in* 1. *&* 2. *notab.* verba autem legis sunt eiusmodi: *Propter publicam vtilitatem concessio cuiusuis prærogatiuæ intuitu dignitatis, Religionis, vel personæ cessat.* Quod etiam habetur *ex l. nullus, C. de curs. publ. lib.* 12. Publica enim vtilitas est cuilibet priuilegio præferenda, priuilegiumque immunitatis generaliter concessum non includit casum publicæ vtilitati contrarium, nec generalis concessio immunitatis ab oneribus extenditur ad casum superuenientis nouæ necessitatis, Paul. de Castr. *in d. l. Ad Instructiones, C. de Sacros. Eccles. in fin.* Alex. *in l.* 51. *ex tot. etiam in fin. ff. de legat.* 1. ibique Dynus, Albericus, Salycetus, & Iason, qui alios refert *à num.* 7. estque communis, vt testatur hoc non improbans Felynus *in cap. Nonnull. de rescript. num.* 16. *in fin.*

Oportet tamen, vt obseruetur forma *d. cap. Non minus,* 23 *& cap. Aduersus, & Extrau. Quod olim, de immun. Eccles.* ex quibus Doctores communiter regulam constituunt pro contributione Status Ecclesiastici esse necessarium, quod concurrant requisita horum textuum, quod scilicet facultates Regis siue Principis ac laicorum publicæ, ac euidenti vtilitati non sufficiant. Quod Clerus contributioni consentiat. Ac tandem quod obtineatur confirmatio Sedis Apostolicæ, vt post innumeros docent Carolus de Graff. *de effect. Cler. effect.* 3. *num.* 226. *& seqq. & nu.* 238. *&* 239. Bellett. *disquis. Cleric. p.* 1. *de exempt. Cler. à mun. publ. §.* 2. *num.* 5. *& seqq.* præcipuè *num.* 10. & præ omnibus D. Fagnanus *in d. cap. Non minus è num.* 51. & disputat Panorm. *ad d. cap. Non minus, & in cons.* 3. *vol.* 1. Chassan. *ad §.* 4. *in princ. num.* 17. *& seq. in consuetud. Burgund.* & Guidopap. *quæst.* 376. *incip. de Clericis.*

Quibus iuribus consentit Concilium Lateranense habi- 24 tum sub Leone X. *sess.* 9. *tit. de reform. Cur. §. & cum à iure*, & aliud Concilium Lateranense sub Innocentio III. *in cap.* 46. cuius verba referuntur *in cap. Aduersus* 7. *de immun. Eccles.* Item Concilium Toletanum *cap.* 21. relatum *in c.* 69. *Ecclesiarum seruos* 12. *quæst.* 2. Alexander IV. *in cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. cuius constitutionem innouauit Bonifacius VIII. *in cap. Quamquam, eod. tit.* & adiecit, vt obtineret, non obstantibus contrarijs Constitutionibus, quas improbat, vt corruptelas, statuitque Clemens V. in Concilio Viennensi *in Clem. fin. de Censib.* Id, quod fecerunt Galli in suis Druidis, Ægyptij in suis Sacerdotibus, Iul. Cæs. *lib.* 6. *comm. de bell. Gallic.* Diodor. Sicul. *lib.* 1. *biblioth. cap.* 6. Quare & terra Sacerdotalis in Ægypto libera fuit ab omni tributo imposito terris ob penuriam venditis, quod erat quintæ partis frugum, Gen. *cap.* 47. *v.* 26. & Rex Assyriorum *in lib.* 1. *Esdr. cap.* 7. *v.* 23. scripsit subditis, *Vobis quoque notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathineis, & à ministris domus Dei, (idest Esdra) vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.* Et quando Deus iussit numerari populum, & capitationem pro singulis dari in vsum Tabernaculi, *Exod. cap.* 30. *num.* 12. Leuitæ non fuerunt numerati ea ratione, vt capitationem soluerent, sed alia, vt ministeria tabernaculi iuxta domos, & familias suas exequerentur circa cultum Dei, & loco primogenitorum Israel fuerunt Domino consecrati, & onera in tabernaculo, & postea in templo Dei subierunt, *Num. cap.* 1. *v.* 2. *&* 47. *& seqq. & cap.* 2. *v.* 33. *& cap.* 4. Itaut Nicolaus III. ad Ludouicum, & Carolum Reges *in cap.* 19. *reprehensibile,* 23. *quæst.* 8. reprehendat Principes, quod in muneribus, & oneribus militaribus noctu, diuque dicerent Episcopos detentos, etiam contra pyratas, quod hoc alienum sit ab officio Ecclesiasticarum personarum, & quod personæ Ecclesiasticæ non debeant prætextu militiæ temporalis amoueri à militia cœlesti, quàm orationibus debent excolere, iuxta id, quod scriptum ad Timoth. cap. 3. *Nemo Deo militans implicare se debet negotijs militaribus.* Referaturque *lib.* 2. *Machab. cap.* 3. vindicta de Heliodoro, quod ex mandato Regis vellet aurum, etiam creditum, seu depositum intra septa Templi, accipere; multò magis vindicta est expectanda à Deo in Principes, qui non solùm deposita in Ecclesia, sed bona ipsius Ecclesiæ tollere velint. Nam in eo magis Templi sanctitas violatur, & in proprijs magis, quam in alienis. Ac tandem excommunicantur nominatim in Bulla pronunciata in Cœna Domini, qui tributa, collectas, & onera Ecclesiæ, & Ecclesiasticis imponunt absque Pontificis assensu.

Ratio prior adferri potest ex parte personarum Ecclesia- 25 sticarum, quæ sunt honorandæ, & non grauandæ à quoquam, *cap. Ecclesias* 28. *in fin.* 23. *quæst.* 8. Alia, quia personæ laicorum cuiuscumque sint potestatis, nullam potestatem habent in personas aut res Ecclesiæ. Ideòque

nec de

nec de illis legem ferre, aut disponere possunt, *cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Concil. Lateranense sub Innoc. III. *cap. 44. Ecclesia S. Mariæ, & cap. quæ in Eccles. de const. Auth. Cassa, C. de Sacros. Eccles.* Item constitutiones Regum, Imperatorum, aliorumque Principum legibus sunt postponendæ Ecclesiasticis, in his maximè, quæ ad personas, & res Ecclesiæ pertinent, *c. 1. cum quinque sequentibus 10. d.*

26 Nec est inuidendum Ecclesiæ & personis Ecclesiasticis, si alijs laicis pugnantibus, tributis & vectigalibus ad Reipublicæ munera oneratis, eiusmodi Ecclesiasticæ res & personæ sua immunitate, & libertate potiantur, quamquam & ipsi in eadem Republica sint, in eodemque loco, & quamuis in priuilegijs & vtilitatibus publicis ex contributionibus succedentibus participent, & commoditate, defensione, ac beneficio, quæ per tributa, & vectigalia indicta & superindicta eueniunt, fruantur. Siquidem quemadmodum Ecclesia & personæ Ecclesiasticæ immunes sunt ab oneribus laicorum, & sunt participes nihilominus commodi, & vtilitatis illorum; sic è contra personæ laicorum immunes sunt ab oneribus, militia, laboribus, & muneribus Ecclesiasticis, & nihilominus participes sunt cultus diuini, orationum, & ministeriorum earum. Sic nutritur corpus Reipublicæ per temporalia corporalibus necessarijs; per spiritualia verò verbo, in anima; & ita onera compensantur. Hinc Clerici Deo Domino, ac quotidie pro se, prouè populo inseruiunt, & ministerium impendunt. Laici in corporalibus onera contrà soli sustinere debent, ne Ecclesiastici duplici onere, & ministerio corporali & spirituali grauentur, *c. quoniam idem mediator 8. 10. d.* Quare personæ Ecclesiasticæ vtuntur priuilegijs loci, vbi degunt, *cap. dilecti 17. de for. comp.* Neque est absurdum, quod Clerici gaudeant beneficijs statutorum populi, licet non supportent onera temporalia, quæ alij ferunt. Quia sufficit, quod subeant onera spiritualia, vt scribit Paul. Castr. *cons.* 300. *&* dicebat D. Paulus Corinthijs 1. *9. v. 11. &* 2. & ad Roman. 15. *v. 27.*

27 Ex parte verò rerum constat, Deo dicatum non esse ad vsus humanos transferendum, *cap. semel Deo dicatum 51. de reg. iur. in 6. l. In tantum, §. Sacra, de rer. diuis. §. Sacra, eod. tit.* apud Iustin. *l. ædes Sacra ff. de contrah. empt.* Idque siue de personis, siue de rebus Ecclesiæ agamus, Io. Andr. *ad d. cap. semel*, Panorm. *ad cap. Ex publico, de conuers. coniug.* Sic in lege Dei, Leuit. *cap. 27. v. 28. Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum Sanctum Sanctorum erit Domino.*

28 Accedit, vt, quemadmodum Clericus non tenetur ad pedagia, guidagia, & collectas pro rebus Ecclesiæ, ita nec pro rebus suis, vel sui patrimonij, vt liquet ex iuribus antecitatis, & *ex cap. fin. de vit. & honest. Cler.* & ibi Panorm. *num. 4. d. Clem. Præsenti, de censib. cap. Quamquam, de immunit. Eccles. in 6.* Panor. *cons. 6. vol.* 1. Idem dicitur, si aliquid donatur, vel relinquitur Ecclesiæ, vt non teneatur soluere certum quid pro libra secundùm statuta quorundam laicorum iusta *c. Tributum, §. quamuis 23. quæst. 8. cum duobus seqq.* & idem inquit Panorm. *d. cap. fin. num. 4. de vit. & honest. Cler.* si donatio facta fuerit Clerico. Vide vltionem Dei in Principes hac de causa in libris *Reg. 4. c. 11. v. 17. & seqq.*

29 Rursus bona Ecclesiarum destinata sunt publico vsui spirituali, & reseruata non solum in alimoniam pauperum, sed etiam Clericorum, & ad restituendum cultum diuinum, si quando contingeret à tyrannis opprimi, *c. futuram, & c. videntes 12. quæst. 1.* Quare alienari non possunt ab ipsis etiam Præpositis, *c. nulli liceat 12. q. fin.* neque deputata ad certum vsum diuinum alijs vsibus debent applicari sine authoritate Summi Pontificis, *cap. Quia contingit, de relig. domib.* Adi Christum Dominum de tributo soluendo ab Ecclesiasticis disserentem apud D. Matthæum *cap. 17. num. 24.* Certè ab alienis non subditis non potest peti tributum, & census, quia cùm arguatur inde subiectio, *cap. 1. de censib.* non subditus non tenetur. Ecclesiasticæ autem personæ non sunt subditæ potestatibus temporalibus, sed Summo Pontifici, & ab eo commissæ Episcopis, & Præpositis, *l. Cùm clerici 25.* & Constitutio *Statuimus, C. de Episcop. & Cler. tot. tit. de for. comp. c. Cleros 21. d. nouell. Vt Clerici apud proprios Episcopos conueniantur.* Soluitque Christus tributum, non ex debito, sed ne scandalizaret alios, Glos. *in c. Magnum 28. ad verb. soluit 11. qu. 1. & c. Iam nunc 28. qu. 1.* Habent enim & res Ecclesiæ sua onera, à quibus laici liberantur, vt non mirum si Ecclesia ab oneribus laicis imminentibus liberanda sit. Debet enim alere Clericos, fabricas, & ædificia Ecclesiarum curare, suum Præpositum nutrire, & prædicatores verbi Dei honorarijs donare, pauperes nutrire, *c. quatuor, c. de redditibus, c. Vulterrana 12. q. 2.* cultum diuinum suis sumptibus facere, quod pertinet etiam ad luminaria, & alia, *c. Nemo, de consecrat. d. 1.* Annatas, decimas, & procuratores Superioribus dare, *cap. Conquerente, de offic. Ordin. cap. Cùm secundùm Apostolum, de præb.* Sic vt Leuitæ soluebant Sacerdotibus olim partem decimarum, nunc Clerici, vt *in cap. 1. & 2. in fin. de decim.*

Neque desideratur ius ciuile. Nam Honorius, & 30
Theodosius *in l. Placet 5. C. de Sacros. Eccles.* tributariæ vsurpationis contumeliam depellit, & statuit, ne prædia vsibus cœlestium secretorum dicata, sordidorum munerum fæce vexentur, & ne extraordinarium quippiam ab eo tempore, superindictumue ab Ecclesijs flagitetur, nullaque translatione fatigetur. Immunitasque personarum datur *in l. omnes 33. de Episcop. & Cler.* vt nullus Ecclesias, vel monasteria propria, quæ Religionis intuitu Clerici habitant, relinquere miserabili necessitate iubeatur. Iustinianus secundus in nouella Constitutione 131. *§. Adhac, sancimus,* inquit, *ne vllarum Sacrosanctarum Ecclesiarum, & aliarum venerabilium domuum possessiones sordida munera, & extraordinarias descriptiones sustineant.* Atque ita submouetur onera lucratiuarum descriptionum à largitis Ecclesiæ ex bonis curialium, ad quæ alij tenentur, *l. sancimus 18. C. de Sacros. Eccles. & d. nouel. 131. §. quod si res,* iunge *l. vnic. C. de impon. lucrat. descript.* Latior deinceps constitutio in fauorem Ecclesiæ Friderici II. Cæsaris *in §. Item quæcumque Communitas, de statut. & consuet. in collat. 10. post lib. feud.* relata *in l. Item nulla Communitas, C. de Episc. & Cler. Item,* inquit, *nulla communitas, vel persona publica, vel priuata collectas, vel collectiones, angarias, vel perangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere Ecclesiastica bona præsumant. Quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel Imperio, emendare contempserint, triplum refundant, & nihilominus bona imperiali banno subijciantur, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.* Idem Imperator in Constitutione nouella, *Cassa, C. de Sacros. Eccles.* statuit cassa & irrita statuta omnia denunciari, omnesque consuetudines contra libertatem Ecclesiæ, eiusque personas, & in contemptores eius Nouellæ voluit bona eorum per totum Imperium impunè ab omnibus occupari.

Atque ex his facilè diluuntur quæ contrà deduximus. 31
Ad tria enim capita reduci possunt, nempè considerata potestate Principis, necessitate, ac rerum temporalium qualitate. Principi temporalia & res temporales subiectæ sunt, & dispositio in potestate Principis, & aliunde sæpè necessitas quod non est in lege licitum, efficere potest licitum, *cap. Quod non est, de reg. iur.* apud Gregor. *cap. 2. de obser. ieiunior. cap. Quanto, de consuet.* Quamombrem & non erit forsan alienum à Dei permissione propter vrgentem necessitatem imminentis hostis, iam obsidentis ciuitatem, & mox ingressuri, si & bona Ecclesiæ, & personæ quædam defensionibus accommodæ cogentur, & adhibeantur, & quo casu non patitur tempus consilium deferri, atque à Summo Pontifice peti authoritatem, & forsan impossibile est Superiores in hac parte intercluso itinere adire. Hic enim verè non est contemptus nec Dei, nec Ecclesiæ, quia eo animo non fit, vt iniuria cultui diuino inferatur, & eius bonis, quæ certè, si fieri possit, restitui ei debent. Et si fieri etiam posset consulendum esset etiam in summis illis necessitatibus, & periculis, vt personæ Ecclesiasticæ, dum alij arma tractarent, orationibus, & lacrymis in Ecclesia vacarent, cùm à Deo vera, cita, & certior haberi possit victoria, & facilis liberatio.

Non itaque impugnantur leges Imperatorum ac Re- 32
gum ex eo capite, quod iniustæ dici mereantur ob causas, ex quibus ad contributionem dicunt teneri Ecclesias, illarumq; personas. Illæ enim sunt iustissimæ, sanctissimæque,

Digitized by Google

mæque, & quæ mouere debent Summum Pontificem ad subuentionem laicorum in ijs necessitatibus: sed reijciuntur eo, quod disponant laici de rebus Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum, ac leges de illis constituant, bonas quidem, sed sine potestate, qua destituuntur in rebus & personis Ecclesiæ, quæ alterius sunt potestatis, & iurisdictionis, *c. Bene quidem 96. d. cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Nec maior est defectus quàm potestatis. Et iurisdicenti extra territorium impunè non paretur, *l. fin. ff. de iur. omn. Iud.* Vnde in casu necessitatis, quo facultates laicorum exhaustæ sunt, posse ex consensu personarum Ecclesiasticarum aliquid exigi auxilij nomine iam placuit Concilio Lateranensi generali, quod quamuis prohibuerit propria laicali authoritate exigi, vel imponi, tamen ex consensu Episcopi permisit alibi *in cap. Non minus 4. de immun. Eccles.* tribus concurrentibus, vt notat. Panormit. *ibidem*.

33 Primum requisitum ponitur his verbis: *Vbi laicorum non suppetunt facultates*. Itaque prius discutiendæ sunt facultates, non solum communes Reipublicæ, sed singulorum ciuium, non physicè, sed moraliter. Id quod est consentaneum iuri Canonico, habetque maius rationis fundamentum ex sententia Abbatis, quem multi sequuntur, præsertim Fagnan. *num. 26.* estque conforme menti Pontificum expressæ in eorum Indultis, quæ in huiusmodi necessitatibus concesserunt, vt videre est in Indulto Vrbani VIII. pro Ducatu Mediolanensi apud Marchin. *de peste p. 4. cap. 4. num. 29.* & pro ciuitate Panormitana apud Delben. *de Immun. cap. 5. dub. 20. num. 7.* & Clementis VIII. pro Florentinis apud Martham *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 5. num. 49.* In quibus Pontifices mandant Nuncijs, & Ordinarijs, vt discussis prius facultatibus Communitatum, ac Vniuersitatum & hominum, siue laicorum, & his inuentis non sufficere, cogant Ecclesias, & Ecclesiasticos ad contributionem faciendam. Alioquin esset nimia relaxatio ad inducendum in Clericis subsidia, cùm ferè semper tenerentur, dictas contributiones præstare. Nam ferè semper Ciuitates in communi non sunt ita diuites, vt possint ex communibus reditibus publicæ necessitati, vel vtilitati prouidere, vt profectò priuilegium Clericorum frustraretur, cùm & laici quando bona Ciuitatis communia non sufficerent, ad contributiones non tenerentur. Ac proindè huiusmodi contributio regulanda est instar charitatiui subsidij, quod à suis subditis exigere possunt Papa, Cardinales, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, *cap. fin. de dilat. cap. Ad deliberandum de Iud. & Clem. de decim. cap. Conquerente, de Offic. Ordin. cap. Cùm Apostolus, §. Prohibemus, de censib. cap. Quia plerique, de immun. Eccles. clem. frequens, §. In exigendo, de excess. Prel.* Quod sanè ex mente ipsorum iurium nonnisi ex necessitate vrgentissima debet imponi, aut exigi, & quando exigens aliunde sibi consulere non potest. Qua de re fusè Nicol. Boer. *dec. 133.* cum tribus sequentibus.

34 Secundum requisitum est, vt contributio non fiat, nisi Episcopus, & Clerus, re inspecta, & considerata, existiment, esse faciendam. Ita habetur *in d. cap. Non minus*, & expressius *in cap. Aduersus*, ibi: *Episcopus simul cum Clericis*. Vnde constat, non posse Episcopum solum contributionem approbare, vel iubere etiam iuxta dispositionem *d. cap. Non minus*, quia concursus Cleri simul postulatur pro forma. Sub nomine verò Cleri, ac Clericorum venit non solum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam totius diœcesis. Quia illis omnibus contributio est imponenda, atque adeò omnes, vel saltem maior illorum pars, contributionem approbare debent. Quod enim omnes tangit, ab omnibus particulatim approbari debet, *cap. Cùm omnes, de constit. & cap. Quod omnes de reg. iur. in 6.* Et tenet Bellett. *in disq. cler. p. 1. tit. de exemp. Cler. & cor. bon. §. 2. num. 5.* Megal. *p. 2. lib. 2. cap. 17. quæst. 6. num. 124.* Bonacin. *in Bull. Cœn. disp. 1. quæst. 19. pun. 3. §. 3. num. 15.* Marchin. *de pest. p. 4. cap. 4. num. 11.* Et quia neque Episcopi ex arbitrio possunt onerare sibi subditos, *clem. 1. in fin. de censib.* Ex quo occurritur collusioni quorumdam Episcoporum, qui cum Principibus, & laicis auidis ad colligenda, vel melius ad rapienda bona ecclesiastica, possent temerè auxilia illa Principibus, vel Communitatibus contra Clerum permittere. Sed & in eo consulitur ipsorum Episcoporum securitati, qui alioquin si ex illorum solo consensu hæc contributio penderet, non auderent potestatibus armatis illa subsidia ita facilè negare, prout facient, cùm ab ipsis solis non pendere docebunt, sed à toto Clero, cui indulta sunt iure diuino, & humano illa priuilegia immunitatis. Sicque anno 1624. practicatum fuit Nouariæ, & Mediolani, dum Ecclesiastici ex decreto Vrbani VIII. contributiones præstare cogerentur, ac firmauit Rota in illa celebri *dec. Brundusina Gabella die* 13. Februarij 1604. coram Pegna. Quod est contra Suarez, & alios *lib. 4. cap. 25. num. 16. Apolog. in Reg. Angliæ*. Et licet id relinquatur arbitrio Cleri, non tamen hoc intelligitur ad decernendum, an debeant contribuere, cùm ad id teneantur, sed ad videndum, an euenerit casus, scilicet necessitas communis, in qua tenentur contribuere, ita sanè, vt non intelligatur de libera voluntate Cleri, sed de arbitrio à iure & ratione regulato. Verbum enim *existiment* positum *in d. cap. Non minus*, ibi: *Nisi Episcopus, & Clerus subsidia per Ecclesias existiment conferenda*, non refertur ad placitum voluntatis, sed ad arbitrium boni viri, ratione regulatum, *l. fideicommissa, §. quemquam, ff. de legat. 3.* & docent Gutier. *lib. 1. pract. quæst. 3. num. 7.* Senat. Pedemont. *dec. 68. num. 18. & 19.* Bart. *in Extrau. Ad reprimendum, v. Videbitur*. Quod si Episcopus & Clerus iustæ contributioni consensum denegauerint, vel rationabile dubium sit, illum denegaturum, tunc poterit recurri ad Summum Pontificem, ad quem spectat dijudicare, an tales contributiones iustè Clericis imponantur non tantum generatim, sed etiam in particularibus euentibus, in quibus solent non minus excessus, & violentiæ committi, quàm irrationabiliter dissentire, Syluest. *v. Immunitas 1. qu. 5. dict. 4.* Angel. *d. v. nu. 39.* Lopez *p. 1. instruct. nou. cap. 190.* Panormit. *in d. cap. Non minus n. 20.* & alij.

Quam praxim Augustissimi Reges Hispaniarum religiosissime hucusque obseruarunt. Nam Philippus II. Caroli V. Imperatoris Filius, Austriacus, Hispanicus, Africus, Belgicus, cunctarum Gentium Pius Parens, inter totius Orbis Monarchas potentissimus, Numine Dei electus ad sparsa Imperia congreganda, catholicamque fidem longè latèque propagandam per Comitem de Oliuares, legatum suum sub anno 1591. ablegatis contrarijs opinionibus Doctorum, Indultum Apostolicum humillimè à Summo Pontefice expostulauit. Cuius Regis obedientia, & pietas erga Sedem Apostolicam, & Ecclesiasticos viuit etiamnum non modò superstes historiarum beneficio, quo quidquid ex illo miramur, manet, mansurumque est in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum; sed etiam in inclyta sua posteritate viuit, & quidem in Serenissimo præcipuè Carolo II. eius pronepote, qui vocato subinde ad contemplationem virtutum eius animo, sic eius memoriam veneratur, vt omnia facta, dictaque sua secum reuoluat. Proindeque minimè permissurus esse videatur, se circumuentum artibus pseudopoliticis, sed illius ipsius libertatis Ecclesiasticæ propugnatorem, religiosissimumque Summi Pontificis mandatorum aduersus ipsos libertatis oppressores vindicem & exequutorem extiturum. Præterquam enim quod respectu suarum necessitatum nihil in Ecclesiasticos iniquum parandum sibi putabit, vtpotè quibus tam religiosè ac piè connexus est, vt ijs hostis esse non possit, nisi sibi sit. Etiam illud cogitabit, non posse se opinionis contrariæ administrum esse, nisi vna tectam salutis publicæ inuolucro doctrinam cum omnibus Sacris Concilijs non consentaneam, tum ab Atauo suo, suisque Maioribus quondam explosam, asserendam suscipiat. Vt proptereà hoc anno 1668. stante præcisa necessitate, ac potissimum quia licet cessauerunt bella pro custodia Regnorum Hispaniarum, adhuc tamen durant eorum effectus. atque ex alijs rationibus in supplici libello per Maiestatem suam fa. me. Clementi IX. expositis, Sanctissimus, etiam in ordinem ad conseruationem pietatis in ipsis Regnis, necnon in signum paternæ beneuolentiæ, qua Regem pupillum prosequebatur ac fouebat, petitam contributionem, siue potius subsidium ad aliud sexennium concessit, Cleri consensu minimè accedente.

Tertium requisitum est, vt, *propter imprudentiam quorundam, Romanus Pontifex consulatur, cuius interest communibus vtilitatibus prouidere*. Ita Innoc. 3. *in d. cap. Aduersus*. Hoc autem requisitum esse quoque extendendum 35

ad illas

ad illas actiones, quæ frequenter necessariæ sunt, & habent quasi innatam naturalem æquitatem, ac pietatem euincitur. Nam Innocentius de eisdem exactionibus, vel tributis cum Alexandro III. loquutus est, ac proinde hoc requisitum ad omnia tributa, in quæ propria requisita cadunt, extenditur. Ideoque, licet difficile, videatur, tamen seruandum est, quia sic voluit, ac potuit illud imponere, fuitque expediens propter vitanda incommoda, quæ frequenter occurrunt. Nam tanta est hodie audacia, & inuidia, & vt textus loquitur *in d. cap. Aduersus*, *imprudentia*; siue vt alibi legitur *impudentia*, siue vt aliter *impertinentia* laicorum, vt facilè vel minis, vel coactione, Clerum ad consentiendum compellere possent, etiam tune necessitate vrgente, & proindè sub pœna excommunicationis, ne id fiat, inconsulto Pontifice, vetitum est. Alia ratio quod hoc priuilegium immunitatis toti Clero & in fauorem Ordinis fuit concessum, & proindè à singularibus Clericis, etiam in sui præiudicium renunciari non potest, *cap. si diligenti*, *de for. comp.* Ideoque requiritur consensus Summi Pontificis, qui causa cognita ex iusto potest dispensare. Quare si Episcopus, & Clerus consentirent, inconsulto Summo Pontifice, non solum malè facerent, & puniri possent, sed etiam factum non teneret, quia non est seruata forma à iure canonico præscripta. Neque reuera ius Canonicum supponit rem præsumptam, in qua fundetur, sed solum morale periculum, & occasionem frequentis mali, & nocumenti. Hoc autem satis est, vt lex vniuersaliter feratur; ac obliget etiam in particulari casu, licet in eo negatiuè cesset finis, seu ratio legis. Nam tunc non cessat finis legis, & ratio ipsius adæquatè, ac proinde non cessat obligatio legis. Quia solum cessat ex adæquata cessatione finis. Finis autem legis non obtinetur in actionibus particularibus, ex quibus postea resultet publica vtilitas, sed per se primò obtinetur in actione, vel casu vniuersali concernente immediatè esse vniuersale; ideòque non potest adæquatè cessare ex eo, quod cessat in casu particulari. Atque hanc sententiam tenendam esse, docent Glos. *in d. cap. Non minus vers. Tantam*, vbi Panorm. *nu.*18. Gregor. Lopez *l.*54. *tit.*6.*p.*1. Syluest. *d. num. Immunitas l. qu.*5. *dict.*4. Angel. *ead. v. num.*37. Ludou. Lopez *d. p.*1. *Instr. non cap.*190. Azebedo *l.* 11. *tit.* 2. *lib.*1. *recop. num.*7. Calder *tit. de censib. cons.*2. *num.*3. Dec. *in d. cap. Non minus* Blas. Nauar. *de vectigal. cap.*10. *post princip.* Gaspar. Steph. *de defens. Immunit. fol.* 113. *&* 63. D. Antonin. 3.*p. tit.*12. *cap.*3. §. 2. Tabien. *v. Excommunicatio* 5. *cas.* 8. *num.* 4. Gutier. *lib.*1. *tract. qu.*3. *num.*6. Senat. Pedemont. *dec.*68.*n.*20. *& seq.* Medin. *C. de restit. qu.*15. Ortiz *de polit. immun. Eccles. p.*3. *fol.*322. Maximilian. Faust. *de Aerar. claus.*17. *cons.*42. Fragos. *de regim. Reipub. p.* 7. *lib.*2. *disp.*4. *num.*334. Maynard. *de priuil. Eccles. p.*2. *ar.* 24. *num.* 30. *&* 31. Tambur. *de iur. Abbat. tom.*1. *disp.*15. *q.*20. *num.*5. Baun. *in theol. moral. p.*1. *tr.*11. *q.*33. Marchin. *de peste p.*4. *cap.*4. *num.*14. Bottin. *in tract. de Caualcata*, *seu seruitijs vasallor. p.*3. *cap.* 6. Card. Baron. *tom.*4. *anno* 387. Valboa de Negrouejo *concl.* 11. *num.* 136. *& seq. &* Valentin. *potest. Sum. Pontif. cap.* 2. Delbene *de Immun. cap.*5. *dub.*18. *sect.*1. *num.*9. & ante ipsum Suar. *d. cap.*26. *num.*18. Constatque ex *Extrauag.* 1. *de Immun. Eccles.* vbi districtè præcipitur Episcopis, vt nullo modo, vel titulo concedant laicis hanc contributionem absque Romani Pontificis licentia. Idem habetur ex Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess.* 9. sub *fin.* §. *Et cum à iure*, quod innouauit decretum Bonifacij VIII. in *cap. Clericis*, *de immun. Eccles. in* 6. iam reuocatum à Benedicto XI. & Clemente V. illud reducente ad terminos *cap. non minus & cap. Aduersus* Bellett. *p.*1. *tit.*5. §. 2. *nu.*11. & Sperell. *dec.*37. *nu.*83. vbi subdit, ita declarasse S. Congregationem Immunitatis approbante Vrbano VIII. & explicant In. Andr. Gemin. & Anchar. *in d. cap. Clericis*, ac tenet Riminald. *cons.*2. *num.* 20. tandemque innouatur à Concilio Trid. *sess.*25. *cap.*20. *de reform.* ac definitur *ca.*18. Bullæ in Cœna Domini, quæ super hoc innouat omnes Canones, etiam in d. Lateranensi Concilio nouissimo editos cum suis censuris & pœnis.

36 Qui Pontificis consensus postulandus est, etiamsi necessitas, vel vtilitas publica concernat æquè principaliter Clericos atque laicos, vt firmant Narbona *in* 3. *p. recopil. lib.*2. *tit.*4. *leg.*57. *glos. vnic. num.* 24. Marchin. *de pest. p.* 4. *cap.*4. Castill. *de tert. tom.*7. *cap.*9. *num.*32. *& seqq.* Gutier. *de gabel. quæst.*92. *per tot.* Peyrin. *in Priuil. Minim. tom.*1. *constit.*2. *Iulij II.* §. 33. *num.*141. Medin. *de restit. q.*15. Gig. *de pension. q.* 90. Gutier. *qq. practic. lib.*1. *quæst.* 3. Azeued. *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *num.* 7. Auel. *in cap.* 23. *Prætor. glos. de ordin. num.* 7. & Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *res.* 11. fauetque Rot. *in Leodien. gabellæ* 19. Martij 1604. coram Attrebatensi, ac seruatur omninò in praxi, vt videre est in Indulto Ciuitati Florentinæ anno 1600. à Clemente VIII. concesso pro imponenda contributione Clericis ad reparandum flumen Arni, apud quod bona Clericorum erant. In Indulto Ciuitati Panormitanæ anno 1634. ab Vrbano VIII. similiter concesso pro expensis factis tempore pestis. In Indulto dato à Gregorio XV. toti Etruriæ, & ab Vrbano VIII. Ducatui Mediolanensi etiam pro peste, illud die 25. Februarij 1622. hoc die 10. Maij 1624. Item in Indulto Maximiliano I. & Carolo V. Imperatoribus ab Alexandro VI. & Paulo III. concesso ad obtinendum subsidium ab Ecclesiasticis pro bello contra Turcas, & Hæreticos, prout etiam expostulauit, & obtinuit Emanuel Rex Lusitaniæ à Leone X. pro bello contra Mauritanos, & Respublica Veneta contra Turcas, teste Bembo *lib.*5. *sua Historia*.

Atque ita etiam nupertimè sub die 26. Nouembris 1692. *Al Vescouo di Piacenza. Essendo state riferite alla Santità di Nostro Signore le instanze di cotesti Magistrati secolari che espongono di venire obligati anco per il presente anno di somministrare le contributioni, e i quartieri allo truppe Alemane, e che i Laici sono impotenti à poter soli sopportare tutto il peso, si è la Santità sua benignamente contentata, che per via di questa S. Congregatione dell' Immunità Ecclesiastica si commetta à V. S. di fare eleggere, e congregare i Deputati del Clero tanto secolare, quanto regolare de' luoghi di cotesta diocese, che sono sottoposti alle dette contributioni per riceuere da essi il consenso, e poi trattare co' Ministri Ducali sopra i ripartimenti, e contributioni per quella rata, che in supplimento della facoltà de' laici consentiranno i medesimi Ecclesiastici per questo presente anno di contribuire. Volendo però Sua Beatitudine, che non debbano concorrere à cosa alcuna i beni, che si possegono da' Signori Cardinali, quei delle Chiese Parochiali, che non eccedono la congrua conueniente all' onesto sostentamento de' Paroche, quei delle Commende de' Caualliers di Malta, e nè anco i beneficij vacanti, i frutti de' quali debbono peruenire alla Camera Apostolica, ne i beni spettanti al S. Officio. Douerà però V. S. auuertire, che l'esattioni stabilite nella sudatta forma non si possano fare, se non da persone deputate da' medesimi Ecclesiastici, e inoltre di conformarsi in tutto alla presente necessità, alla dispositione de' Sagri Canoni, e specialmente del cap. non minus, & cap. aduersus de Immun. Eccles. In questa forma douerà V. S. contenersi, e Iddio la prosperi.*

Et die 10. Martij 1693. Eidem Episcopo Placentino. *Essendo peruenuto à notitia della Santità di nostro Signore, che i Cleri di Parma, e di Borgo S. Donino habbiano nelle correnti necessità stabilita la somma, la quale consentono di contribuire per le truppe Cesaree in supplimento delle facoltà de' Laici, e apprendende Sua Beatitudine, che dalla dilatione in aspettare la risposta di quanto fù à V. S. ordinato con lettera di questa S. Congregatione dell' Immunità Ecclesiastica sotto li 4. del corrente mese, possano risultarne nello stato presente delle cose graui pregiudicij, hà commandato, che per via di questa stessa S. Congregatione s' imponga à V. S. di significare à cotesto Clero esser mente di S. B. che'l medesimo concorra senz' altra replica al pagamento di dette contributioni à quella medesima proportione, che hanno concordato gli accennati Cleri. E quando cotesti Ecclesiastici si mostrassero à ciò renitenti, ò morosi, ella vegli constringa senza ritardo nelle forme dounte. Non manchi però V. S. di prontamente eseguire gli ordini della Santità Sua con ragguagliare successiuamente di quanto anderà seguendo, e Iddio la feliciti.*

Eidem Episcopo die 14. Aprilis 1693. *La Santità di Nostro Signore doppo auer sentito il parere di questa S. Congregatione dell' Immunità Ecclesiastica, nella quale è stato maturamente ponderato tutto ciò, che si contiene nella lettera scritta da cotesto Clero à S. B. e lo stato presente delle cose, hà giudicato, che nella violenza, con la quale cotesti stati, benche feudali di questa Santa Sede sono con suo graue sentimento forzatamente astretti à dar quartieri, e contributioni à truppe d'altro Prencipe, sia espediente, che il Clero souuenga à' Laici con qualche onesto sussidio per redimere i beni non*

solo

Digitized by Google

solo laicali, ma anco i proprij, da quei danni, quali potrebbono essere esposti se si eseguissero le minacciate esecutioni militari, hà però ordinato la Santità Sua, che per mezo di questa S. Congregatione s'imponga à V. S. come si fà con la presente, di dar piena essecutione à quanto le fu scritto colla Lettera de i 10. Marzo passato con far non solo sollecitamente la riscossione à quella proportione, che i Cleri di Parma, di Borgo S. Donino si sono esibiti volentariamente di pagare, mà con farne senza altra replica, & potrebbe esser troppo dannosa nelle presenti circostanze, seguire la consegna in mano de' Ministri Publici. Così douerà V. S. fare ottimamente eseguire, e Iddio la feliciti. Patet igitur lapsus contrariæ opinionis exemplis manifestis. Ratio autem est, quia Summi Pontificis interest communibus vtilitatibus prouidere, vt eaprimitur ab eodem Innocentio *in d. cap. Aduersus*. Vnde quamuis demus iustum & rationabile esse, vt Clerici ad hæc opera contribuant; inde tameo non sequitur dicta iura eaoonica non loqui de contributionibos, quæ necessitatem, vel vtilitatem publicam coocernunt æquè ac principaliter Clericorum, & laicorum; quia illas non prohibent, sed modum & formam in illis seruandam statuuot, qua non seruata, corruit actus. Quare causa contributionis prodesse potest ad obtinendum Episcopi, ac totius Cleri consensum, ac Summi Pontificis approbationem, non autem vt illam potestas sæcularis propria auctoritate ab Ecclesiasticis exigere valeat, vt deciditur *in d. cap. Non minus*, ibique Glos. *v. Tantam necessitatem*, & *in d. cap. Aduersus extr. de immun. Eccles.* docetque Surd. *cons. 301. sub num. 66. & seqq.* Rot. *in Valentina Gabella* 9. Decembris 1598. coram Orano, §. *Proinde*, & in d. Brundusina Gabellæ *sub num. 2. & seqq.* Traduntque Gutier. *de Gabell. q. 92. sub num. 41. & seqq.* Alter. *de consur. Eccles. tom. 1. lib. 5. disput. 19. cap. 6. §. Quarta dubitatio*, Gratian. *discept. 390. num. 17.* & alij relati per Leoo *in thesaur. for. Eccles. p. 3. cap. 7. à num. 123.* & per Carol. de Graff. *effect. 3. num. 205. & 229. & seqq. & à num. 247.* ac firmaoit nouissimè Rota *in Barchinon.* exemptionis 13. Iunij 1646. §. *Quæ sanè*, coram Cardinali Corrado. Quare licet videatur æquum, vt qui sentiuot commodum, sentiant quoq; partem oneris, id tamen verum est, primum si via ordinaria Ecclesiasticæ personæ conuocarentur cum laicis, vt de ipsa re constituerent.

Vel si laci vellent, iure Pontificio vtentes, interpellare Clericos coram suo Episcopo. At propria authoritate velle iudicare, & onerare bona & personas Ecclesiæ, hoc non est vllo iure receptum. Neque necessaria omnis defensio, quæ confert vtilitatem Ecclesiæ, eaigere debet ab Ecclesia auxilium de bonis, aut personis. Siquidem laici tenentur ex officio defendere Ecclesiam, bona eius & personas, tamquam filij Ecclesiæ, quemadmodum & Ecclesiastici, qui bona habent Ecclesiastica, & munus deseruiendi cultui diuino tenentur orare, & Deum interpellare pro salute communi, & animarum laicorum etiamsi nouis non iuuentur largitionibus. Quod est contra Molin. *de iust. tom. 3. disp. 672. nu. 5. conc. 3.* Hippol. *in pract. §. Aggredior, num. 63.* Gulielm. de Bened. *in relect. cap. Raynutius dec. 5. num. 470.* Caroc. *p. 4. de collat. num. 37.* Gratian. *in discep. for. tom. 2. cap. 390. num. 19.* Decian. *cons. 51. num. 63. vol. 2.* Megal. *par. 3. lib. 2. cap. 17. qu. 6. nu. 121. & cons. 72. num. 18.* Ledesm. *in sum. tom. 4. tr. 7. cap. 2. conc. 27.* Lopez *p. 2. cap. 40.* Rodriq. *in sum. tom. 2. cap. 75. num. 13.* Io. de la Cruz *p. 1. pr. 7. ar. 3. dub. 1.* Bobadil. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 291.* Garz. *de nobil. Hispan. glos. 9. num. 53. &* alios, præsertim Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 13. q. 8.* Bonacin. *in Bullam Cœnæ disp. 11. qu. 19. pun. 3. §. 3. num. 16.* Rabard. *sect. 3. fol. 56. & seqq.* & Cutell. *lib. 2. de immun. q. 39. n. 55. & q. 13. n. 1.*

37 Atque hinc ooo sunt audiendi Doctores illi, qui volunt io casibus communis vtilitatis non requiri consensum Cleri, neque beneplacitum Apostolicum, vt constat ex Paponio *lib. 5. Arestor. tit. 11. arest. 15. & seqq. vsque ad 19.* ac alibi, & ex eius Annotationibus, ac videre est apud Castillum *lib. 6. controu. cap. 9. n. 34.* Quorum opinio duntaxat locum habere poterit, vel io casu vrgentia necessitatis, quando est periculum in mora, & Princeps Summum Pontificem adire nequit, *argum. cap. peruenit, de immun. Eccles.* Tunc enim Princeps repentè inuasus, necessitare compulsus, ac imminente periculo Regni potest sine authoritate Summi Pontificis, dum tempus non patitur dilationem petere subsidium ab Ecclesia, & Ecclesiasticis, si modò sit Princeps, qui non habeat superiorem, vt tradit Lucas de Penna *ad l. 2. de quib. mun. nem. lic. se excus.* Roman. *in l. si vero, §. de viru, ff. solut. matrim.* Tum quia eo euentu adest præsumpta Pontificis voluntas. Tum quia necessitas caret lege. Tum quia subintrat ius naturale, quo Respublica ius habet in eo casu ad se protegendum, etiam contra Ecclesiasticos, vbi Ecclesiastici id renuunt. Non enim lea positiua, siue humana, siue diuina sit, obligat, quando vrget vis præcepti naturalis, atque diuini, D. Thom. *par. 2. quæst. 94. art. 5.* Azor. *tom. 1. instit. lib. 5. cap. 13. & 14. & par. 2. lib. 4. cap. 18.* Nam lea positiua ijs casibus consulere voluit, quibus iure naturali, atque diuino non est aliquid in specie dispositum, sed relicta est Ecclesiæ facultas disponendi, idem D. Thom. *loco alleg. in corp. & ad 1. & quæst. 85. & seqq.* Nec eaempla necessitatis vrgentissimæ constituunt regulam, sed potius exceptionem regulæ, *cap. quod est licitum, de regul. iur.* Hanc limitationem addidit Pauormit. *in d. cap. non minus, num. 19.* vbi ait: *Putarem tamen, quod vbi tanta necessitas immineret, quod non posset sine aliorum scandalo, & periculo haberi prius recursus ad Papam, quod sufficeret tunc deliberatio Episcopi, & Clericorum, argum. l. Tutor qui repertorium, de adm. tut.* ibi: *Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo Inuentarium appellatur, inquit Vlpianus, dolo fecisse videtur, nisi fortè aliqua necessaria, & iustissima causa allegari possit cur id factum non sit.* Quod prosequuntur Gregor. Lopez *loco allegato*, Syluest. *d. v. Immunitas nu. 20.* Gutier. *supra*, qui alios refert, & approbat Gigas *de pens. quæst. 90. in fin.* Medin. *de restit. quæst. 5.* Narbon. *ad lib. 2. recopil. tit. 4. l. 57. gloss. vn. num. 24.* Fragosius, Maynardus, Baunius, Baronius, Valboa Valentinus, & alij superius adducti, Delbene *ibid. num. 15. & 16.* & Suarez *num. 18.* Qui rectè addunt, quod hæc necessitas maaimè potest contingere in exactione, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit. Nam si longiori tempore sit duratura, licet in casu necessitatis possit inchoari, inconsulto Summo Pontifice, vt tamen longiori tempore protrahatur, consulendus erit, quia potest quoad hanc partem lea impleri, necessitate non obstante, & hoc modo illi sufficienter subuenire. Quamuis Gutier. *lib. 1. pract. quæst. 3. num. 6. & 10.* etiam in hoc casu neget posse sæcularem cogere, sed appellandum esse. Et ob hanc necessitatem eacusari forsan potuit factum Ioas, & Ezechiæ. Quamuis Ioas malè perierit necatus à seruis, 4. *Reg. cap. 14.* Ezechias autem præsumitur reddidisse quæ acceperat à Templo Domini *Paral. cap. 31. & 32.* Neque etiam quod per perturbationem factum est, imitandum est, *c. quod aut 14. d.* Vel poterit locum habere in casu, quo constet de priuilegio à Sede Apostolica verè concesso, & non reuocato, quod concessisse fertur Bonifacium VIII. Philippo Pulchro Galliarum Regi.

Cuius priuilegij, & constitutionis facit mentionem 38
Guilem. Benedicti *ad cap. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine, num. 136. de testam.* Diploma verò Bonifacij eatat insertum, & transcriptum in libro Liliorum, cuius tenorem refert Ferault in iuribus, & priuilegijs Regni. Et licet ipse Bonifacius reuocauerit hoc priuilegium, aliaque similia *in cap. Clericus, §. fin. de immun. Eccles. in 6.* tamen postea Clemens V. in Concilio Viennensi eapresse reuocauit illam decretalem Bonifacij incipientem *Clericis in Clem. vn. de immun. Eccles.* propter scandala, quæ inde oriebantur, & restituit Concilium simpliciter Lateranense, quo noo licet eaactiones vllas Ecclesijs imponere sine authoritate Summi Pontificis, & consequenter restituit, aut conseruauit priuilegium concessum Regis Galliarum propter singularia beneficia, quæ collata sunt a Regibus Francorum, seù Gallorum in Sedem Apostolicam, quæ meruerunt maiora priuilegia, concessa aliquando non solum in bona ecclesiastica, & beneficia, & inoestituras, sed etiam in ordinationem Sedis Apostolicæ eis concessa, *c. Hadrianus in vtroque 63. d. cum similibus.* Quin & liberales Summi Pontifices in ausilium Regni permiserunt Regibus aliquando colligere auxilia ex beneficijs ipsis, quæ decimarum nomine appellantur. Sed & habet Rex Galliarum ea speciali priuilegio Martini V. vt possit subuenire per se, vel suos Iudices Ecclesijs, in causis possessorum

rerum temporalium, & beneficiorum Ecclesiæ, cuius Bullæ verba refert Guido Papæus *dec. 1.* ex quibus apparet antiquam consuetudinem Regni Galliarum, quæ habet cognitionem interdictorum de possessione etiam rerum Ecclesiæ, & beneficiorum, fuisse confirmatam ad petitionem Caroli VII. & Regis. Quod & refert idem Papæus *dec. 552. num. 8.* Regi itaque Galliarum aliquando, maximè ex necessitate singulari iure & noua subsidia imponere rebus temporalibus Ecclesiæ poterit, alijs vtique non privilegiatis non licebit, neque Ducibus, Comitibus, aut alijs Principibus in Regno Galliarum etiam constitutis, cùm & hoc ius imponendi nouum vectigal regio iuri adhæreat per *cap. quibusdam, de verb. signif. cap. vn. quæ sint regal. in vsib. feud.* Huius etiam priuilegij meminerunt Doctores, quos citat Diana *par. 7. resolut. 21.* Sanchez *tom. 1. opuscul. lib. 3. cap. 4. dub. 55. num. 30.* & Maximil. Faust. *de ærar. claas. 17. cons. 44.* Quamuis de vsu eiusmodi priuilegij valdè dubitet Chassan. *in consuetud. Burgundiæ tit. de iustitijs, §. 4. num. 34. & seq.* qui *num. 38.* obseruat anno 1522. Ecclesiam Gallicanam se opposuisse Francisco I. Ecclesijs tributum imponenti. Quin vsum dicti priuilegij simpliciter improbat Ioan. Arias Maldonatus *de contribut. Eccles. vrgente necessit. num. 111.* & non omninò abs re, saltem propter Concilium Lateranense relatum, & Bullam Cœnæ Domini, quæ quotannis reuocat quæcumque priuilegia concessa.

39 Nec obstat, quod ad ius Regis pertinet vectigalia & onera rebus imponere, ac personis, & quod omnis anima potestatibus sublimioribus debeat esse subiecta. Nam hæc vera sunt quidem, & potestas Regibus data hæc est, sed in personas tantùm sibi subiectas, non in alias, puta alterius Regni, & subiectionis. De idoneis enim dispositio intelligitur, *l. vt gradatim, ff. de muner. & honor.* Sublimior potestas Imperatoris, & Regis dicitur inter eos, qui temporalia ab illis suscipiunt, at excellentior in spiritualibus ordo ecclesiasticus, qui Imperatori non subijcitur *in cap. Illud. 5. cap. solita 6. de maior. & obed.* Immò omnes Principes subijci debent Sacerdotibus, & Episcopis, vt dicebat D. Petrus *in ca. omnes Principes 4. eod. tit.*

40 Reliqua verò quæ dicebantur, in temporalibus Principem sæcularem potestatem habere imponendi, & exigendi tributum, etiamsi ab Ecclesia, vel Ecclesiasticis possideantur, egent distinctione. Non enim possidet Ecclesiæ, aut Clerici bona vnius generis, aut eodem modo, aut iure. Sunt enim quædam possessa ab Ecclesia iure diuino assignata, vt primitiæ, decimæ, oblationes. Possidet autem nomine Dei, cui offeruntur, præcipuè in signum superioritatis, & ipse vsum personis, quæ illis deseruiunt concessit, *ca. omnes decimæ 16. quæst. 7. cap. tua nobis, de decim.* Leuit. 27. v. 30. Num. 18. v. 21. Deut. 14. 28. Quæ omnia interdicuntur in distributione, & dispositione potestati sæculari sub pœna sacrilegij, *cap. causa carpeasis 13. de verb. signif. cap. quia Sacerdotes 13. & cap. penult. & fin. 10.* Alia sunt temporalia immobilia, & mobilia, eaque aut sacra, vel consecrata. alia nequaquam. Quæ sacra sunt, extra commercia quoque hominum, multoque magis, & locutum suot, *l. inter stipulantem 83. §. sacram rem, ff. de verb. oblig.* Item & diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id in nullius bonis est, Caius *in l. 1.* & Martia. *in l. in tantum 6. §. sacra res, ff. de rer. diuis.* Iustinia. *in §. Vniuersitatis, vers. nullius, de rer. diuis. in instit. iur. ciuil.* semelque Deo consecratum non debet in profanos vsus conuerti.

41 In temporalibus verò alijs non consecratis, sed oblatis & relictis Ecclesiæ, vel possessis ab ipsis personis ecclesiasticis iure patrimonij, à non vxoratis tamen, munerum & indictorum, seu exactionum obseruatur distinctio, vt si prædia, quæ ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos peruenerint, sint tributaria, aut obnoxia oneri reali purè, ac certo, & perpetuo, quod rem immutabiliter sequatur, & non exigatur ratione personæ, dicuntur hæc prædia transire cum suo onere antiquo, quo onerata erant, antequam peruenirent ad Ecclesiam, aut ad Ecclesiasticos secundùm Bartolum *ad l. rescripto, de muner. & honor. & ad l. placet, de sacros. Eccles.* Facit *l. Imperatores, ff. de public. & vectig. l. fin. C. de exact. tribut. l. forma, ff. de censib. cum simil.* & resoluit Rota Romana sæpius, præsertim coram Pegna, Merlino, Corrado, & Celso, quarum decisiones per ora virorum peregrinantur.

Qua de re nos alibi. Sic agri Ecclesiarum, Ecclesiasticorumque dicuntur soluere tributa, & non Ecclesia, neque Ecclesiastici, *in c. si tributum, c. magnum 11. quæst. 1.* Quamobrem quando Principes non recognoscentes superiorem donationes exercuerunt in Ecclesiam pleno iure, ex eo sine aliquo onere, dominia in eam transtulerunt irreuocabiliter, si nulla est retentio specialis, *arg. l. quid quid 10. ff. com. præd.* & Paul. *in l. si quis ædes, de seruit. vrb. præd.* Neque ideò opus est Ecclesiam petere immunitatem aliam in illis, à Principibus donantibus, quam vocant amortizationem, seu facultatem retinendi donata. Quando verò Ecclesia acquirit ab alijs, quàm à Rege prædia tributaria, aut quæ feudalia, & onere seruitij, vel tributi onerata sunt, an possit tunc Ecclesia, quæ iustitiæ cultrix est, in præiudicium onerum Reipublicæ, & alterius talia sine onere retinere tradidi in peculiari consultatione hac de re. Hinc pendet ratio resolutionis, quam affert Panorm. *ad cap. non minus, in fin.* quod Clerici quidem hodie non tenentur ad gabellas, quæ imponuntur in vino, & similibus per iura allegata ex iure Pontificio, & per *authen. Item nulla Communitas, C. de sacros. Eccles.* tamen si gabella fuisset imposita pro oneribus, ad quæ tenetur Ecclesia, teneri, quia tunc succedit loco oneris, vt ait Butr. *ad l. ad instructiones*, vide Felin. *ad cap. quæ in Ecclesiarum, vers. de gabellis, de constit.*

Quod si agatur de tributis, & oneribus, seu vectigalibus imponendis rebus iam incorporatis Ecclesiæ, vel quæ sunt effectæ personarum ecclesiasticarum non vxoratarum, vel dominij earum, dicendum est, nullas collectas, aut onera extraordinaria, qualia sunt indictiones, & superindicta ob bellum, vel aliam necessitatem publicam postulata, imponi posse, siue sint munera personalia, siue mixta, quæ personis imponuntur pro rebus, etiamsi res antequam peruenerit ad Ecclesiam, vel ad personam ecclesiasticam fuissent in libro censuali, quem Catastrum vocant, descripta. Et sic resolutum, & iudicatum tradit Guidopapæus *decis. 381.* & seipsum corrigit, quod ante contrarium respondit *in decis. 79.* Idque etiam defendit Bald. *ad l. placet, de sacrosanct. Eccles.* Excepi coniugatos, qui vti tamen dicuntur priuilegio clericali in duobus tantùm nempè in decisione *c. si quis suadente diabolo 18. quæst. 4. & cap. vn. de Cler. coniug. in 6.* 42

Lex verò illa *Ad instructiones*, & similes, quæ volunt contribuere debere bona Ecclesiæ ad murorum, itinerumque refectionem, ad traductionem exercitus, angarias, & similia non sordida, vt dicunt munera, sunt abrogatæ. Tum quia, vt sæpè dixi, Reges, Imperatores, aliiq; Principes non possunt imponere legem Ecclesiasticis personis, aut rebus, *cap. Ecclesia S. Mariæ, cap. Quæ in Ecclesiarum, de constit.* Tum etiam, quia per nouellam Friderici postremam expressè hoc videtur prohibitum, ceu contra libertatem, & priuilegia Ecclesiæ, *auth. Item nulla Communitas, C. de Episc. & Cler.* Et ita nominatim se respondisse, & iuxta consilium suum iudicatum fuisse tradit Panormit. *ad d. cap. Non minus num. 17. & seq. & consil. 8. vol. 1.* Neque aliter consuli tutò posse ait, cùm summa sit ratio, quæ pro Religione facit, *l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. fun.* Sed & non recipi dictam *l. Ad instructiones* Glossa ibi notat, & Glossa *ad c. Generaliter, §. nouarum 10. q. 1.* Io. Andr. & Panorm. *ad d. cap. Non minus, de immunit. Eccles.* 43

Quod si certum est, Deo dicata ab eius cultu subtracta, in profanos quamtumuis publicos vsus transferre nequeunt, cùm sacrilegium sit, certum quoque esse debet, ipsas personas Ecclesiasticas ad custodiam portarum, ac murorum reuocari, & ad excubias inter perditissimos milites ordinari non posse. Quod existimo numquam Gregorium primum *in cap. 2. de immun. Eccles.* permisisse, neque de illis loquutum. Hoc enim mihi repugnans videtur Ecclesiasticæ dignitati, & functioni, quidquid causentur, & excusationem quamtumuis in peccato quærant quidam ex necessitate. Quocirca quidam dixerunt, quod nec Summus Pontifex potuerit ita statuere, aut contra libertatem Ecclesiæ, quæ de iure diuino est, venire, aut dispensare per *cap. Literas, de restitut. spoliat.* & ibi Glos. iuxta textum *in cap. A nobis, de decim.* & ibi per Abbatem, & alios, *cap. Cùm ad Monasterium, de stat. regul.* tenetque Richard. *in 4. sent. d. 28. ar. 4.* Alens. *in 3. p. quæst. 50. memb. 9. art. 3.* Neque dico, 44

se, &

Digitized by Google

ſe, & ſua defendere eſſe prohibitum, contra inuadentes, immò & permiſſum aſſero, neque vllam irregularitatem Eccleſiaſticam perſonam inde incurrere, aut homicidij reatum, *cap. 2. de homicid. cap. vnic. eod. tit. in 6.* Sed dico, indignum eſſe tanto miniſterio Clericis commiſſo, vt ipſi huic muneri cuſtodiæ, & poteſtate laicali compulſi adiudicentur. Bona enim eſt defenſio Reipublicæ, & omnibus communis, nec ex eo capite reprobari forſan poſſet in extrema neceſſitate; ſed bona deſinit eſſe, dum à laicis perſonis, Eccleſiaſticis, vel ipſi Eccleſiæ imperatur, *c. Bene quidem 96. d.* Vnde ad *cap. 2. Peruenit, de immun. Eccleſ.* afferuntur à Panormitano *d. conſil. 3. vol. 1.* quatuor intellectus. Primùm, quod illud Caput intelligatur obtinere in tertis in temporalibus Eccleſiæ ſubiectis. Secundò, quod loquatur ſecundum illa tempora, quibus Ciuitas Trecenſis opprimebatur ab infidelibus, & inimicis, vt ibi notat Innocentius, & imminebat timor ſubitaneus, & improuiſus. Item tertio, quod non loquatur de perſonis Eccleſiaſticis, ſed de earum ſeruis, de quibus in *c. Eccleſiarum ſeruos 12. q. 2.* qui gaudent, alioquin ſine vrgente neceſſitate, immunitate, *l. 2. C. de Epiſcop. & Cler.* Quartò eſſe iuſſu Summi Pontificis, & Epiſcopi, vt liquet ex textu, nec id factum authoritate laicali fuiſſe.

45 Minuſque refragatur, quod bona Eccleſiæ dicantur eſſe & pauperum, & redemptionis captiuorum. Hoc enim verum eſt, quando neceſſitas Eccleſiaſtica vrget, & deficiunt facultates omninò pro redimendis pauperibus, non aliter. Sed hinc non ſequitur etiam, vt poſſit cogi ad contributiones communitatis à laici, vel Principibus ſine authoritate Summi Pontificis, & niſi etiam cum deficient facultates laicorum, vt ſuperiùs docebamus. Sed & bona Eccleſiæ non ſunt tantùm dicata pro pauperibus principaliter; ſed pro cultu diuino conſeruando, & ſi tolleretur à tyrannis, poſtea reſtabiliendo, & pro alimentis eorum, qui Deo ibi inſeruiunt, *c. Nemo, de conſecrat. d. 1. Num. cap. 18. v. 1. & 24. Deuter. cap. 10. verſ. 9. & 18. Ioſue 13. v. 14. c. Vulterrana, c. Quatuor, c. de reditibus 12. q. 2.*

46 Ac ſi quis objiciat, aliquando Principes exegiſſe à perſonis, & bonis Eccleſiaſticis & vectigalia, & munera perſonalia, partimonialia, & mixta, nihil moror, vel miror. Neque ea conſtituunt id quod fieri debet, nec diſcutimus num factum ſit, vel num de facto fieri poſſit. Nam hoc, & tyranni poterunt ſibi arrogare iniuſtè, qui etiam aliquando conati ſunt ipſam Religionem opprimere, & miniſtros eius oppreſſerunt, & ferro, igne, ſupplicijs crudeliſſimis perſecuti ſunt. Sed quæſtionis noſtræ cardo verſatur, num de iure fieri ita poſſit, ac liceat.

47 At non ita Principes verè Catholici, quibus ea licentia Summi Pontificis etiam permiſſæ fuerunt aliquando exactiones aliquarum decimarum ab Eccleſiaſticis, vt tradit Tholoſan. *lib. 2. ſyntagm. iur. cap. 20.* Vt anno 1500. quo tempore Cæſar Maximilianus primus de bello Turcarum Imperij conuentum agebat Auguſtæ, decretum fuit mittendam eſſe legationem ad Pontificem Alexandrum VI. vt Rempublicam ope, conſilioque adiuuaret, Sleiden. *lib. 4.* Sic Dauidi Bruſio, Scotorum Regi magna vi auri redempto à ſuis, & in Scotiam reuerſo Summi Pontificis, ac Prælatorum conſenſu, Eccleſiaſticorum redituum decima pars liberaliter donata eſt, Hector Boeth. *lib. 13.* Refert Mutius *lib. 11. chron. German.* anno Domini 1282. Honorium Papam pro inferendo bello in Turcas laboraſſe, & miſiſſe Cardinalem Epiſcopum Tuſculanum in Germaniam, qui Herbipolim conuocauit omnes Prælatos, & Magiſtratus Eccleſiaſticos, & ſæculares; adfuiſſe quoque Rodulphum, ibique tractaſſe de ſubſidio ad id bellum, & petijſſe Legatum quartam partem prouentuum Eccleſiaſticorum ad quatuor annos, nemineque reſiſtente vnum ſolum nomine Probum Epiſcopum Tullenſem, denegaſſe, & multa loquutum de officijs Eccleſiaſticis, boniſque Eccleſiarum, & vſu illorum effeciſſe, vt vno conſenſu negauerint vniuerſi Prælati, ſe id quod poſtulabatur daturos. Tamen factum eſſe, vt hic Probus paulò poſt ab Epiſcopatu deturbatus, reuerſus fuerit ad fratres ſuos mendicantes Diui Franciſci, ex cuius Ordine erat. Tempore, quo Veneti geſſerunt bellum contra Baiazetem Regem Turcarum, Alexander VI. omnium prouentuum quibus Sacerdotes in Imperio Reipublicæ fouerentur partem plus tertiam Venetis conceſſit, Cardinalium Sacerdotijs exceptis, *lib. 5. hiſt. Venet.*

48 Quum etiam Solymanus Turcarum Tyrannus Pannoniam repeteret anno 1531. exhauſto Pontificij Imperij ærario, in Senatu Cardinalium decretum eſt, vt quinque decimæ Sacerdotijs imponerentur, immunitate conceſſa Sacerdotijs Cardinalium, quæ res minores Sacerdotes, ſacrataſque Virgines, & ſacras hoſpitales domus vehementer affligit. Nam exactores cum imperio in Prouincias emiſſi, dum priuato quæſtui ſtuderent, incredibili acerbitate humana, & diuina perturbabant, adeout plerique Sacerdotes Templa desererent, & paſſim ſacrata vaſa, & antiqua donaria conflarentur. Erant qui prædia dicata Altaribus venditarent, vt decimæ ſoluerentur. Neque honeſtiſſimus ſacri belli prætextus, neque extrema prope neceſſitas inuidiam leniebat. Quoniam Cardinales, qui opima ſacerdotia poſſiderent, immunes euaſerant, quaſi illis, inquit Iouius *lib. 3. hiſtor.* ad tuendam Romanæ aulæ amplitudinem de ſolito vitæ ſplendore nihil remittere, moderatique liceret, cùm exaduerſo pleriſque egentibus vltima vitæ alimenta raperentur.

49 Idem Alexander VI. in vſum belli Gallici pecuniám omnem Sedis Apoſtolicæ authoritate in Hiſpania, belli ſacri nomine, quàm Cruciatam appellarunt, coactam Neapolitano Regi conceſſit; quam tamen pecuniam, niſi contra Religionis Chriſtianæ hoſtes, nefas conſumere, Guicciard. *lib. 1.*

50 Permiſit Franciſco Primo eius nomine Gallorum Regi Leo X. Florentiæ congreſſus, vt in Gallia citeriori, & vlteriori Sacerdotiorum redditus binis decumationibus decumaret, vt ſcribit Sabellic. *lib. 6. ſupplemen.* ex Paulo Iouio.

51 Paulus Tertius in bello Germanico contra Proteſtantes anno 1546. permiſit Carolo V. Imperatori dimidiam partem bonorum Eccleſiæ ſumere per Hiſpaniam, & ex annuis prouentibus Monaſterium Hiſpaniæ diuendere, donec aureorum millia quingenta conficeret, ea lege tamen, vt de ſuis bonis tantumdem illis inuicem oppignoraret, Sleidan. *lib. 17.* Triſtanus à Cugna Legatus Emanuelis Portugalliæ Regis ſub anno 1516. obtinuit à Leone X. vt tertiæ, ac decimæ partes prouentuum. Sacerdotum in commodum Regis cederent ad bellum proſequendum, quod Emanuel cum Mauris gerebat, vtque ijs, qui vellent pecunia hoc bellum Africanum iuuare, cœleſtia beneficia è Chriſti theſauris deprompta largè tribuere vtur.

52 Ex anno 1546. cùm Hariadenus Barbaruſſum impuritate, ac ſæuitia odium ſui promeritum Muleaſſem expelleret Regno Tunetano, lateque dominaretur per Africam, atque eſſet formidoloſus tum Siciliæ, ac Sardiniæ, tum etiam Italiæ, & Hiſpaniæ littoribus, cùmque eius vires diſſiparentur, Imperator Carolus V. expeditionem Tunetanam ſuſcipere decreuit, concedente ei Paulo Tertio Pontifice ad hoc bellum decimas Sacerdotiorum totius Hiſpaniæ.

53 Idipſum & nos factitatum vidimus ab Alexandro VII. pro bello contra Turcas.

Illud verò quod Cardinalis de Lugo inculcat, & prolixè probare conatur, nimirum non lædi immunitatem eccleſiaſticam, quando onus vel gabella imponitur ſæcularibus, & ab ea præter intentionem Principis aliqua læſio Eccleſiaſticis eueniat, valdè à veritate abhorret. Scio cùm ipſo & alios conſentire etiam inter antiquos. At præiudicata opinio occupans credulitatem noſtram, tamquam longo vſu, & familiaritatis iure ſibi deuictam obſtrepit, atque ita quandoque obſiſtit, vt ne latum quidem vnguem à conſuetis recedamus. Nimirum nihil eſt difficilius quam euellere animis opiniones, quæ iamdudum inualuere. Quorum è numero Sanchez in primis eſt, qui præiudicium de vectigalibus ſine animo lædendi Eccleſiaſticos impoſitis latè propagauit.

54 Vt igitur eluceat apertiſſima fraus huius præiudicatæ opinionis, tenendum eſt cum Sac. Rota in d. Barchinonen. exemptionis coram Card. Corrado. Primò ſcilicet,

Digitized by Google

licet, quod laici non possunt directè imponere, neque exigere huiusmodi vectigalia ab Ecclesiasticis ratione serum, quas inducunt, extrahunt, vel emunt in proprios & familiarium vsus, vt decidunt Sacra Concilia, Sacri Canones, & S. Rota in Albanen Gabellæ, seu onerum 28. Iunij 1630. coram Merlino *dec. 339. p. 6.* vbi innumeri referuntur. Tum quia hoc pacto illas ab eis indirectè exigerent mediante persona mercatorum, ne laicorum ipsa bona vendentium, qui onus prædictum in emptores retorquent, & ab eis repetunt cariori pretio vendentes, itaut re ipsa, & in effectu ab emptore pendatur, vt notat Æmil. Ferrett. *in annot. ad Tacit. lib. 3. Annal. sub n. 14.* I.afart. *de Gabell. cap. 15. sub n. 3.* Quod quidem communibus iuris regulis aduesatur, vt proinde admitti non debeat, *cap. Quante extr. de priuil. cap. Statutum de heret. in 6. cap. Cum quod vna via, de regul. iur. eod. lib. l. Cum ij, §. Transactiones, ff. de transact. l. Scire oportet, §. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. Seius, & Agerius, ff. Ad l. falcid. l. fin. in princip. & §. 1. ff. de vsur. rei iudic.* & in proximis terminis de hac ipsa materia loquentes plenè probant Calder. *inter cons.* Anchar. *cons. 12.* & ibidem Collegium Bonon. *cons. 13.* ac latius ipse Anchar. *cons. 155. per tot.* quos sequuntur, reiecta contra opinione, Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ sub num. 104. extra de constit.* Dec. *cons. 48. sub num. 5. ad fin.* Laderch, *cons. 103. sub num. 9. & 10.* Surd. *d. cons. 301. num. 75. & seq. & num. 80. 81. & 86.* Menoch. *cons. 136. à num. 7.* Gratian. *d. discept. 390. per tot.* Tum etiam quia Ecclesiastici, qui laicorum onera subire non debent eo vtique modo per huiusmodi exactionem gabellarum, eorum ratione indictarum, illa in effectu promiscuè cum laicis supportare cogerentur. Quod expresse probibitum est *in d. cap. Non minus, & d. cap Aduersus*, cum alijs supra citatis.

55 Secundò, quod id prohibetur verbis Bullæ Cœnæ Domini *in §. 18.* ibi: *Et diuersis, etiam exquisitis modis exigunt,* &c. *Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare non verentur,* &c. vbi specialiter ad rem nostram hæc verba ponderat Vgol. *de censur. p. 2. cap. 18. §. 1. sub nu. 1.* Francis. Leo *in thes. for. Eccles. p. 3. cap. 7. n. 113.* alijque mox citandi.

56 Tertiò tenendum est, quod id reprobatur communiter à Doctoribus, præsertim ab Abb. *cons. 20. lib. 1.* vbi respondit, quod statutum Ciuitatis Senarum, cuius vigore tenebantur mercatores exteri deferentes pannos ad quæcumque loca illius Territorij soluere pro eis gabellam in ingressu, non comprehendebat illos, qui pannos introduxerant in oppidum Planistangij, cuius incolæ erant immunes, ea ratione, quia carius vendidissent oppidanis propter onus gabellæ, & sic indirectè ipsi fuissent grauati, ac euanuisset eorum immunitas. Quod prosequitur Laderch. *d. cons. 103. sub num. 8.* Atque idem in specie de huiusmodi gebellis per laicos impositis super pane, vino, oleo, panno, & alijs ad victum, & vestitum necessarijs, quæ immediatè soluuntur à mercatoribus, & per eos deinde repetuntur ab ementibus minutatim eo carius illis vendendo easdem res, probant post Nauar. in *man. cap. 17. sub num. 202.* Alter. *de censur. tom. 1. lib. 5. disput. 19. cap. 6.* Portell. *in dub. regal. v. Tributum sub num. 7. & 8.* Rodriq. *in comp. qq. resol. 63. sub num. 32.* Megal. *in Instruct. p. 2. lib. 2. cap. 17. q. 6. nu. 107.* dicens *nu. 112.* laicos hoc casu non excusari authoritate Doctorum contrarium sentientium, stantibus verbis præfatæ Bullæ Cœnæ Domini *in d. §. 18.* quos sequitur Dian. *p. 1. resol. 45. num. 15.* Gemin. de Gonni *de charit. subsid. quæst. 60. num. 4.* Vgolin. *de cens. p. 2. cap. 18. §. 1. sub num. 1.* Gutier. *de gaboll. qu. 92. sub num. 36.* Gratian. *d. discept. 390. num. 16.* passimque alij.

57 Et ex his patet, non suffragari, quod ex huiusmodi vectigalium impositione, facta per sæculares nullum principaliter, ac immediatè fiat præiudicium Ecclesiasticæ immunitati, sed illud contingat per accidens, quatenus scilicet Ecclesiastici res illas per laicos introductas velint emere in Ciuitate. Quia, cùm ea, quæ vsui humano sunt necessaria, eiusmodi oneri fuerint subiecta, quocumque se Ecclesiastici vertant, vel aliò se transferendo, vel in Ciuitate emendo, præiudicium euitare non possunt. Vtrumque enim Ecclesiasticæ libertati, ac Sacrorum Canonum dispositioni prorsus repugnat. Nam illis apprime conuenit, vt in eadem Ciuitate, in qua ipsi seminant spiritualia, metant temporalia, vt legitur *1. ad Corinth. 9.* & *in cap. Cum ex officij ad fin. extr. de præscript.* Et in qua dum laicis sæcularia subeunt onera, ipsi quoque Deo in spiritualibus ministrantes, in hoc illis retribuant quidquid pro eorum pace, & sustentatione laboris impendunt, vt inquit D. Thom. *in op. ad Rom. cap. 13. lect. 1. col. fin.* & habetur *in c. In qualibet 23. qu. 8.* Atque ideò huiusmodi commodo ac plena libertate neque directè, neque indirectè priuari debeant iuxta notata *in d. cap. Quanto*, vbi præ cæteris Anchar. *sub num. 1. & seq. extr. de priuil. & in cap. fin. de immun. Eccles. in 6.* ac latius probat idem Anchar. *d. cons. 155. num. 1. & seqq.* dicens *sub num. 5.* quod Respublica temporalis non potest etiam indirectè præiudicare Reipublicæ spirituali in ea cummunione, quam debet habere cum laicis in rebus temporalibus pro vsu dictarum rerum.

58 Et quidem in hac materia non adeò est inhærendum literæ, ac verbali interpretationi, quin magis attendatur vera ratio, & mens Sacrorum Canonum, vt admonet Honorius III. *in d. cap. Quanto,* & Imperator *in l. Non dubium, C. de legib. ac in l. 3. in fin. C. de liber. præter.* & Iurisconsult. *in l. contra legem ff. eod.* Qui eo verè tendunt, vt Ecclesiastici pura, plena, & illibata in prædictis omninò gaudeant immunitate; ideòque illorum dispositio, quæ fauorabilis est, subtilioribus interpretationibus non est restringenda, vt probatur ex dictis *cap. Non minus, & cap. Aduersus extr. de immun. Eccles. & cap. Quamquam, de censib. in 6. ac in l. Sancimus 2. C. de Sacros. Eccles.* Sed qualecumque immunitati, ac liberati prædictæ fiat præiudicium siue indirectè, siue principaliter, siue in consequentiam, siue ea intentione, siue præter intentionem, illud conuenit tollere, ac reparare, idque magis, quod, graue est, ac notabile præiudicium infert, vt, reiectis præfatis distinctionibus, concludunt Calder. *d. cons. 12. n. 3.* Anchar. *d. cons. 155. sub num. 7. & 8. & in d. cap. Quanto num. 1. & seqq. de priuileg.* Dec. *d. cons. 48. sub num. 5.* Riminal. *sen. cons. 435. num. 28.* Riminald. *iun. cons. 81. num. 17.* Surd. *d. cons. 301. nu. 76.* Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. p. 3. cap. 7. num. 113. & 118. & 132.* Carol. de Grass. *effect. 2. à num 65.* Quia ratio finalis sacrorum Canonum est libertas Ecclesiastica, quam intendunt illæsam seruare, ideòque extenduntur ad terminos suæ rationis, præsertim quando ratio finalis est expressa in lege, itaut tanta sit amplitudo legis, quanta eiusdem rationis, vt desumitur *ex l. regula §. fin. ff. de iur. & fac. ign. & l. 2. §. si mater, ff. ad Tert. & l. Cum pater, §. Dulcissimis ff. de leg. 2.* traduntque communiter Doctores, Glos. *in cap. 1. v. Italia, de temp. ordin. in 6.* Bart. Bald. & alij *in d. l. Regula*, Abb. *in cap. fin. num. 10. de rescript.* Franc. *in cap. Pro humans, de homic. in 6.* Imola & Gemin. *ibid.* Lap. *alleg. 101. nu. 24.* Bursat. *cons. 76. nu. 9.* Curt. iun. *cons. 185.* Cott. *in memorab. v. Ratio generalis*, Cardin. *in Clem. 1. de elect.* Roland. *cons. 27. nu. 7. vol. 1.* Menoch. *cons. 11. nu. 10. & 19. & de recup. poss. remed. 6. nu. 20.* Tiraquell. plures afferens, *tr. Cessante causa p. 1. n. 139. & limit. 1. nu. 64.* Gutier. *pract. q. 17. nu. 90. lib. 3.* Villagut *de ext. leg. in rubr. de ext. leg. non correct. n. 1. & in rubr. de ext. leg. pœn. resp. mer. pœn. n. 22.* Gomez *lib. 1. var. cap. 5. nu. 11.* Vinc. de Franch. *dec. 18. n. 3.* Molin. *lib. 1. de primog. cap. 5. n. 10. &* Rot. *dec. 234. n. 2. p. 5. diu.* alijque plures. Ratio enim finalis sicut mouet legislatorem ad disponendum; ita etiam extendit mentem ipsius ad comprehendendam totam materiam, quæ substernitur eidem rationi finali. Et eo ipso quod concipit rationem finalem, tamquam eam, ex qua mouetur ad disponendum, concipit etiam implicitè totam materiam, quæ sub ipsa continetur.

59 Ita sanè vt non oporteat animum ac intentionem disponentium solicitè inuestigare, quando ex qualitate facti, & reipsa resultat effectus adeò præiudicialis, & destructiuus dictæ immunitatis, quem illi etiam moniti ac requisiti emendare contendunt ad *l. Iulianus, §. Preinde.* ibi. *Sed etsi ab initio non sic accepit, verum postea in rem patris vertit, cessare Senatusconsultum,* &c. *Iulianus ait, intelligendumque esse ab initio sic accepisse, vt in rem patris verteret, ff. ad Maced.* vbi Gloss. *v. Intelligendum* notat, hanc esse præsumptionem iuris & de iure, *l. Quedam, ff. de reb. dub.* & in specie tradit Calder. *d. cons. 12. num. 4.* cum alijs relatis à Menoch. *præsumpt. 35. num. 20. & seqq. lib. 6.*

Quan-

Digitized by Google

Quando enim ratio legis est espressa in lege, est mensura infallibilis obligationis. Quia lex non potest obligare, nisi intra terminos iustitiæ, atque adeò solùm secundùm mensuram rationis. Quod procedit etiamsi ratio non esset expressa in lege, & vnica tantùm posset assignari, adhuc est mensura obligationis. Quia quando vnica ratio potest assignari, est adæquata ipsi legi. Quare is violat legem, qui seruans verba, facit contra mentem ipsius, vt habetur *ex l. Non dubium, C. de legib.* Quia tunc non seruatur verè lex, cùm non seruetur quod intendit seruari. Itaut proinde libertas Ecclesiastica non pendeat ex intentione operantis, sed operis, quod moraliter æquiualet directis præiudicijs. Quia leges non habent in consideratione propositum, sed solum actum æxternum exequntiuum propositi, *l. Cogitationis, ff. de pæn. & l. 1. §. Inde sola cogitatio, ff. de fur. & cap. Felicis de pæn. in 6.* & notant communiter Doctores *in l. Quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.*

60 Hanc veritatem agnouit Delbene *de Immun. cap. 5. dub. 7. sect. 3. num. 3.* vbi cum Laderchio, Mandello, & Regente à Ponte, multisque alijs concludit, onus, quod imponi non potest Ecclesiasticis, neque imponi posse laicis, qui cum illis contrahunt, quia illud redundat in Ecclesiasticos, quodque quando statuitur contra laicos, & grauamen infertur Ecclesiasticis, statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam. Et *sect. 21. nu. 4.* luculentissimè ait quod libertas, seu immunitas Ecclesiasticorum non pendet ex bono, vel malo animo statuentium, sed ex natura rei, & ex priuilegijs, quæ illis absolutè competunt de iure diuino, & humano, alioquin potestas laica in præiudicium & destructionem Immunitatis Ecclesiasticæ semper assereret, statuta sua facere, non ex odio, sed propter bonum publicum, quod est maximè absurdum. Idem docet cum Suarez *cap. 8. dub. 14. sect. 5. num. 2.* probatque vulgari exemplo. Sic enim læsio iustitiæ non pendet ex bono, vel prauo animo operantis, sed ex eo, si operatio sit realiter contra iustitiam, idest ex se alteri realiter inferat iniustum damnum. Id quod dixerat *de parlam. dub. 30. sect. 6. num. 2.* vbi ait, quod est magnum absurdum, & nemo dixerit ex viris sensatis. Idem repetijt cum Guenara *sect. 21. num. 4.* & alibi pluries. Non itaque est probabile, vt dixit eo *cap. 5. de Immun. dub. 7. sect. 1. num. 20. & sect. 4. num. vlt.* Vel sibi ipsi aduersatur vt sæpissimè. At si probabile, non certum tamen.

61 Ex hactenus inspectis patebit etiam fraudulenter egisse Doctores illos, qui suis ambagibus eludunt nos & chymistis haud absimiles tegunt omnia suo Mercurio, hoc est, bono publico, ne bona inquiunt transeant ad Ecclesias, & Ecclesiasticos. Et quamuis obsoletam hanc quæstionem viri pietate, ac doctrina insignes iamdudum explodetint; nihilominus quia inueni huius opinionis pertinaces aliquot populates, illam paulò fusius declarabo. Principio tale statutum, vel decretum explicitè prohibet Ecclesijs, & Ecclesiasticis, quod nec naturali, nec diuino iure ijs prohibitum est, quinimmò iure humano tam ciuili, quàm canonico concessum. Etenim *in l. 1. l. generali, l. iubemus 2. & l. fin. C. de sacros. Eccles.* conceditur, quod Ecclesiasticis liberè à laicis sua bona, tam causa mortis, quàm inter viuos, alienari possint. Id quod etiam barbari agnouerunt. Idem enim *in l. 1. tit. 1. lib. 3.* legum Visigothorum statuitur, & decernitur *in c. Futurum Ecclesiam, & c. Videntes 12. quæst. 1.* Quia, inquit Pontifex, *Plus vtilitatis conferri poterat fidelibus, si hereditates, & agros, quos prius vendebant, traderent ipsis Ecclesijs habendos, vt ex fructibus eorum fidelibus prouideretur, quàm si solum pretium consignarent.* Item habetur expressè *in cap. fin. de imm. Eccl. in 6.* vbi dicitur, quod huiusmodi statuta in derogationem libertatis ecclesiasticæ præsumantur. Vnde, cùm lex id præsumat, & super præsumpto disponat, est præsumptio iuris ac de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, *cap. 15. qui fidem*, vbi Gloss. *v. contra præsumptionem, de sponsal.* & tradit Felin. *in cap. Quanto, de præsumpt. num. 3.* Bald. *in l. fine possidetis, C. de probat. num. 6.* Roman. *cons. 350. num. 18. in fin.* Alex. *cons. 91. num. 9. vol. 6.* Gabr. *cons. 31. nu. 22. volum. 1.* & Alciat. *de præsumpt. in prælud. par. 2. nu. 5. & 6.* Vel *præsumantur*, non quidem à iure, sed ab ijs, qui talia facere, vel præcipere præsumunt.

62 Deinde, licet Princeps habeat ius imponendi onera super bonis suorum subditorum, hoc tamen ius coarctatur ad bona quatenus manent bona subditorum. Non autem habet ius, quod illa bona non fiant bona personæ ecclesiasticæ, sed manuteneantur sub ipsius dominio. Vnde non tenentur subditi ea conseruare sub dominio Principis laici. Alioquin Clerici subtrahendo proprias personas à iurisdictione illius, non subtraherent secum bona. Quod est perabsurdum. Nam subtrahendo personam, subtrahunt etiam bona tamquam cohærentia personæ, atque adeò non lædunt aliquod ius Principis laici, sed vtuntur iure suo. Quare quemadmodum subditi non tenentur proprias personas conseruare subditas, cùm possint se dicare Deo, mutare domicilium, & fieri subditæ alterius Principis. Quia homo nascitur liber, & proinde potest eligere quem statum maluerit, & habitare vbi voluerit. Ita etiam habent ius eximendi propria bona à iurisdictione laica, ea secum trahendo tamquam sibi adhærentia, vel Ecclesijs, & Ecclesiasticis alienando, donando; alioquin persona non esset plenè libera, nisi etiam libera essent illius bona. Princeps itaque non habet proprium dominium, vel ius aliquod peculiare, dominio æquiualens, ratione cuius ei debeatur tributum, sed solùm ratione iurisdictionis illud exigere potest, quia sub eius superiori administratione est res ipsa, vel eius dominus. Nulla autem ratio iustitiæ obligat ad conseruandam rem illam sub iurisdictionem temporalis Principis, quia dominus eius potest de ipsa liberè disponere. Maximè verò potest eam Deo dicare, seu donare, per quam donationem talia bona fiunt ecclesiastica, nec est necessarius consensus Principis, vt bona sæcularia fiant ecclesiastica. Quod & iure canonico cautum est, & in iure diuino, naturali satis videtur fundari. Etenim Principes sæculi, qui immediatè expresso, aut tacito populi consensu præficiuntur, quibusque præfectis naturali, ac diuino iure debetur honor, reuerentia, subiectio, obedientia, & tributum, Exod. *cap. 22.* 1. Reg. *cap. 10.* Prouerb. 29. Sapient. 6. Matth. *cap. 17. & 22.* Luc. 2. Ioann. 19. ad Roman. *cap. 13.* 1. Timoth. *cap. 2.* ad Tit. *cap. 3.* ad Hebr. *cap. 13.* 1. Petr. *cap. 2.* S. Clemens Rom. *lib. 4. Constit. Apost. c. 12. & lib. 7. c. 17. & c. 84. Apost.* S. Dionys. Areopag. *c. 12. de diu. nom.* S. Ignat. *in epist. ad Smyrnenses, & in epist. ad Antiochenos*, S. Iustin. *in orat. ad Antonium Pium*, S. Irenæus *lib. 5. cap. 24.* Theophyl. Antiochen. *lib. 1. & 3. ad Antolycum*, Origen. *lib. 9. in epist. ad Roman.* Euseb. Cæsar. *lib. 4. hist. Eccles. cap. 14.* S. Basil. Magn. *in moral. cap. 79.* Didym. Alexandrin. *enarrat. in 1. epist.* S. Petri, S. Gregor. Nyssen. *in orat. aduersus eos, qui agr. fer. apprehens.* S. Chrysost. *hom. in psalm. 184. & hom. 23. ad cap. 13. ad Rom.* S. Cyril. Alexandr. *de recta in Deum fide ad Theodos. Imperat.* Isidor. Pelus. *lib. 2. ep. 216.* Theodor. *ad cap. 13. epist. ad Roman.* Epiphan. Constantinop. *in epist. ad Hormisd. Pap.* Procop. Gazæus *ad c. 22. Exod.* S. Maxim. *serm. 9. de Magistrat. Rom. 13.* S. Damasc. *orat. 2. de Imag.* Phot. & Theophylac. *ad cap. 13. ad Roman.* Simeon Metaph. *de S. Melan.* Oecum *ad cap. 13. ad Roman.* Euthym. *ad ps. 148.* S. Martial. *in epist. ad Tholos. cap. 8.* Tertullian. *ad Scapul. cap. 2. in Apolog. cap. 30. & 31. & de Idololatr. cap. 15.* S. Cypr. *de baptis. Chr. & manifest. Trin. & lib. 3. de testim. ad Quirin. cap. 38.* S. Ambr. *ad cap. 5. Luc.* S. Hieron. *ad cap. 3. epist. ad Tit.* S. Augustin. *in epist. 48. & 54. in exposit. quar. propos. ex epist. ad Roman. cap. 72. & 74. & lib. 3. confess. cap. 8.* Innoc. primus *in epist. ad Exuper. cap. 12.* S. Leo Magn. *in epist. 82. ad Iulian. Episcop. Coens.* Sedul. *ad cap. 13. epist. ad Rom.* S. Prosper. *in epigr. 34.* Salon. *explic. in parab. Salomon.* Symmach. Pap. *in apolog. aduers. Anastas. Imper.* Hormisda Pap. *in epist. 22. ad Iustin. August.* S. Primas. *in cap. 13. epist. ad Roman.* S. Gregor. Magn. *in l. 1. Reg. cap. 10. lib. 4. epist. 52. & lib. 7. cap. 120.* Isidor. Hispal. *lib. 3. de summ. bon. cap. 49.* Bed. *ad cap. 12. Marc.* Alcuin. *præf. in lib. de Trinit. ad Carol. Magn.* Haymo *ad cap. 13. ad Roman.* Remig. Antisiodor. *ad psalm. 88.* Petr. Damian. *in epist. ad Carol.* S. Anselm. *ad cap. 13. ad Roman.* S. Bruno *ad cap. 13. ad Roman.* Iuo Carnot. *in epist. 241. ad Ludou. Franc. Reg. & in epist. 250.* Hugo Victor. *de Sacramen. fid. lib. 2. cap. 8. & 9.* S. Bernard. *in epist. 170.* Petr. Blesen. *in epist. 30.* Alens. *par. 3. quæst. 137. membr. 3.* Albert. Magn. *lib. 2. sentent. d. 44.* S. Thom. *lib. 1. de regim. Princ. cap. 8. & lib. 2. cap. 15.* S. Bonau. *in lib. de Eccles. Hierarch. par. 2.* recipiunt facultatem in ijs, quæ ad politicum, & temporale regimen spectant, vt tran-

Digitized by Google

tranquillam, & quietam possint populi ducere vitam, quæ ex discordia ciuium, seu maleficiorum, & bellis, quæ ab exteris excitantur, impediri eum possit, Principis prudentia, & virtute, vt hæc repellantur populorum consilium, & intentio fuit. At non sibi auferre voluerunt, aut rationabiliter poterant gentes, potestatem, seu libertatem eligendi statum, quem magis, & ad alia bona, & ad vitam præsertim æternam, conducere sibi arbitrarentur.

63 Non igitur est iniuria Principis, si libertate ac facultate, quam sibi reseruarunt in electione status, vtantur, etiamsi ab eius subiectione subtrahantur. Quare nullo suo proprio iure priuantur Principes, dum ij, qui sunt de populo iuxta sacras sanctiones eligunt statum, quem sibi magis proficuum existimant. Nec enim subsidio in ijs, quæ ad ciuile regimen spectant, priuantur. Precibus namque ac orationibus adiuuant, dum proprium sibi & populis, qui in sortem Dei vocati sunt, datorem, atque Regnorum conseruatorem reddere student, pietatisque studio plus subsidij afferunt ciuitati, quàm bellorum, aut cuiuslibet temporalis negocij, ac sæculi cura.

64 Postremò, quia licet Princeps laicus possit statuere de ijs, quæ sunt suæ iurisdictionis, non tamen potest afficere ecclesiasticos, eorumque bona, vel alio modo infringere libertatem ecclesiasticam. Quapropter eiusmodi dispositio defectu potestatis esset nulla, & iniqua, si non ratione materiæ, vtpotè forsan iustæ, saltem ratione vsurpationis iurisdictionis ecclesiasticæ. Quod docent non solum Theologi, nempè Suar. *de censur. disp. 4. sect. 1. nu. 5.* vbi alij, sed etiam Iuris interpretes communiter, ceu Bartol. *in l. filiusfamilias, ff. de leg. 1. num.* 12. ibique Angel. *nu.* 4. Fulgos. *nu.* 7. Alex. *nu.* 13. Ias. *num.* 71. *& seqq.* Rip. *nu.* 81. Soccin. *num.* 166. & Io. Crot. *num.* 88. alijque cum Surdo *cons. 301. nu. 45. vol. 3.*

65 Est igitur huiusmodi statutum contra libertatem ecclesiasticam. Ita in hac specie vno calamo docent inter Canonistas Host. *in cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Io. Andr. *ibid. num.* 1. Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. num.* 23. Felin. *ibidem num.* 69. Dec. *num.* 6. & Imol. *num.* 11. Butr. *cons.* 40. Anchar. *cons.* 155. Lap. *allegat. 92. num.* 2. Io. Lup. *tract. de libertat. Eccles. par. 2. quæst. 10. num. 1. & 16.* Gemin. *in d. cap. fin. de immun. Eccles. in 6. num.* 4. Zabarell. *cons. 66. num.* 2. Vigian. *tract. de immun. Eccles. disput. 3. conclus.* 2. Bellet. *in disquisit. Cler. par. 1. tit. 4. §. 4. num. 1. & 4.* Fagnan. *tract. de iur. censur. Pauli V. par. 2. fol. 42. & seqq.* Genuens. *tricen. 13. quæst. 379. num.* 5. Maynard. *de priuileg. Eccl. par. 2. ar. 22. num. 67. & seqq.* Vgolin. *in respons. ad iuriscon. gymnas. Patau. cap. 6. §. 1. & 2.* Quæ sententia cùm fuerit omnium penè veterum Canonistarum, tum est recepta, dictataque à Principe veritatis Innocentio *in cap. Nouerit is, de sent. excommun. num.* 2. Ex Iuristis verò Alberic. *tract. de statut. par. 2. quæst. 2. num. 20. & seqq.* Paul. de Castro *cons. 89. num. 1. lib.* 2. Alex. *cons. 210. num. 1. & consil. 211. num. 3. vol.* 2. Curt. sen. *cons. 62. & 72. num.* 13. Barthol. Socin. *cons. 14. num.* 55. Vulp. *cons. 5. num. 1. & cons. 71. num.* 34. Marian. Socin. *cons. 76. num. 30. lib.* 3. vbi communem appellat, Roland. à Vall. *cons. 22. num.* 19. Calder. *cons.* 12. Ias. *cons. 161. num. 16. lib. 2. & in d. l. filiusfamilias §. Diui, ff. de legat. 1. num.* 72. Boss. *in prax. crimin. tit. de Principe, num. 539. & tit. de pœn. num.* 43. Bald. *cons. 132. lib. 3. & in l. fin. C. de sacros. Eccles. num.* 17. Bartol. *in citat. leg. filiusfamilias, & in l. fin. C. de exact. lib. 1. & in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. num.* 26. Ripa *cons. 2. num. 5. lib. 2. in cit. §. Diui num.* 81. vbi asserit communem Iuristarum, & Canonistarum, Angel. de Perus. *d. §. Diui*, Clar. *in pract. crimin. quæst.* 82. *§. Statutum 5. num.* 2. vbi etiam communem fatetur, Michael Crass. *in commen. lib. 2. v. statutum quæst.* 12. Tiraquel. *ad leges connub. gl. 8. num.* 172. Bursat. *cons. 93. num. 23. lib.* 11. Riminald. *cons. 11. num. 10. vol.* 2. Surd. *d. consil. 301. num.* 67. Regens de Ponte *in respons. pro censura Veneta fol.* 104. Luc. de Pen. *in l. 21. C. de annu. non excus. lib. 11. num.* 5. Cagnol. *in l. fin. C. de pact. num.* 186. Grammat. *decis. 100. numer.* 13. Bertraud. *lib. 1. cons. 50. num.* 2. Colleg. Bonon. *in respons. pro libert. Eccles. num. 18. & 19.* Matth. *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 6. num.* 16. Menoch. *lib. 9. cons. 878. num. 10. in fin.* Afflict. *in comm. Constit. Regn. Neap. lib. 3. const. 26. nu.* 12. Vbi ait, quod eiusmodi constitutio fuit tamquam iniqua reuocata per *cap. Regis Caroli II.* quod etiam testatur Regens de Ponte supra & Gueuar. *in propugn. libert. Eccles. §. 6. assert. 1. num.* 20. subditque omnem aliam similem constitutionem tamquam contra libertatem Ecclesiasticam reuocatam etiam esse, ac reuocari per *auth. Cassa & irrita, C. de Sacros. Eccles. & ex tom. 3. Concil. ad fin. Constantiens. Concil.* Quod & tradit Io: Imberius Rupellan. *forens. instit. lib. 4. cap.* 6. Item & Summistæ, scilicet D. Anton. *3. p. tit. 24. cap.* 18. Tabien. *v. Excommunicatio 5. cas. 20. num. 5. ad* 4. Rosell. *eod. v. 33. num.* 3. Syluest. etiam *eod. §. 9. num.* 30. Nec desunt Theologi, & præ omnibus Suar. *in Reg. Angl. lib. 4. cap. 16. ac alibi.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 19. num.* 83. Theologi Religionis Seruor. *in defens. censur. Pauli V. cap. 7. num. 27. fol.* 142. Delbene *de Immun. cap. 8. dub. 11. sect. 1. num.* 15. & alij, quos ipse adducit, ac refert Dian. *p. 6. tr. 3. sect.* 6. Quapropter sententiam contrariam in specie contra Paulum Seruitam damnauit Paulus V. in decreto edito die 17. Augusti 1606. cum communi sententia Iuristarum, Canonistarum, & Theologorum, omniumque orthodoxorum. Quamque sæpè improbauit S. Congreg. Immunitatis, præsertim die 31. Octobris 1668.

Et quamuis Phocas Imperator Orientis, vt legitur *in Nouella sua 4. lib. 1.* iuris Orientis collecti per Bonfilium, 66
quem quidam alij Principes sequuti sunt, donationes Monasterijs, atque templis relictas à quibusdam pijs Imperatoribus prorsus aboleuerit, lege lata etiam, ne Ecclesiæ immobilibus locupletarentur bonis, causatus Episcopos malè prodigere ea, quæ pauperibus darentur, militibus interim deficientibus, id etiam grauissimum, quod legem tulit, cui & Episcopi quidam leues, atque adulatores subscripserunt, ne Imperatorum iniussu, vllus crearetur Episcopus, & mortuo Episcopo aliquem suorum submisit, qui definitos faceret sumptos, ipse de reditibus accepit. Et *Const.* 5. statuit de nouo non esse construenda monasteria, xenodochia, nosocomia, sed eorum, quæ erant curam geri oportere. Eius tamen constitutiones postea sustulit Imperator Basilius iunior Porphyrogenita, vt habetur in prædicto loco, & apud Balsamonem Antiochenum Patriarcham, eo quod vt ibidem dicitur, non ad iniuriam contumeliamque Ecclesiarum, & religiosarum domuum duntaxat, sed etiam ipsius Dei, fuissent factæ.

Neque prætendatur publicum bonum, vel publica ne- 67
cessitas. Quia bonum publicum vel causa non tribuit iurisdictionem laico, vt statuere possit in Ecclesias, vel Clericos. Quod in primo Tomo probatum est à nobis quamplurimis alijs argomentis. Si enim in condenda lege necessaria sit causa publica, semper lex Principis laici ligaret Clericos. Et vtilitas, seu necessitas alienandi tribueret in alienatione rei minoris, vel Ecclesiæ iurisdictionem, & facultatem alienandi Tutori, vel Administratori. Quorum vtrumque falsum est. Cùm adhuc in ijs casibus requiratur decretum legitimi Iudicis, vt habetur *ex l. 1. ff. de reb. eor. & in l. magis puto, §. si ns alien. eod. tit. & in c. sine exemptione 12. q. 2. cap. Tua nuper, de his, qui fiunt à Prœl.* docentque Glossa *ibi*, ac communiter Doctores, quos sequitur Tiraquel. *de legib. connub. glos. 8. nu.* 97. Crot. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1. num.* 80. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q. 10. num.* 19. Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap. 24. dub.* 11. passimque alij. Præterea vtilitas publica, ne laici nimis onerentur collectis, præferri non debet vtilitati Clericorum. Quia, vt bona apud Clericos maneant, respicit etiam publicam vtilitatem Religionis, quæ præferenda est publicæ vtilitati profanæ, vt rectè censuit Colleg. Bonon. *in cons. pro libert. Eccles. num. 31. & seqq.*

Distinctio verò illa de bonis acquisitis, non de acqui- 68
rendis, frustra est. Nam Sacri Canones indistinctè loquuntur tam respectu bonorum acquisitorum, quàm acquirendorum, vt patet *ex c. Benè quidem 96. q. & c. Ea enim 10. q. 2.* desumpto *ex l. Iubemus, §. 1. C. Sacros. Eccles. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & cap. fin. de reb. Eccles. non al.* Prohibeturque expressè *in cap. 1. §. fin. de immun. Eccl. in 6.* Priuilegia enim quocumque titulo Ecclesiasticis concessa, competunt ijs non solum pro bonis iam acquisitis, sed etiam pro acquirendis, vt decernitur *in d. l. Iubemus, §. 1.* Quænam hæc esset legum, ac sacrorum Canonum inuidia, vel peruersitas, vt dimidiata, & manca priuilegia Clericis concederent, prospicerent præteritis, non consulant futuris? Equidem sicuti læditur libertas Ecclesiastica, quando læditur in acquisitis, ita etiam læditur in aquirendis. Et tamen eam iura exigunt vndequaque intactam. Ac quemadmodum deficit quod ad

statuen-

Digitized by Google

statuentis quod ad acquisita, ita etiam deficit quod ad acquiranda. Neque refert, quod prouentus Principis inde possint diminui. Quia diminutio non fit in proprijs bonis, sed n stipendijs communibus, estque per accidens; Consequitur enim ex subtractione materiæ, religiosè & iustè facta, & ob hanc causam non debetur recompensatio. Præterrim quia etiam è contra contingere potest, vt si bona Ecclesiastica vendantur & sæcularia fiant, tributaria esse incipiant, & ita prouentus Principis augeantur. Quæ tamen omnia in priuatis oneribus ex peculiari iure, seu dominio profectis locum non habent. Accedit, quod cessatio tributi in eo casu non fit priuata voluntate, vel authoritate donantis, sed fit authoritate iuris diuini, vel humani, in diuino fundati, & ideò ibi etiam non deest consensus Principis *ipso* iure datus, virtute dictæ legis ciuilis, qui reuocari amplius non potest, postquam Ecclesia beneficium illud, & priuilegium acceptauit. Quod patet ex *l. Sancimus*, quæ est Iustiniani. Quamquam etiam sine illo id fieri posse virtute iuris diuini, vel etiam Canonici, certum est: His rationibus satis aduersarios deiectos de statu video, & ne frustra laborem, addducendo illis placita Doctorum, adeant Albanum *tr. de Immun. num.*12.

69 Quæ autem addunt facillimè refelluntur. Nulla enim Respublica, siue Princeps factus est pauperior ex eo, quod ipse, vel subditi eius fuerint liberales in Ecclesiam, vt patet in Costantino & Carolo, vtroque verè Magno, & alijs plurimis, constatque experientia tot sæculorum. & aduertunt Theologi Relig. Ser. supr. *cap.*6. *fol.*107. Vgolin. item *supra cap.*6.*num.*3. *&* 4. Vigianus *de Immun. Eccles. disp.* 3. *fol.*53. Ortiz *eod.tit.p.*3.*consid.*4. Tortius *in apolog. pro libertat. Eccles.fol.*26. Iulius Ruffus *in resp.ad M. Antonium Capellum p.*4.*cap.*6. Bernardus Iustus *in defens. lib. Eccles. fol.* 17. & Coll. Bonon. *loco alleg. num.*31. Deus enim, cuius protectione, & directione Regnorum administratio maximè nititur, infinitis modis exiguum illud detrimentum vectigalium, quod Princeps seruis eius condonat, compensare potest; vel calamitates, & seditiones auertendo, vel prosperos successus bellorum, noua Regna, vbertatem terræ, & alia huiusmodi largiendo. Sępè fit, vt ob aliquam seditionem, vel bellum, quod fortasse pietas ista & Religio Principis auertisset, vno anno plus ipse amittat, quàm mille annis ex huiusmodi vectigalibus percipi posset. Quid tunc prodest illi Politicorum istorum consilium? Etsi enim Principes, Resquepublicæ nihil amplius commodi à rebus, quæ ad Ecclesiasticos transeunt, percipiant; tamen Ecclesiastici Principibus longè maius & diuinius beneficium conferunt. Ipsorum enim ministerio fiunt christiani, accipiunt doctrinam salutis, remissionem peccatorum, animæ sanitatem, panem cœlestem, & vitam æternam. Ipsorum orationibus & Sacrificijs fulcitur Regnum, auertuntur calamitates, conciliatur pax, tranquillitas, & felix status rerum. Vnde Constantinus & Constans concedentes Clericis perpetuam securitatem, addunt: *scientes magis Religionibus, quàm officijs ex labore corporis, vel sudore nostram Rempublicam contineri*. vt refertur *c. In quolibet* 23. *q.* 8. Vnde communiter votum & suffragium in Consilijs & parlamentis sæcularibus non habent, neque de honoribus, aut officijs ciuilibus Regni, aut Reipublicæ participare solent, sed aliam quamdam Rempublicam sacram & quasi diuinam efficiunt, vt propterea sors Domini appellentur, *c. Cleros d.* 21. Itaque suis muneribus Ecclesiastici abundè compensant Principi, & Reipublicæ, vt omnis æquitas postulet, eos ad alia tributa adstringi non debere. Atque ex his patet, Principes lege religionis, obseruantiæ, & gratitudinis obligati. vt Ecclesiasticos exemptos habeant; seu eximant. Et nihilominus si aliquando contingeret tot bona Ecclesiæ acquiri, vt in graue præiudicium, magnamque diminutionem Regalium prouentuum redundaret, Summus Pontifex consulendus est. Ad illum enim spectat in huiusmodi casibus remedium adhibere. Non enim licet christianis Principibus *Ecclesiastica bona inuadere*, vt in *auth. Item nulla, C. de Episc. & Cler.* expressè disponitur, nec etiam possunt de illis statuere, vt supra demonstrauimus, ac docuit Hostiens. *in c. Cum laicis, de reb. Eccl. non alien. n.*10.

70 Verùm multitudinem Clericorum, opes Ecclesiarum magnas, Religioni, & Politiæ vtiles esse ita conuinco. Incipiam ab opibus. Sacerdotium Deus in veteri lege honoratum esse voluit, quod decimæ concessæ ditissimum fecerunt, alia quoque tam multa adiuncta fuerunt, vt, si legem Dei seruassent Iudæi, nulla fuisset Tribus felicior Leuitica, *Numer.* 3. Leuitæ recensentur vigintiduo millia trecenti; numerus autem filiorum Israel erat sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. Erant igitur Leuitæ respectu totius Israelis pars quasi vicesima sexta, vel ad summum vicesima. At huic parti Deus maximas opes contulit, vt cæteros his præ pauperes quasi reliquerit. Huic tricesimæ parti Deus dedit non tricesimas, sed decimas. Cùm autem abundè victus cæteris suppeditaret, certè decimæ abundantis populi, decimæ parti sufficere poterunt; at iam Leuitarum quisque tres pro vna partes tenebat. Ita *Leuit.*27.30. Nec decimæ frugum dumtaxat, sed boum quoque & ouium, vt ibidem habetur. Sic *Numer.* 18. 21. Verùm in decimis hoc quoque considerandum. Primò, Leuitas nec agros colere solitos, nec vineas; itaque de labore populi viuebant. Hinc multò melior fuit eorum conditio, quàm si decimam agrorum partem accepissent, labore enim & impendio opus fuisset. Secundò. Pecora educanda erant Israelitis, Leuitæ iam ablactata recipiebant. Tertiò. Nec simplices erant decimæ, sed triplices, vt doctissimè interpretatur Cornelius à Lapide *in cap.*14. *Deut. v.*22. Primæ decimæ integræ cedebant Leuitis, quas in Vrbibus colligebant. Ex nouem residuis partibus iterum decimas separabant, easque, vel pretium conferebant Ierosolymam, vt ibi epularentur, inuitatis tamen Leuitis. Ita enim *cap.* 14. 27. *&* 28. Tertiò anno ex bis decimatis aliam decimam domi separabant. quàm cum Leuitis & pauperibus consumebant, ibantque tertiò anno Leuitæ epulatum, instructumque populos, vt hoc modo Domino iungerentur. Effectus apparet 2. *Par.*31.8. Itaque tum facta sunt horrea. Atque hæc de decimis.

Oblationes quoque eos reddebant diuites. Nam ex Sacrificijs Sacerdotibus dedit pectusculum, & armum, qui separabatur iure perpetuo, *Leu.* 10.14. Non potest redditus ille paruus videri inter tot millia sacrificiorum, quæ ter in anno statis temporibus offerebantur, quæque in singulos dies ob varias causas immolabantur. *Deut.*18. 3. armum & ventriculum tribuit. Sed totum hoc genus videamus. Tria erant Sacrificiorum genera. Holocausta, pro peccato, pacifica. In holocausto omnia exurebantur, & sola pellis erat Sacerdotum, qui tamen in tot millibus holocaustomatum non erat paruus redditus. In pacifica victima armus, & pectusculum, in *Heb. Chald.*70. armus, genæ, ventriculus. Quod quidam interpretantur partes carneas, quæ sunt circa armum, id est quarta pars animalis, sed expressè est ventriculus, & maxilla. Vtcumque sit, magnus est redditus; sed maior cùm facerent pro peccato. Illius enim victimæ tota caro erat Sacerdotum, vt in tanto populo ex solis victimis viderentur posse viuere, sed erant hæc additamenta quasi decimarum. Porrò in victimis pacificorum non fuisse Israelitas in Sacerdotes parcos historia filiorum Heli demonstrat 1. *Reg.* 2.26. 71

Huc omnium rerum primitiæ & primogenita pecorum, ac hominum referuntur. De primitijs *Ex.* 23. 19. *&* 34. 29. *Leu.* 23. 10. *Num.* 18. 13. *Deut.* 18.4. *&* 76. a. 10. De primogenitis *Ex.* 13. *&* 22. 29. *&* 34. 20. *Num.* 3. 13. Magna erant ex omnium rerum primitijs in fertilissima regione compendia cum frugibus omnis generis, vino, oleo, pomis, melle omnia abundarent. Primogenitorum ingens erat numerus. Nam solus Ezechias 2. *Par.* 31. 29. habebat ouium, & boum greges innumerabiles. Nabal habebat oues tria millia, & mille capras. Salomon mactauit boum vigintiduo millia, & ouium centum viginta millia. Nec tamen id magnum, aut difficile fuit tanto Regi. Nam habebat 3. *Reg.* 5. 26. quadraginta millia equorum curriculium, & duodecim millia præsepiorum, si ad vnum præsepè deni equi, ingens numerus, imò & si quatuor.

Maximi itaque pecorum greges erant in Israel, ita vt 72 Dominus *Ezech.*30.11. promittat quasi antiquæ felicitatis redditum: *Replebo vos hominibus & iumentis*. Nam erant & in cultis Vrbibus greges iumentorum, aut in suburbanis. Constituamus itaque in numerosissimo populo quotannis nasci centum millia primogenitorum, conferebant quingenta siclorum millia Sacerdotibus, *Numer.* 3. Pecorum tanta erat multitudo, vt in singulos annos facilè decies centena millia primogenitorum fuisse putem. His adde tot sacrificia pro varijs delictis, *Leu.* 3. Deinde si retigissent

gissent aliquid immundum, offerebant agnam, seu capram eo c. *Leu.* 5. At quoties hoc contigisse verisimile est? & *Leu.* 5. 17. Si ignorans legem violasset, arietem offerre iubetur. Quid si singulis annis semel singuli rei fuissent? Quot centena millia arietum Sacerdotibus cederent? Qui depositum negauit, arietem offert, *Leu.* 6. 6. Mulier pro purificatione agnum anniculum in holocaustum, *Leu.* 12. Pro peccato scortationis cum ancilla, postquam vapularum ambo, aries *Leuit.* 19. offerendus erat. Accedit & illud, quod nullum holocaustum sine victima pro delicto offerebatur. Deinde quod lagana, similæque conspersæ oleo offerendæ simul essent cum alijs sacrificijs, & panes. Ita de pacificis *Leu.* 7. 12. Hæc magna erant præsidia viuendi Sacerdotibus concessa, vt legi vacare, & Sanctuario possent 2. *Par.* 31. 4.

73 Præter illa tamen alia quoque assignata erant. Nam hæreditates suis in Vrbibus retinebant, *Leu. Deu.* 6. Deinde domus Leuitarum alienari non poterant, *Leu.* 25. 31. Tertiò, Iudices constituuntur 2. *Par.* 29. 13. Immò summi Sacerdotis præcipua erat dignitas in iudicando. Cùm enim Sacerdotes, & Leuitæ immunes à cæteris laboribus essent, tempus in studium legis, & sapientiæ conferre poterant, ideò populus ab ore eorum legem requirebat.

74 Tantis opibus postquam eos Dominus instruxit, quia ipse erat hæreditas eorum, etiam de habitatione prouidit. Iosue enim locum illis assignauit, quemadmodum Deus iusserat *Num.* 35. 1. Statuamus autem Vrbes quadragintaocto pro vigintiquatuor millia Leuitarum, vt in singlis sint quingenti, & in circuitu mille passus pro iumentis in tam fertili solo, non debet videri parua pars sustentationis. Eratque hoc magno illis commodo, quod fœni quoque decimas ex vicinis locis reciperent. Omnium enim, quæ tellus ferebat decimas capiebant. Quamquam autem non soli Leuitæ habitarent eas ciuitates, tamen ipsis datæ erant, & in ditione eorum. Id quod toties Iosue 21. Scriptura inculcat. Deinde suburbanis non tantùm erant prata intra mille passus, sed vineta, oliueta, aliaque, & horti. Tertiò ciuitates illæ nobiles erant, fœcundòque loco. Quæ plerumque locis opportunissimis, fertilissimis, saluberrimis sitæ fuere, vt videri possint solæ alendæ multitudini sufficientes.

75 Si igitur æterna Sapientia instituens Rempublicam optimis legibus eam fundauit, omniaque, quæ ad Virtutem, felicitatemque temporalem ciuium & Magistratuum prudentissime & sanctissime sanxit, & tamen tanta opes Sacerdotibus suis contulit, non decet humanam politiam aliter sentire, & Religionis Antistites, Sacerdotesque vagos, & mendicabula fingere. Non est arctior inter Magistratum & subditos nexus, quàm timor Dei, & Religio. Illa autem florere non potest, nisi cùm eius ministri, & Præsules in honore sunt. Cùm enim salus & Religio subditorum pendeat ab Episcoporum & Pastorum dignitate, noluit Dominus illos despici. Dictum est in veteri Testamento: Non alligabis os boui trituranti. Dictum est de Aaronicis Sacerdotibus. Dictum est teste Paulo, de Christianis, quibus & ius est de Euangelio viuendi. Nam si nostram Rempublicam cum Iudæorum populo comparemus, quantum terminos eorum breuiores cernimus, tanto maiores Cleri esse opes intelligemus.

76 Non ignoro deinceps numerum Leuitarum auctum esse: Nam 1. *Par.* 23. 3. numerati sunt 38000. à triginta annis & supra; sed maiori proportione creuerant filij Israel. Tempore enim Dauidis erant ter & decies centena millia Israelitarum. Adde Tribum Beniamin, erunt forte 140000. Adde emeritorum 100000. vt conficias 150000. Illi si dent decimas triginta hominum millibus, habebit quisque recipientium decimas quinque partes, quibus superabit eos, qui decimas contribuunt. Magnæ igitur semper fuere diuitiæ Leuitarum.

77 Audiamus & nunc virorum etiam Sanctorum in nouo Testamento sententiam. Diuitias primogenia Ecclesia sat amplas habuit. Nam & eos, qui Euangelium annunciabant, de Euangelio viuere iuris diuini & naturalis esse sciebant Christiani, nec magnum esse iudicabant ab illis carnalia sua meti, à quibus spiritualia acciperent. Neque sanè viros Sanctissimos, qui *ad pedes Apostolorum omnia deijciebant*, qui flentes super collum Pauli *abeuntis incumbebant*, qui etiam *Oculos suos eruere*, & dare Paulo volebant. Hinc Christianorum in Ecclesiam dona liberalissima fuerunt, atque amplissima, vt non modò eius ministri, & pauperes alerentur, sed ipsa insuper supellex preciosa etiam inter persecutiones & rapinas splenderet. Ex vita S. Laurentij aureis scyphis sacrum Sanguinem exceptum docemur. Augustinus *Epist.* 265. ostendit argenteas lucernas fuisse, vasa Ecclesiæ magni precij fuisse discimus ex Optato contra Parmenianum *lib.* 1. Possessiones quoque Ecclesiarum fuisse iam ab antiquissimis temporibus certum est. Pius *I. ep.* 2. qui decimus, vel vndecimus post Petrum fuit sub Antonino; cùm itaque senex fuerit, Ioannem Apostolum cognouisse poterat, monet, ne prædia Ecclesiæ humanis vsibus applicentur. *Quod si quisquam*, ait: *præsumpserit, sacrilegus habeatur. Ipsos autem, qui hoc agant, Clericos & Domini Sacerdotes persequuntur, non intelligentes, quod Ecclesia Domini in Sacerdotibus consistit, & crescit in Templum Dei.* Quare iuxta legem Dei agunt, qui bona Ecclesiæ tradunt. Quod & in veteri Testamento vsu venit, vt constat ex *Leu.* 27. 14. Ideòque & nos videmus Christianos diuitiarum & vitæ contemptores in bonis Ecclesiæ conseruandis fuisse vehementes, & penè contentiosos, quia bona Christi sunt, bona pauperum sunt. Hinc Constantinus, aliique restitui iusserunt. Nec opus est plura de hisce adducere, cùm omnia plena sint, non modò in iure Canonico, sed etiam ciuili, quæ de Ecclesijs, Episcopali audentia, *C.* 1. *tit.* 7. de Episcopis, & Clericis, & Orphanotrophis, & Xenodochijs, & Proxotrophis, & Asceterijs, & Monachis, & de priuilegijs eorum, &c. *C.* 1. *tit.* 6. Item Nouel. 37. & 46. & 131. Consulatur D. Augustinus *tom.* 10. 521. *l. c.* 2. & 748. *c.* 2. & 173. *c.* 2. editionibus Antuerpianæ.

Rationes verò in conspectu sunt. Nullo modo conue- 78
nit moribus, aut Religioni, vt præcipua pars Reipublicæ abiectissima sit. Id verò futurum est, si nulla ratio status illius habeatur. Si Antistites fidei, si Sacerdotes, quorum officium est consolari, docere, increpare, punire, supplices esse oportet contumelioso populo, & diuitum fastidij. Secundò iubentur esse hospitales Episcopi, & Prælati, & tam de reddittu, quàm de oblatione fidelium quatuor facere portiones, Episcopi, Cleri, pauperum, fabricæ, *ca.* 27. 12. q. 2. At verò qui poterunt benignitate alios allicere, suasque partes adimplere, si diuitias non habeant; Tertiò, publicum dedecus est Religionis, eorum, qui illam docent, contemptus; at verò paupertatem contemptus sequitur. Vide alia quæ *tom.* 1. atque alibi adduxi. Vide etiam virum prudentissimum Gregorium Tolosanum *lib.* 2. *Syntagm. ca.* 28. vbi multa præclara ad rem. Item Sanctum *in Ezech. cap.* 44. *v.* 28. *num.* 59. Becanum *in Analog. veter. Testam. cap.* 7. q. 6. *nu.* 3. Nicolaum Maistre *de sacro Patrimonio lib.* 1. *cap.* 10. Valenzuelam *in defens. cons. Pauli V. p.* 3. *num.* 97. Vbi quod si quando in Sacra Scriptura dicitur, Leuitas nihil possedisse, id dicitur, quia quicquid possidebant, titulo eleemosynæ & non per sortem, vt cæteri possidebant. Vt proinde Hæretici ipsi Ecclesiasticorum opes probarint. Nam Adrianus de Sarauia *de honor. Episcop. & Presbyt. debito*, *cap.* 29. sic habet: *Præterea Comitatus Episcoporum, & strepitus famulorum, non parum offendit quorumdam oculos, quod similiter in ea re Duces & Comites Regni videantur imitari. Respondeo, hanc orationem esse popularem & vana specie simplicium animis illudere. Nam hoc audeo asserere, comitatum Domini & Apostolorum tam honoratum fuisse, quàm esse potuit pro ratione temporis, & rei, ob quam in hunc mundum venerat, honoratior futurus, si Deus seruandi genus hominum aliud consilium probasset. Nam in suam familiam vltra octuaginta viros adsumpserat, qui eum comitabantur quocumque ibat, aut præcedebant quo erat venturus.*

Pergamus ad aliam, eamque inuidiosissimam querelam 79
de multitudine Ecclesiasticorum, qua grauari Rempublicam queruntur, & videamus nostra obseruatione quisnam eam grauet. Perlustremus Regnum Neapolitanum, quod præ cæteris hisce calumnijs appetitur. In eo Archiepiscopi sunt 21. Episcopi verò 127. Tota horum summa est circiter 444000. ducatorum. Cleri & Monasteriorum duplam ponamus. Erunt igitur 888000. Quæ summa exigua est, si Regni magnitudo, & opes spectentur, & magna tamen pars bonis Regni seruit. Exiguam esse summam alia me obseruatio docet. Nam in Regem, Principes 14. Duces 25. Marchiones 37. Comites 54. Barones 448. Vniuersitates, Priuatos, annuos redditus infimi

penè

Digitized by Google

penè quindecim milliones. Nunc opus est docere, Clerum Regni Neapolitani ipsi Regno non esse grauem, quamuis nulla politica officia patriæ præstaret. Nam pars exigua tanti Regni est Clerus. Vna ciuitas nobilis plus hominum, reique habet, quàm Clerus vniuersus. Constituamus sanè Ecclesiasticorum esse circiter centum millia, non tamen quinquagesimam hominum partem conficient.

77 Tarentum, Lycium, & Barium ferè æquabunt. Quid verò magnum esset, si ea tot ciuitatibus vna, vel altera ex Clero collecto confici posset? Prouinciæ Regni sunt duodecim, sed inæquales. Ex his vnam si assignauero Clericis, minus dabo, quàm olim Deus Leuitis. Non igitur est Cleri magna multitudo, si cùm aliorum innumera frequentia comparetur. Cùm igitur in populo Catholico, & pacato, vbi numerosissimus Clerus est, via quinquagesimam habeant, non est, quod quisquam quæratur, nimium multos esse, qui Deo seruiant. At verò si quinquaginta alant vnum Sacerdotem, non debet graue videri, cùm in Dei Republica decem, aut quinque potius, si redditum spectes, vnum aluerint. Impietatis ergo est tam iniqua querela, cùm tam multa Rempublicam infestent, tantùm in Dei seruos, & Doctores virtutis, iuris & æqui conferre culpam, qui ideò non grauant, quia pauci sunt, quia plurimum prosunt.

Sed aliquid etiam ijs respondere oportet, quæ plena stomachi, & querelarum aliqui obijciunt contra multitudinem Clericorum, eorumque immunitatem, facultates, & auaritiam non solùm vnius Regni Neapolitani, sed totius Europæ. Aiunt, quod si potentissimus quisque Principum altè, seriòque recogitet penè tertiam populi, solique sui partem Ecclesiæ esse dicatam, nonne illius quæso iacturæ sensus animos eorum percutiet, quæ tantùm hominum, fundorumque eorùm iuri subtrahat, vt vbique Pontifici Prouinciæ, Coloniæque constituantur? Immò quantum spinarum, & tribulorum in medijs eorum ditionibus relinquitur, cùm asseratur tam potens hominum factio sub eorum imperijs nasci, educari, opimisque prædijs frui posse, quæ à Principum potestate immunis sit nec vllo iure eorum legibus, iudicijsque subiecta: Adeò vt cùm antiquitus Clerici nihil vltra decimis appeterent, ijsque contenti viuerent, nunc Papa Clericorum caput nonnisi tertia accepta acquiescat.

Vt verò cognoscatur, hos haud esse rerum Ecclesiasticarum æquos censores, demonstrandum nunc est, Ecclesiasticos, non esse tertiam populi partem in christiana Republica, immò longè pauciores. Bona Ecclesiasticorum non esse tertiam bonorum totius Reipublicæ christianæ. Neque decimam bonorum omnium christianæ Reipublicæ Ecclesiasticos possidere, immò nec sexagesimam, sed summam laborare inopia, multaque damna, & nullum commodum euenire laicorum Reipublicæ ex inuasione, & diuisione bonorum Ecclesiæ.

Primum, quod scilicet Ecclesiastici non sint tertia populi pars in christiana Republica, immò longè pauciores facilè inuestigari potest ex autoribus, qui ex censibus, alijsque huiusmodi monumentis referunt totius populi christiani summam tam in Europa vniuersa, quàm in singulis eius regionibus. Sub Carolo nono in Gallia numeratos fuisse scribunt quindecim animarum milliones. Nouem milliones Hispaniam alere tradunt. Italiam verò saltem duodecim. Anno 1561. Regnum Neapolis exclusa Regia Vrbe, censuit 483478. Venetorum Dominium supra vicies centena millia subditorum in Italia habere affirmant. Quibus si addas reliquum Lombardiæ, quæ hominum feracissima, & quod extra Lombardiam Summus Pontifex, Sabaudiæ, Etruriæ, & alij Principes possident, sanè animarum supercenties, & vicies centena millia in Italia reperies. In Germania, exclusis Heluetijs, & Belgis, asserunt totidem reperiri, & denique in Sicilia numerant terdecies centena hominum millia. Quapropter hisce in regionibus totius populi summa ascendet ad quadragies, & octies millena hominum millia. Hanc diuide in tres partes, & tertia erit sexdeces millena millia.

Constat itaque Ecclesiasticos ex Aduersariorum sententia esse debere saltem sexdecies millena millia in memoratis regionibus. Tertia enim sunt secundùm ipsos totius populi in christiana Republica. Quis verò adeò amens; vt primò intuitu non videat falsitatem, impossibilitatem, absurditatem huius assertionis? Quis rogo, vni Galliæ tribuat Ecclesiasticorum milliones quinque, vni Hispaniæ tres, vni Italiæ quatuor, Germanicè parti totidem, & vni Siciliæ supra quadringenta, & triginta tria millia? Sed ponamus, Ecclesiasticos tertiam istam esse, nempè ad sexdecies millena hominum millia, qualibet auarissimus dispensator singulis cuique ipsorum tribuet, opinor, saltem quinquaginta annua scuta pro omnibus necessarijs humanæ vitæ. Tantumdem lubens accipio, & prætereo impensas Prælatorum, & eorum omnium, quibus pro publicis muneribus longè maior pecunia summa necessaria est. Assignatis verò quinquaginta annuis scutis vnicuique Ecclesiastico, si forent tertia illa totius populi pars exhaurirent quotannis supra milliones octingentos. Quare & supra octingentos milliones in annuis redditibus habere deberent. Quæ sanè ridicula sunt, & manifestè falsa. Quis enim sine risu audiant in vna Gallia Ecclesiasticos habere in annuis redditibus milliones quinquaginta supra ducentos? Quis in sola Italia ducentos, in Germania totidem, & in vna Sicilia quinque, & sexaginta? Itaque, vt sine risu audiri non potest ingens ista summa Ecclesiasticorum prouentuum, ita cum admiratione crassissimus ille error de numero Ecclesiasticorum ab omnibus exibilatur.

Verum quis forsan obijciet, malè colligere nos numerum Ecclesiasticorum à quantitate redituum. Plures enim sunt Ecclesiastici, quàm ferant ipsorum redditus. Quamplurimi enim ex laicorum eleemosynis viuunt, & sustentantur. At nonne quot Ecclesiastici aluntur, & viuunt ex parte laicorum, tot etiam laici aluntur ex parte Clericorum? Quot serui, ministri, artifices, villici, affines, consanguinei, pauperes, collegia, hospitalia ex nostra parte viuunt? Quantum ex redditibus nostris detrahitur pro vsu Principum? Quot locorum piorum bona inter Ecclesiæ bona collocantur, quæ à solis laicis administrantur, & in laicorum commodum potissimè obeunt? Quare patet quod detrahitur ex parte laicorum pro vsu Ecclesiasticorum, cùm non excedat id, quod detrahitur ex parte Clericorum pro vsu laicorum, non efficere, quin argumentum à quantitate redituum ad numerum hominum sit validum, & efficax.

Quod autem bona Ecclesiasticorum non sint tertia pars bonorum totius Reipublicæ christianæ patet manifestè. Etenim quæ Europei insumunt, in Europa quoque nascuntur, & colliguntur vel ipsa, vel æquiualenti valore commutanda. Propterea si velimus scire quanti sint Europæ annui redditus in memoratis Regionibus, iudicium ferendum est ex quantitate eorum, quæ insumuntur. Omitto quæ profundunt Principes, nobiles, potentes, ciues, mercatores, & do singulos duntaxat tantum impendere, quantum indicauimus necessarium humanæ vitæ pro Ecclesiasticis, nempè quinquaginta annua scuta. Habent verò memoratæ Regiones quadragies, & octies millena hominum millia, propterea ex hoc calculo insument saltem quotannis millionum duo millia, & quadringenta. Si totidem insumunt, totidem colligunt etiam. Quare annui prouentus harum Regionum erunt milliones 2400. Idcircò si verum esset, quod Rex opinatur, nempè Ecclesiasticos tertiam redituum, & bonorum habere totius Reipublicæ, oporteret illos habere in annuis redditibus milliones octingentos. Videamus, an ita in re sit.

Numerus redituum Ecclesiæ facilè inuestigari potest absque vllo errore, qui nobis faueat. Dixi, qui nobis faueat: nam vt nullum subterfugij locum aduersarijs relinquam, dabo semper illis plusquam in re sit, & plusquam ipsimet vel petere, vel optare audeant. A viris fide dignis accepi, redditus Ecclesiæ in Gallijs non excedere summam quinque millionum. Sed demum esse sex. In Italia certissimis documentis instructus, scio, hanc summam non attingere. Sed faciamus esse & in Italia sex milliones, faciamus esse dimidio plures, erunt ad summum nonagies centena millia. Faciamus, quod impossibile est, Hispaniam, Germaniam, Siciliam habere redditus duplo maiores, quàm Galliæ, & Italia, & erunt tercenties centena millia. Quare datis, non dicam falsis, sed in excogitabilibus Ecclesiæ redditibus, omnes ad summum forent milliones quadragintaquinque. Nunc colligo, an tertia bonorum sit Ecclesiastici iuris.

Ter-

Digitized by Google

Tertia bonorum omnium reddit milliones saltem octingentos. Ecclesiæ redditus, quamuis impossibiles, sunt milliones quadraginta quinque. Deme quadragintaquinque ab octingentis, supererunt milliones annui septingenti quinquaginta, & quinque.

Ingentissimam ergo hanc bonorum summam, scilicet annuorum millionum 755. credunt aduersarij Ecclesiasticos habere plusquam verè habeant. Quare venia digni, si auaritiam Ecclesiasticorum exagerant, supposito tanto, & tam crasso errore. Quare cùm Ecclesiastici ex falsissima suppositione habeant in annuis redditibus milliones duntaxat 45. habent minus decima annos milliones centum nonaginta quinque.

Iniutia itaque Ecclesiastici nostri temporis auaritiæ insimulantur, quando non modo non fruantur decima, qua aduersarij asseruot veteres vixisse contentos, sed illis ad decimam desint supra ducentiea millena millia. Si verò hypotheci isti prouentus ad veros redigantur, nec octuagesimam quidem illos reperies, cùm isti fictitij non ascendant ad 55. Faciant ergo aduersarij, vt laici conscientias suas exonerent, decimam Ecclesiasticis restituant, qua veteres contenti viuebant. Si enim illa olim vixere contenti, & eam modo non habent, dubio procul illis ablata est Domini pars, & portio diuino iure Sacrorum ministris destinata. Hinc re benè, totaque perspecta, laici constituuntur debitores Ecclesiæ annuorum milliunum saltem ducentorum.

Ex his autem constat, quod datis pro veris aduersariorum principijs, Ecclesiastici summa laborant inopia. Ex ipsorum enim sententia Ecclesiastici sunt sexdecies millena millia; redditus verò ipsorum sunt, datis impossibilibus, milliones quadragintaquinque. Quare si diuidas redditus per capita, ne tria quidem annua scuta cuique Ecclesiastico poteris assignare pro victu, vestitu, cæterisque omnibus, quæ necessaria sunt humanæ vitæ. Nam sexdecim ter multiplicatus efficit 48. quare si sexdecim milliones hominum viritim haberent tria annua scuta, oporteret, omnes illos habere quadraginta octo annuos milliones. Ergo quid faciendum? Dicet aliquis: si diuidantur redditus Ecclesiæ in omnes Ecclesiasticos, omnes fame peribunt, nec enim tria scuta annua cuique obtingere possunt; propterea ne omnes pereant, diuidendi sunt redditus non in omnes, sed in illos duntaxat, quibus sufficere possunt. Sed id experiamur.

Quadragintaquinque milliones, assignatis singulo cuique quinquaginta annuis scutis, ne vni quidem hominum millioni sufficiunt. Nam vnusquisque hominum millio exhauriri quinquaginta scutorum milliones. Supersunt ergo ex aduersariorum sententia quindecim Ecclesiasticorum milliones, qui nihil omninò habent, vnde viuant. Vel si isti habent, vnde viuant, oportet tria annua scuta sufficere singulis pro omnibus necessarijs humanæ vitæ. Nonne ergo Ecclesiasticus ordo in vniuersum pauperrimus est? Sed longè pauperiorem videbimus si ipsius hypotheticos redditus ad veros redigamus. Fortè enim dimidium non erunt. Et insuper si ea omnia detrahantur, quæ laicorum commodo inseruiunt, & quæ non in personia, sed in Templis, vasis, vestibus sacris, sanctis Imaginibus, & alijs huiusmodi insumuntur.

At verò sint facultates Ecclesiæ, quod tamen non sunt, milliones 45. cùm vniuersa populi multitudo sit supra milliones 48. sequitur ex hac diuisione, ne scutum quidem annuum à quolibet sperari posse. Verùm quanto minus sperandum, si summa hypothetica redditunm sacrorum ad veram summam redigatur? Si habeatur ratio eorum, quæ laicorum vsui sunt, & eorum omnium, quæ supra commemorauimus; Itaque nullum commodum laicis euenire ex hac diuisione, liquido constat. Ecquis enim adeò sordidus, vt in anni curriculo reputet beneficij loco, vel dimidium scuti, vel scutorum integrum cum sacrilegio. Quod de vniuersa summa dictum est, de singulis eius partibus æquè intelligi debet. Et sanè mirabile videtur, attamen verum est, in nulla prouincia, in nulla regione tot sunt annui Ecclesiasticorum prouentus, vt numerus scutorum annuorum longè non excedatur à numero animarum totius populi.

Mala ingentia ab hac inuasione timenda quis dubitat? Exploratum est enim, Episcopatuum diuitias, cæterorumque sæcularium beneficiorum, atque dignitatum omnium, laicorum etiam commodo cedere. Hisce constat plurimarum familiarum nobilium splendorem fulciri, hisce aliàs ex humili loco ad honestum prouehi, & Principes ipsi experiuntur, facultates Ecclesiæ sibi magno adiumento esse. Immò cùm ex vniuerso christiano Orbe in sola Ecclesia omnia natio, omnis familia, omnis homo eligi possit ad supremos honores, mirandum certè, quomodo non omnis natio, non omnis populus, non omnis homo pro defensione rei suæ calamum non stringat. Si Principes ergo, qui inuadere bona Ecclesiæ exoptant, hoc vnum metuunt, & cauent, ne papauera nimium crescant, & solùm subditorum inopiam cum sua ipsorum vtilitate coniunctam, quæ vera tyrannis est, respiciunt. Dicat Anglia ipsa. Nonne experitur ipsa se grauiori paupertate premi post sacra bona direpta, quàm antea fuerat, idque sine fructu plorat? An non idem ille Henricus, qui Anglicanæ Ecclesiæ bona primus inuasit, quibus se maximè ditari arbitrabatur, primus etiam paupertate coactus tot oneribus Angliam aggrauauit, tot vectigalia, tot exactiones inauditas illi indixit, tot modis populos expilauit, vt vulgò tum diceretur: Ad conflandam Henrico pecuniam nihil aliud in Anglia superesse, nisi viuorum capita, & mortuorum sepulchra?

Iniuria tandem vocantur Ecclesiasticæ spinæ politiarum, & tribuli. Nam, vt omittam eorum opera supernaturalia, quæ vestræ saluti necessaria sunt, negari non potest, ab Ecclesiasticis educari in bonis actibus, in moribus, in omnibus disciplinis. Legatur Thomas Bozius vir maximè pius, & eruditus in libris de signis Ecclesiæ, vbi innumeris testimonijs, & exemplis hoc argumentum est prosecutus. Hoc tantum addo. Nemo Catholicorum vnquam somniauit, quod Ecclesiastici non teneantur vllo modo ad obseruantiam legum ciuilium, quæ sacris Canonibus non repugnant, immò ad ipsas illos vi directiua teneri communi consensu omnes Catholici prædicant. Si verò Ecclesiasticorum delicta ad tribunalia Ecclesiæ, non ad subsellia Principum deferuntur, quid hoc ad Principes? Quid ad commune bonum? Ad commune bonum non pertinet à qua potestate puniantur delicta, sed vt puniantur. Puniantur ergo. Hoc debet esse curæ populo, gentique omni. At quod puniantur à Rege, aut ab alio; nihil omninò interest. Quamquam quis nesciat, vbi pœna sanguinis imponenda est, Ecclesiam non imponere, sed Curiæ seculari reos tradere puniendos? Magni sanè refert, vt ij, quibus Religio commissa est, quique sacra tractant, in honore habeantur, à vulgo eximantur, & à plebis sorte distincti tamquam quid cæteris maius, honorentur. Si enim vilescat Sacerdotium, necesse etiam est, vt vilescat Religio, qua neglecta, impossibile est, vllam politiam stare posse. Propterea cùm Deus minaretur ruinam populo Israel, ait: *Et erit sicut populus sic Sacerdos*, *Ierem.4.* Iudicium ergo euersionis Politiarum est, si Sacerdotes sicut populus habeantur. Id potentissimus quisque Principum altè, serióque recogitet.

Si igitur quæris, qui hominum nocij sint Reipublicæ, dicam liberè. Primum. Principis profusiones, ex quibus pleraque mala, tamquam ex fatali quodam Pandoræ cyatho in Rempublicam infundi. Quis Nerone, & Caligula prodigalior? Quis vtroque nequior? Quis vtroque crudelior? Alter vicies millies, hoc est quinquaginta milliones ducatorum immanibus suis largitionibus effudit. Alter amplius tricies millies, hoc est septuaginta quinque milliones primo sui Principatus anno assumpsit, eoque inopiæ Caligulam adigere, vt coactus sit ad rapinas conuertere animum, vario & exquisitissimo calumniarum, & auctionum, ac vectigalium genere, Sueton. *in Calig.* Qua ex re duo etiam consequuntur incommoda. Vnum, quòd pecunia extra Regni fines eliminetur, alterum, quod Tribunorum, & Præfectorum, ac Præsidum nefario quæstui locus sit, quibus hodie per fœdissimum peculatum cum summo Reipublicæ damno locupletari præclarum stratagema habetur. Sed hæc alterius sunt loci. Secundò. Iudæi. Eorum numerus multò maior est vniuerso Clero. Nec alimus modò eos, sed ex fœnore, fraudibus, flagitijs alimus, & quod premit Rempublicam ditamus. Tertiò. Artifices superuacui. Circumspice nundinarum merces, inuenies magnam partem, quorum non indiget vsus. Pudet dicere tantùm hominum vrbicorum ad luxum occupatur, quantum ad necessitatem,

Digitized by Google

tem, plures superbia, curiositasque occupat, quàm vita. Illi si vtilia tractarent, si agricultura, piscatione, cæteris occuparentur, duplo esset maior viuendi copia. Tu igitur, qui pro Reipublicæ bono Cleri numerum minui iustum putes, rationes subduce, conuincam in Europa plus sumptum in hoc duntaxat nugarum genus, quàm in totum Clerum impendi. Quartò. Abusu omnium artificiorum mechanicorum affirmo Rempublicam pessundari. Nam quæ minori labore fieri poterant, operoso sumptu ciues exhauriunt. Ambitio, luxus, damna ipsa luxuriæ placent. Quintò, omnes, qui artes infames, leues omninò inutiles profitentur. Totum hoc genus, quod alienis de vitijs viuit, si ad vtiles res vocetur, annonam leuabit. Sextò. De coquis, dulciarijs, & toto illo genere artificum voluptariorum dicere supersedeo. In Ciuitate igitur necessariæ duntaxat artes locum obtineant, & dimidio eius, quod nunc insumitur, rectius, quietius, iucundius, feliciùs viuetur. Huius dimidij centesima parte ali Clerus poterit.

81 Clerum itaque, & diuitem, & copiosum esse saluberrimum est Reipublicæ. Reges & Principes semper experti sunt fidissimos, arces, & vrbes illis tutissimè commiserunt exemplo Dauidis. Quod si tamen multi sint inutiles, noxijque, opportunis rationibus illi corrigendi. De hisce placent Clementis constitutio, quæ est *dist.23. cap.3.* & Tridentini Concilij decreta *sess.23. à cap.4. de reformat.* Interim Consultationem hanc verbis Tolosani superiùs allegati consigno: *Scio multos, rebus Ecclesiæ inuidisse, & sibi magis, quàm Deo, plerumque vsibus malle. Ideo, & profana quædam exempla in suæ improbitatis authoritatem contorsisse, & pietatem quandam prosuco obiecisse.*

CONSVLTATIO XVI.

An Fratres Minores Obseruantes sint capaces legati siue in perpetuum, siue ad longum tempus pro celebratione Missarum? Et quid de legato fiduciario, siue confidentiali?

1 Licèt annui redditus Fratribus Minoribus omninò sint prohibiti, nullumque ius, aut ciuilem actionem habeant ad petendum aliquid annuum quacumque causa relictum, cùm sint incapaces cuiuscumque iuris, aut proprietatis ex Nicolao III. *in cap. Exit, de verb. signif. in 6.* adhuc tamen videtur legata annualia relicta in stipendia Missarum, & Officiorum diuinorum apud Monasteria eorundem Fratrum celebrandorum, valida esse, & ad illa soluenda teneri in conscientia hæredes, ac testamentorum exequutores. Quamuis enim dicti Fratres sint incapaces ad petendum in iudicio per ciuilem actionem, non videntur tamen incapaces ad recipiendum annuatim, quod ipsis debetur in foro conscientiæ, & quod Iudex ex officio eisdem solui facere tenetur. Huiusmodi enim legata resoluuntur in eleemosynam annuam. Nec instantiam fundatur in iure aliquo, quod sit penes Fratres Minores. Quia cùm sint capaces tantùm vsus bonorum temporalium, qui consistit in facto, non possunt ius aliquod ad legatum acquirere, sed fundatur in officio Iudicis, eum mouendo pro solutione legati. Idem iudicium est de legato annuo relicto pro necessitatibus infirmorum eorundem Fratrum. Ita Rodriquez senior apud iuniorem *ref.88. n.19.* Syluest. *v. Legatum 2. q.3.* Angel. *eod. v.1. n.5.* Tabien. etiam *eod. v.1. q.4. n.5.* Cordub. *super Reg. cap.6. q.11. & 13.* Cucus *lib.2. Instit. maior. tit.1. num.36. & seqq.* D. Bonauent. *in apol. q.9. tom.2. opuscul.* quem sequitur Villalob. *2. par. sum.35. diff.33. num.3.5. & seqq.* ac censuit S. Congregatio Concilij *ad c.3. sess.25. de regul.* tempore Cardinalis Vbaldini.

Sacra, &c. aliàs censuit, Fratres Minores Obseruantes esse capaces legatorum in pecunia ad effectum conuertendi in necessitates Ecclesiæ, & Conuentus.

Et tempore Cardinalis Carafæ Præfecti: *S. Congregatio Concilij censuit eam legatum rerum immobilium factum Fratribus Ordinis Minorum de Obseruantia, quàm institutionem hæredis factam sub modo licito, bona nempè, vt vendantur, & pretium conuertatur in necessitates Ecclesiæ, validam esse. Idemque esse, si modus non fuisset adiectus, cum sub modo licito semper legatum, & institutio illis facta intelligatur.*

4 Siquidem duplici modo potest institui legatum perpetuum, siue ad longum tempus pro Missis. Primò si statim legatum à morte Testatoris transeat ad legatarium. Secundò modo, vt annuatim soluatur legatario ab hæredibus, & proindè tot sint legata, quot sint anni, & legatarius solùm successiuè acquirat ius annuatim ad legatum. Quod spectat ad primum modum, videtur certum, non posse Fratres Minores acceptare talia legata ob eorundem incapacitatem. Afferunt enim secum annuos reditus perpetuos, omninò necessarios iuxta decreta Sac. Congregationes *de celebr. Missar.* qui inseruiunt pro sustentatione celebrantium. Fratres autem Minores sunt omninò incapaces annuorum redditTuum, qui inseruiunt eorumdem sustentatione, vt declaratur *in Clem. Exiui, §. Cumque annui redditus, de verb. signif.* vbi Glos. approbat doctrinam Feder. de Sen. *cons.175. aliàs* 180. docentis, Fratres Minores, non esse capaces annuorum legatorum, & perpetuorum, & *cons.*112. vbi docet, non esse capaces annui legati ad longum tempus.

5 Quod verò spectat ad secundum, videtur esse capaces, ac posse percipere huiusmodi legatum tamquam eleemosynam pro Missis, accipiendam ab hæredibus, absque eo, quod acquirant ius aliquod, Lara *in l. si quis à liberis, §. Verum, n.74. ff. de liber. agnoscen.* Quia hoc pacto per dispositionem Testatoris Fratres Minores non constituuntur Legatarij, ac proindè nullum ius in ipsus transfertur; sed tantùm obligantur hæredes ad adimplendam mentem Testatoris. Dum autem ad Fratres Minores per huiusmodi dispositionem nullum ius deriuat, nihil habetur contrarium eorumdem Regulæ. Quia solum ius, & dominium præscriptæ ipsis paupertati contrariatur. Vndè reciperent quantitatem designatam à Testatore, tamquam eleemosynam manualem pro Missis.

6 Nihilominus tenendum est, Fratres Minores Obseruantes esse omninò incapaces etiam huiusmodi legati, ac proindè nulliter relinqui. Ità *d. Clem. Exiui, §. cumque, de verb. signif.* Glos. *in cap. Quorundam, & Mendicantium de elect. in 6. & in cap.1. de relig. dom.* traditque Bart. *tr. minor. quæst. lib.2. dist.6. cap.1. num.32.* Bald. *in auth. Ingressi, v.59. C. de Sacros. Eccles.* Abb. *in cap. In præsentia num.63. de probat. & in cap. Nimis 2. sub num.2.* & ibi Io. Andr. & Anchar. *de exces. Prel.* Gemin. *cons.40. n.4. cum seqq.* Feder. de Sen. *cons.52. num.3. & 4.* alijque, quos sequitur Rota coram Merlino *dec.456. à num.15.* Nauar. *cons.14. n.8. de testam. lib.3.* Surd. *de alim. tit.3. quæst.4. num.13.* Sanc. *lib.7. in decal. cap.26. num.49.* Cordub. *in Reg. S. Franch. cap.6. q.11. pun.14.* Sotb. *in comp. priuil. v. Legata,* Quesada *de diu. quæst. iur. cap.26. num.9.* Ratio est, quia iuxtà *d. Clem. Exiui, annui redditus inter immobilia censentur à iure, ac huiusmodi redditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnat, nullaque dubitatio est, quod prædictos Fratribus redditus quoscumque, sicut & possessiones, vel earum etiam vsum, cum eis non reperiatur concessus, recipere, vel habere, conditione considerata ipsorum, non licet.* Quæ verba adeò sunt perspicua, vt equidem admirer, in illis vmbram quæri posse, tamquam anceps esset, & adhuc in trutina, num Sacrorum Canonum determinationi esset obtemperandum. Certum enim est Fratres Minores habere duntaxat vsum rerum necessarium, non autem aliquod dominium. Legatum autem quodcumque transfert ius, & dominium in legatarium, etiam ignorantem quoad actionem realem, & personalem, vel statim à morte testatoris, vel ab adita hæreditate, *l. Cum pater, §. surdo, ff. de leg.2. & l.1. C. commun. de leg. & l. à Titio, ff. de furt.* ibi: *Quia ea, quæ legantur, recta via ab eo, qui legauit ad eum, cui legata sunt, transeunt.* Et ita notat Bartolus communiter receptus *in l. Si tibi, §. Cum seruus, ff. de leg.1.* Vnde legatarius statim habet ius verum, & proprium in legatum, & ideò potest de ipso disponere, vt de re propria. Atque ea hoc contraria sententia diluitur.

7 Et sanè per huiusmodi legata haberent eleemosynam paratam, certam, & perpetuam, tamquam ex necessitate erogandam ob dispositionem testatoris, quæ quidem eleemosyna æquipollet annuo reditui perpetuo. Vnde si multiplicaretur pro ipsorum completa sustentatione, non esset ampliùs necessarium mendicare. Et proindè destrueretur status paupertatis, quàm profitentur. Nihil enim interest, quid fiat ex æquipollentibus, *l.3. C. de instit. & subst.*

& l.

Digitized by Google

& l. in fin. C. de donat. quæ sub mod. & l. mulier, ff. ad Trebel. Sicque censuit S. Congregatio Concilij in vna *Spoletana* legati die 7. Iulij 1668. Nam cùm quæreretur, an legatum, hunc in modum Fratribus Minoribus relictum, valeat, nempè: Item amore Dei, & pro remissione suorum peccatorum reliquit Venerabili Conuentui S. Pauli extra, & prope Ciuitatem Spoleti Patrum Minorum de Obseruantia S. Francisci scuta tercentum monetæ, quæ in tot censibus debeant inuestiri, & de illorum fructibus Patres pro tempore dicti Conuentus per spatium centum annorum, & non vltrà teneantur celebrare tot Missas in suffragium animæ ipsius Testatoris; & casu, quo dictus Conuentus huiusmodi legati non sit capax, teneantur infrascripti hæredes dicta scuta tercentum cum dicto onere dare alteri Ecclesiæ, arbitrio eorumdem hæredum.

Sacra, &c. respondit, *Negatiuè*.

8 Declarationes verò eiusdem S. Congregationis, quæ in contrarium adductæ sunt, loquuntur de eleemosyna legata manuali, & quæ conuerti debet in necessitates Ecclesiæ, & Religiosorum. Quod non repugnat eorum Regulæ. Quia legata manualia pro Missis continent eleemosynas, quæ dantur Ministris Altaris intuitu celebrationis pro sustentatione quotidiana. Vnde ipsi quoque tamquam Ministri Altaris poterunt recipere eleemosynas intuitu celebrationis, & hæredes, seu exequutores tenebuntur soluere tamquam debitas iure naturali. Idque desumitur ex *d. cap. Exiit, §. Ad hæc, de verb. signif. in 6.* Cætera verò fucus sunt, quibus candor illibatus Seraphicæ paupertatis, & mendicitatis saltem obliquè, & exquisitissimis modis obscuratur. Vnde cùm relicti essent Fratribus Minoribus annui redditus, quorum sunt incapaces, petitum fuit declarari per Sacram Congregationem Concilij, an Fratres possint sibi vendicare hos annuos redditus, non quidem vt eo modo, prout relicti erant, singulis annis perciperent, sed vt venderent, & pretium in necessitates Monasterij conuerterent. Sacra Congregatio censuit, Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de Obseruantia esse incapaces annui redditus legati, cùm inter immobilia reputentur *in Clem. Exiui, §. Cùmque annui redditus, de verb. signif.* Cæterum valere legatum immobilium eis factum sub modo licito, nempè vt vendant, & pretium conuertant in Ecclesiæ necessitates, ait Franch. *in cap. 1. §. Confirmatos, de relig. dom. in 6.* Et idem si modus non sit adiectus. Nam sub modo licito relictum intelligitur, Cardinal. post Bart. *in d. Clem. §. Proindè, num. 11.* Concilium autem *in cap. 2. sess. 25. de Regular.* prohibere solùm possessionem, & detentionem, seu dominij acquisitionem decisum refert Fagnan. *in cap. Nimis praua, de excessib. Prælat. num. 31.* At licèt Minores de Obseruantia sint incapaces annui redditus ipsis relicti detinendi, illum tamen non apud hæredem remanere, sed vendi, & pretium, quod inde redactum fuerit, in fabricam, vel alias Ecclesiæ necessitates conuerti debere eadem S. Congregatio declarauit, quæ etiam censuit in vna Romana 23. Augusti 1659. eosdem Minores de Obseruantia esse incapaces legatorum cum onere Missarum.

9 Idem declarari, ac firmari debet in legatis, in quibus causa adiecta legitur, nimium explendi voluntatem legantis secretò, & sub sigillo confessionis legatario commissam. Quia exindè aut nullum penitùs commodum Religiosus legatarius assequitur, & huiusmodi munus præsefert quodammodo testamentariam exequutionem, quæ Minoritis à Sacris Canonibus prohibetur etiam de licentia Superioris, vt ex *d. Clem. Exiui, §. Verum etiam de verb. sign.* & Nouar. *in Lucerna Regul. v. Testamenti exequutor, n. 4.* Alij Regulares siue expressa suorum Superiorum licentia eam assumere nequeunt, siue ad causas profanas, siue ad pias, *cap. 2. & fin. de testam. in 6. Clem. vn. eod. tit.* Sanch. *in decal. lib. 6. c. 11. num. 10.* Aut aliquod commodum Religiosus legatarius ex huiusmodi legato consequi potest, vel retinendo penes se per aliquod tempus pecuniam legatam, vel eam, cui maluerit distribuendo. Quod certum est ei prohibitum esse, quia non solùm id est contra formam Sacrorum Canonum, & Regulæ, sed etiam contra emissum paupertatis votum, vt in puncto Turrian. *2. 2. to. 1. disp. 84. dub. 35.*

10 Equidem sub hoc velamine secreti, ac sigilli confessione non modica suspicio simulationis, & fraudis subesse potest ad effectum scilicet eludendi eodem tempore votum, Regulam, & Canones. Quinimmò simulatio confidentiæ videtur manifesta. Quia concurrunt causa simulandi, illiusque vrgentissimæ demonstrationes, ex quibus concludenter probatur, Rot. *dec. 179. num. 3. p. 4. tom. 2. & dec. 11. num. 2. p. 7. recent.* Causa autem simulandi patet ex incapacitate Religiosi, qui huiusmodi legata consequi non potest, nisi confidentia adhibeatur, Paris. *de confid. benef. q. 9. n. 47. & seqq.* Demonstratio verò est clarissima. Nam testator facit annuum legatum, vt satisfaciat suæ voluntati in confessione explorataæ. Et tamen facit ad vitam Religiosi, qui mori poterit paucis diebus post testatorem, & hoc modo poterit remanere eius voluntas sine exequutione. Quod præcipuè locum habet, si Religiosus sit testatori consanguineus. Ipsa enim sanguinis coniunctio maxima demonstratio est, non solùm quia simulatio inter coniunctos facilè præsumitur, Rot. *dec. 179. num. 6. & seqq. p. 4. tom. 2. rec.* Sed etiam quia coniuncto legatum præsumitur factum potiùs ratione sanguinis, quàm pietatis, Caualer. *dec. 212. num. 6.*

11 In quibus videtur, non posse dubitari de fraude, quæ per huiusmodi legata fit, ideòque omni remedio tam graui morbo occurri debet, prohibendo acceptationem, ac detentionem huiusmodi legatorum, ad textum *in d. Clem. Exiui, §. Cupientes de verb. signf.* Sanch. *lib. 7. in decal. cap. 26. num. 11.* & Lezan. *tom. 2. sum. p. 2. v. Legatum num. 6.* Nec vlli Religioso suffragari poterit Breue forsan à Sede Apostolica concessum. Quia dato aliquali commodo erga ipsum Religiosum legatarium, remanet subreptitium, sicque ipso iure nullum, *c. super litteris*, ibique Felin. *num. 8. de rescript.* Caputaq. *dec. 49. num. 1. & 2. par. 2.* Gregor. XV. *dec. 450. num. 1.* Rot. *in rec. dec. 20. num. 2. & 3. par. 4. tom. 2.* Vel saltem corruit defectu intentionis Summi Pontificis, cuius exceptio admittitur à fortiori, etiam in gratia, motu proprio concessa, Paris. *cons. 1. num. 74. lib. 1.* Seraphin. *dec. 965. num. 11. & dec. 981. in princ.* Caualer. *dec. 612. num. 29.* Rot. *dec. 119. num. 3. cum seqq. par. 5. rec.*

12 Pro puritate autem Regulæ Franciscanæ producam exemplum illustre sub Sixto IV. Iacobus ab Alexandria Palearum, Guardianus S. Montis Sion nimia prouidentia sacris locis acquisiuit perpetuas possessiones, & bona immobilia, præsertim duas Villas in Insula Cypro, constituto Procuratore, qui perceptos inde annuos fructus in Fratrum commoda, conuerteret. Sed Vicarius generalis rem insolentem statui, & honori Regularis Obseruantiæ aduersam, & emolumento Sacrorum locorum præiudiciosam, absque exemplo, consilio, vel authoritate factam damnauit, & constituto Nuncio Fratre Francisco Placentino, per litteras Iacobo sub obedientiæ præcepto, & censurarum incurrendarum pœna mandauit, vt statim omni iuri, & prætensioni in eas Villas cederet, omnia possessionis instrumenta combureret, Procuratorem destitueret, nec quicquam cum huiusmodi proprietatis iure haberet. Interea verò Iacobus ad Babyloniæ Sultanum proficiscens, vt Sacrorum locorum negotia cum illo tractaret, ipso die Parasceue vigesimo Martij in vasta solitudine, efformata ex occurrentibus lignulis Cruce, in eius amplexu piè mortuus est, & socij corpus Alexandriam Ægypti detulerunt, & in Ecclesia S. Marci sepelierunt. Vbi verò mortis eius nuncium ad Vicarium generalem tulissent, eadem, quæ illi per litteras præcepit, nouo mandato iussit Vicarius Montis Sion in vtrisque litteris grauiter inculcans quàm imprudens, & Minoritis noxium illud factum fuerit, aut quidquam humanæ prouidentiæ contra S. Francisci paupertatem tribuere. Quibus Lucas Vuadingus anno 1636. in Sacra Congregatione propagandæ Fidei, vbi de simili prouisione pro Fratribus Terræ Sanctæ tractabatur, pro zelo suo, & Regulæ puritate prudenter, & opportunè vsus est, & obtinuit. Ita Haroldus *in epit. Annal. Min. ad an. Christi 1477. §. 5.*

CON-

CONSVLTATIO XVII.

An liceat amplius facere conuiuia in Ecclesia?

1 TErtullianus *lib. de ieiun. aduersus Psychos cap.*12. apud Baron. anno 201. *num.*14. condemnabat; sinistrèque interpretabatur Agapas Ecclesiæ Catholicæ, id est conuiuia quædam antiquitus factitata, partim ad fouendam charitatem fraternam, partim ad sustentandos inopes, maximè in defunctorum funeribus, vt pro his Deum orarent, in Martyrum solemnitatibus, in Ecclesiarum dedicationibus, & post Eucharisticam communionem, vt testes sunt inter alios innumeros Origenes *lib.*1. *contra Celsum, & lib.*3. *in Iob post med.* Minutius Felix *in Octauio*, S. Gregorius Nazianzenus *in carmin. de diuers. vit. gener.* S. Hieronymus *ep.*22. *ad Eustoch. cap.*14. Concilium Laodicenum *cap.*27. Concilium Gangrense *cap.*11. S. Chrysostomus *homil.*27. *in* 1. *Corinth.* 11. *init.* S. Augustinus *l.*20. *contra Faustum cap.*4. 5. Paulinus *ep.*81. Theodoretus *lib.* 8. *græc. affect. in fin.* & S. Gregorius Magnus *lib.*1. *ep.*14. *& lib.*9. *ep.*71. Imò & ipsemet Tertullianus, qui honorifica ante suam apostasism de Agapis verba fecerat tum *in Apologet. cap.*39. tum *in lib. ad Martyr. cap.*2. Factitatam, inquam, ab ipsis Apostolorum temporibus, vt facilè quiuis addiscet non solùm ex Clemente *lib.*2. *constit. Apost. cap.* 28. & eruditis Francisci Turriani in eumdem locum annotationibus, quæ extant *tom.*1. *Concil.* doctaque Cardinalis Baronij obseruatione *an.*57. *nu.*129. 130. 131. 141. 142. sed etiam ex reprehensione, qua Paulus Apostolus arguit Corinthios ob abusum quemdam, ac confusionem, quæ eorum culpam in hanc Sanctam consuetudinem, diuinamque institutionem irrepserat, atque ex eo quod illis persuadet, vt eiusmodi conuiuia ab Ecclesijs in domos suas priuatas transferant.

2 Quibus consentaneum est, quod supradictum Concilium Laodicense *cap.*28. & Concilium 3. Carthaginense *cap.*30. tales Agapas, & epulas in Ecclesijs fieri vetuerunt, sicut & Augustinus *lib.*6. *confes. cap.*2. *& ep.*64. atque Ambrosius apud Augustinum *lib.*6. *conf. cit. c.*2. Baron. *an.* 337. *num.*14. *& an.*384. *num.*29. *& an.*391. *num.*39. corrigendos, resecandosue iudicarunt abusus quosdam similes in solemnitates Martyrum illapsos. Hæc tamen omnia minimè obstant quo minus vetus ille mos in locis innumeris sanctè etiamnum, saltem ex parte, obseruetur, vt apud Baron. *an.*57. *num.*142. videlicet in funeribus, in multis pijs Sodalitijs, nec non in statis quibusdam solemnitatibus, in quibus egeni conuiuio benignissimè excipiuntur, insitatibusque eleemosynis donantur in palatijs Summorum Pontificum, aliorumque Prælatorum, Principum, & Magnatum, qui pauperum certum numerum nonnunquam inuitant, & liberaliter tractant. Cuius rei vt insigne olim exemplum dedit felicis recordationis Clemens VIII. cui solemne erat, & quotidianum hoc benignitatis officium, ita & nunc per Dei gratiam videmus hanc Sanctam Agapen, seu charitatem in pauperes continuari à S. D.N. Papa Clemente X. quippè qui diebus singulis multitudinem pauperum non exiguam ad mensem Apostolicam inuitat, lautèque accipit. Et quod ad Principes temporales pertinet satis erit lectori in memoriam redire nobilis illius consuetudinis, qua solent Christianissimi Galliæ Reges quotannis feria quinta maioris hebdomadæ tredecim pauperes prolixè excipere, vbi primum singulis pedes manibus suis regijs abluerunt.

3 Atque ex his omnibus perspicuum esse fatendum est, errasse Tertullianum, quod vsui, & antiquo, & optimo, nihilque nisi charitatem in Deum, & proximum spiranti obstiterit, quemadmodum & S. Augustinus Faustum Manichæum similem ob causam acriter increpat *lib.*20. *contra Faust. c.*20. quod scilicet Catholicos criminaretur Ethnicorum sacrificia in Agapas conuertisse.

4 Verùm numquid non aliqui grauiori sint reprehensione digni, quando panem auersantur benedictum, antiquitus pariter vsitatum, cum quidem distribui solitum non tantum Catechumenis, vt ex Augustino *lib.*2. *de peccat. mer. cap.*26. Bellarm. *lib.*1. *de baptism. cap.*25. quibus quod nondum baptismo initiati essent, nefas erat Sacrosanctum Iesu Christi Corpus participare; sed etiam fidelibus, ac baptizatis in vnionis fidei, mutuæque charitatis fraternæ symbolum. Quippe cùm vniuersa Ecclesia sit vnus panis, & vnum corpus, vt loquitur Apostolus 1. *Corinth.* 10. 17. sub vno capite Iesu Christo. Vsitatum inquam, nunc sub Fermenti, aut Panis fermentati nomine, vt ab Azymo Eucharistico secerneretur, quod videre est in decretis S. Melchiadis Papæ, & Martyris, ac Papæ Syricij, necnon in epistola quadam S. Innocentij Papæ primi apud Baron. *ann.*313. *num.*48. *&* 49. Nunc sub Eulogiarum, hoc est benedictionum vocabulo, quarum fidem faciunt Canon antiquus S. Pij Papæ primi, & Martyris apud eumdem Baron. *dicto ann.*313. *num.*51. Concilium Laodicenum *c.*14. 32. Epistola quædam S. Paulini, quæ est inter Augustinianas 35. *ad Alypium*, & Acta S. Albini Andegauensis Episcopi apud Surium *tom.*2. 1. *Martij*. Nunc sub sanctificationum voce, vt constat ex Augustino *lib.*2. *de peccat. mer. c.*26. Nunc sub panis benedicti titulo, vt idem Augustinus docet *in epist.* 34. ad Paulinum, qui Paulinus illius quoque meminit scribens ad Augustinum apud ipsum August. *epist.*31. *in fin.* Nunc denique sub appellatione Panis Cruce benedicti, ac signati, vt testificatur S. Gregorius Nazianzenus *orat. in funer. patr.* Qui Panis, quod Fermentum, quæ Eulogia, quæ sanctificatio, vt cognationis habet plurimum cum veteribus Agapis, vt ex Cor. *lib.*2. *instit. Cathol. c.*42. *& lib.*3. *c.*4. ita etiamnum multis in locis nomine charitatis honestatur.

5 Conuiuia tamen fieri solita per Confratres in suis festis, conniuenter tolerari possunt, modò non feria sexta Parasceues, nec cum redditibus loci pij, nec intra, aut propè Ecclesiam fiant ex S. Congregatione super Episc. in Anagnina 12. Septembris 1614. Vel saltem si secundùm consuetudinem fiant ante Ecclesiam, tempore conuictus omninò claudantur eiusdem Ecclesiæ ianuæ ex eadem S. Congregatione in Verulana 10. Ianuarij 1606.

CONSVLTATIO XVIII.

Cuinam competat ius porrigendi aspersorium aquæ benedictæ Episcopis, Archiepiscopis, Legatis, accedentibus ad Ecclesias, etiam Regularium? Quid de consuetudine immemorabili hac in re, quidue de concessione remissoria ad illam probandam?

1 VIdetur competere digniori, siue primæ dignitati Capituli Cathedralis incedenti capitulariter cum Episcopo. Aliquando enim aliquæ Dignitates, vel Canonici Cathedralis intersunt cum Episcopo, illum associantes, non quidem repræsentando totum Capitulum, vt contingit frequenter in visitatione, quam Episcopus ad præscriptum Sac. Concilij Tridentini facere tenetur, & hoc casu Prælatus inferior in propria Ecclesia præcedit, ac reputatur dignior, atque ad eum pertinent omnes functiones à iure, vel à libro Cæremoniali digniori præscriptæ. In his terminis rectè procedunt declarationes Sac. Rituum Congregationis, quæ circumferuntur. Prælatus enim inferior in propria Ecclesia præcedit alios, quamuis extra eam maiores, & digniores sint, ipseque dicitur dignior ex Tamburin. *de iur. Abb. tom.*1. *disp.*25. *q.*2. *n.*28. *&* Pegn. *dec.*204. *alias* 261.

2 At quando Episcopus interest cum toto Capitulo Cathedralis capitulariter secus dicendum est. Quia tunc in omnibus dignior dicitur primus de Capitulo. Sicque distinguendo decidit Rota in Ampurien. præcedentiæ 28. Nouembris 1659. coram Meltio in hunc modum. *Commissa mihi causa super præcedentia, quam Canonici Ecclesiæ Collegiatæ de Templo Ampuriensis Diœcesis controuertebant in propria Ecclesia Capitulo, & Canonicis Cathedralis illius Ciuitatis, proposui dubium particulare, an scilicet dictum Capitulum, & Canonici Cathedralis Ampuriensis præcedere debeant ipsis Canonicis Collegiatæ de Templo in singulis actibus, etiam associando Episcopum in dicta Ecclesia Collegiata, & ad fauorem eiusdem Capituli Ampuriensis emanauit resolutio.*

3 Ratio siquidem ea fuit, quia cùm Canonici Cathedralis vnum corpus cum Episcopo constituant secundùm Abb. *in cap. Nouit num.*2. *de ijs, quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capituli*, quemadmodum debetur præcedentia ipsi Episcopo, ita pariter præcedere debent illius Canonici, ipsum comitantes, etiam in casibus contentis in sacro Concilio Tri-

Digitized by Google

Tridentino *cap.6. sess.25. de reform.* ne scilicet membra à suo capite separara remaneant, vt benè notat Felin. *in cap. Cum non liceat num.2. de præscript.* Gemin. *in cap. Quamuis, §. Quamquam de preb. in 6.* Gratian. *discept.111.num. 1.cum seqq. vbi sub num.16.* adducit optimè distinctionem inter Episcopum præsentem, & Episcopum absentem, Tamburin. *de iur. Abbat. tom.1. disp.25. quæst.9. num.2.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.18. num.44. cum pluribus seqq. num.48.* tradit, ita fuisse resolutum à Sac. Rituum Congregatione in vna *Fundana* 2. Octobris 1597. & in alia *Tuscanen.* 19. Angusti 1619. in qua fuit responsum, Canonicos Cathedralis præcedere Canonicos Collegiatæ, non obstante etiam consuetudine in contrarium existente, dixitque etiam Rota coram Gregorio *decis.284. num.3. & in recent. decis.3. num.3. & seqq. & decis.111. num.7. & 8. par.5.* Et quod hoc intelligatur etiam respectu propriæ Ecclesiæ Collegiatæ, resolnit Rota coram eodem Gregorio *decis.284. num.1.* ibique Add. *lit.A.* & Add. ad Burat. *decis. 903. num.16.*

4 Ideòque si Episcopus solemniter celebrat in Collegiata Ecclesia, Canonici Cathedralis tenentur ei assistere, & præcedunt in ea functione ipsis Canonicis Collegiatæ, tam respectu loci, iuxta notata per Barbos. *in collect. Apostol. decis.100. num.4.* vbi refert, ita plures fuisse sancitum à dicta Sac. Congregatione, quàm respectu thurificationis, cùm illa debeatur dictis Canonicis Cathedralis duplici ductu immediatè post Episcopum ante Canonicos dictæ Collegiatæ, vt tradit idem Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.34. num.32.* vbi refert aliam resolutionem eiusdem sacræ Congregationis *in Alexandrina* S. Petri in Broglio 7. Februarij 1604.

5 Hinc non obstat, quod inferior in propria Ecclesia ratione officij, quo fungitur, habeat iuris assistentiam præcedendi alijs, etiam in dignitate maiore constitutis secundùm Abb. *in cap. Postulasti, de conceß. preben.* Tambur. *de iur. Abb. tom.1. d. disp.25. quæst.2. num.28.* Quoniam id non procedit quoad Capitulum, & Canonicos Cathedralis, accedentes cum Episcopo ad Ecclesiam inferiorem suæ Diœcesis, vt optimè respondit Rot. *d. decis.111. num.8. par.5. recent.* cum alijs supra relatis, & declarat idem Tamburin. *ibidem sub num.30.* Henric. Boich. *de Synod. par.3. num.27.* & firmauit Rota penes eumdem Tambur. *tom.3. decis.113. num.8.*

6 Idem firmauit eadem Rota in dicta Ampurien. seu Ciuitaten. præcedentiæ 19. Aprilis 1660. coram eodem Meltio, ibi: *Prætendebant Canonici Cathedralis Ampuriensis in vim resolutionis ad eorum fauorem emanatæ sub die 28. Nouembris præteriti, nedum præcedere Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ de Templo in illis actibus, in quibus repræsentant totum Corpus Capituli, sed etiam quando vti singuli ad dictam Collegiatam accedunt. Vnde super hoc concessa noua audientia, & causa reproposita, Domini ad tollendam quamcumque dubietatem, responderunt primam decisionem infrascripto modo declarandam esse.*

7 Præcedentiam scilicet prædictis Canonicis Cathedralis in eo solum deberi in dicta Collegiata Ecclesia de Templo, quando capitulariter ad illam accedunt. Quia tunc repræsentant propriam Ecclesiam Cathedralem, cui maior alijs debetur honor, & constituunt vnum corpus cum Episcopo, prout loquuntur decisiones, & auctoritates in alia decisione adductæ, secus autem quoties tales Canonici incedunt sine Cruce, & vti singuli. Nam in huiusmodi casu, quamuis associarent Episcopum, non possunt præcedere Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, vt tradunt relati per Gratianum *discept.111. num.8. & seqq.* & ita declarasse Sac. Congregationem Rituum, refert Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.18. num.63.* & dixit Rota *decis.111. num.8. par.5. recent.* vbi in specie loquitur quando Capitulum Cathedralis inuitatur ad aliquas functiones. Et ratio est, quia Canonici, & Dignitates, licet inferiores, in propria Ecclesia ratione officij, quo funguntur, digniores Canonicis Cathedralis ad Collegiatam, vti singulis accedentibus, existimantur, Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. lib.1. cap.21. num.85.* Tambur. *de iur. Abb. tom.1. disp.25. num.28.*

8 Eadem distinctione censuit Rota, intelligendum esse etiam præcedentiam Canonicis Cathedralis debitam in casibus contentis in S. Concilio Tridentino *d. cap.6. sess.25. de reform.* quotiescumque scilicet, præfati Canonici, etiam in huiusmodi casibus repræsentant totum Capitulum, & non alijs, minimè tamen obstante, an duo, siue vnus tantùm Canonicus cum Episcopo in his casibus incederit. Nam etiam per vnum Canonicum ius integri Capituli repræsentari potest, quando alij Canonici non reperiuntur, vel sunt legitimè impediti; itant ipsi, vel eorum maior pars alibi non repræsentent, vel constituant corpus Capituli iuxta notata per Glos. & Doctores *in cap. Gratum, v. pauciores, de postulat.* Innoc. *in cap. Illa sub num.3. in fin. vers. immò plus dico, de elect.* Abb. *cons.25. num.2.* Rota coram Card. Seraph. *decis.1050. num.5.* & in Cæsaraugustana Canonicatus 20. Maij 1650. coram Dunozetto, *§. Quo vero.*

9 Et ex hac ratione quando Capitulum Cathedralis interuenit capitulariter cum Episcopo in Ecclesijs, etiam Regularium, non ad digniorem, siue Abbatem, vel Prælatum aliarum Ecclesiarum, sed ad Canonicos, & Dignitates de Capitulo absque alterius mixtura pertinet assistere, & facere circulum, omnesque alias functiones, vt pluries declaratum esse à Sac. Rituum Congregatione, testatur Barbos. *de Canon. cap.34. num.32. & in summ. Apost. dec. coll.100.* Et in specie prioris Ecclesiæ Regularis, prætendentis præcedentiam supra primam Dignitatem Capituli Cathedralis, quod sit omninò iniustum, quando interuenit totum Capitulum cum Episcopo, benè censuit Rota *decis.111. num.7. cum seqq. par.5. recent. & dec.254. num.5. cum seqq. par.10.*

10 Prætereà non solùm Canonici, & Dignitates, quando interueniunt capitulariter constituunt vnum corpus cum Episcopo, ideòque inter caput, & corpus non debet alter diuersæ naturæ immisceri, quia esset monstrum; sed etiam quia in plerisque, adductis per Barbosam *de Episcop. alleg. 105.* Regulares, eorumque Abbates, & Prælati, ac etiam Ecclesiæ subiacent Episcopo, & consequenter Capitulo succedenti in iurisdictione Episcopali, sede vacante, vel Episcopo absente, aut impedito, atque adeò est superior natiuus, & habitualis; at est omninò absonum, quod subditus, & inferior præcedat Superiorem.

11 Idque præsertim quando accedit obseruatio antiquissima, tollens omnem difficultatem, vel quando Ecclesia, ad quam Episcopus cum suo Capitulo accedit, est censualis, & redititia tam Episcopi, quàm Capituli. Quod sanè arguit quandam originariam, & specialem subiectionem, ac dependentiam ad text. *in cap. Cum olim, de cens.* vbi Doctores, Eminentiss. Othobon. *decis.179. num.18. & decis.223. num.17.* vbi de Religione Casinate in Romana Parochialis 24. Aprilis 1651. coram Meltio, *§. Quod autem*, & in S. Seuerini Parochialis 12. Ianuarij 1660. coram Beuilaqua. Vnde consuetudo habet peculiare fomentum, ac primordium veritatis, quod sit ea conuentione ob cessionem Ecclesiæ.

12 Et quamuis consuetudines contra Ceremoniale reprobatæ censeantur ob decretum irritans, contentum in constitutione Clementis Octaui eiusdem Cæremonialis confirmatoria; dupliciter tamen ad rem id limitatur. Primò accedente immemorabili iuxta declarationes Sac. Rituum Congregationis relatas à Barbosa *in sum. Apostol. dec. collect.222. num.2.* ac dixit Rota in Brixien. thurificationis 16. Martij 1626. coram Remboldo. Secundò vbi non est omninò certum, & præcipuum quod Cæremoniale aduersetur, ita vt possit probabiliter dubitari. Tunc enim decretum irritans non est operatiuum, & possessio, seu consuetudo etiam ordinaria operatur. Quia dicitur potius interpretatiua, & præter Cæremoniale. Atque vltra veras regulas generales habet Rota in puncto Cæremonialis *decis. 102. num.10. par.10. recent.*

13 Ideòque, posita releuantia articulorum, certum est remissoriam in materia præeminentiæ, quæ est prosana, non posse denegari ad probandum consuetudinem, ne tollatur modus faciendi probationes in partibus, dum causa agitatur in Curia, vt benè Gregor. XV. *dec.403. num.4.* Buratt. *decis.821. num.2. & 3.* & in alijs passim. Etenim si probetur immemorabilis, prout articulatur, illa sine dubio est attendenda, ac Cæremoniali præualet, etiamsi probaretur solùm consuetudo antiqua, & temporis considerabilis, etiam absque omnibus rigorosis requisitis, cùm non versatur in casu expressè deciso per Cæremoniale.

14 Nihilominus sit regula. Dignior, siue prima dignitas Ec-

ecclesiæ etiam regularis, ad quam Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, alijque Prælati accedunt, debet illis porrigere aspersorium. Ratio est, quia porrectio aspersorij est actus obsequij, ac reuerentiæ præstandæ à domino domus ad eam venientibus: Rectores autem Ecclesiarum in proprijs Ecclesijs dicuntur esse in propria domo, *cap. duo 23. quæst.4.* Abb. *in cap. Venerabilem, de elect. num.19.* cum alijs relatis per Gonzal. *ad regul.8. glos.6. num.102.* Quinimò in ea sunt Reges, & Imperatores; vnde etiam Rex existens in aliena domo debet cedere domino, vt notat Decian. *cons.67. num.12. & 13. vol.2.* Solorzan. *in alleg. pro suprem. Consil. Indiar. super præced. num.92.* Besold. *dissert. de præced.cap.3. num.15.*

15 Atque ita seruatur Romæ in processionibus Rogationum, in quibus, licet Reuerendissimi Canonici Lateranenses sint præsentes, attamen aspersorium porrigitur Illustrissimo D. Vicesgerenti à digniori illius Ecclesiæ, ad quam accedit: Immò etiam Summo Pontifici porrigitur ab Eminentissimo D. Cardinale Titulari illius Ecclesiæ, ad quam dignatur accedere, & quatenus Cardinalis Titularis non esset præsens, illud porrigitur ab alio Cardinali pro Titulari. Alioquin, si dignior in processione deberet porrigere aspersorium, sequeretur, quod si essent præsentes Cardinalis Legatus, & Archiepiscopus, hic illi deberet porrigere aspersorium. Quod planè dicendum non censeo.

16 Ita etiam sæpiùs expressè resoluit Sacra Rituum Congregatio, præsertim in vna Camerinen. die 15. Martij 1608. ibi: *S. Rituum Congregatio, inhærendo alijs decretis, aliàs hac de re emanatis, censuit, aspersorium aquæ benedictæ porrigendum esse Episcopo à Priore Ecclesiæ Collegiatæ, dum ibi accedit Episcopus, non autem à prima dignitate, vel primo Canonico Ecclesiæ Cathedralis.*

17 Idem expressius resoluit in vna Bononien. die 14. Februarij 1642. nimirum, D. Marcus Antonius Gentilis de Bononia, Abbas Monasterij B. Mariæ de Pace, Procurator Generalis totius Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium exposuit, Archidiaconum Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis prætendere in Ecclesia propria dictorum Canonicorum Regularium aspersorium porrigere Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Legato occasione alicuius processionis ad eorum Ecclesiam accedenti, contra dispositionem Cæremonialis Episcoporum, & decreta in his terminis per hanc Sacram Congregationem edita, supplicans pro bono pacis declarari, quid seruandum. *Sacra Rituum Congregatio respondit, aspersorium Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Legato aliquam Ecclesiam occasione publicæ processionis, seu quacumque alia de causa ingredienti, non ab Archidiacono, seu alijs de Capitulo Metropolitanæ porrigi debere, sed à digniori illius Ecclesiæ, ad quam Eminentissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Legatus accedit. Et ita in posterum seruari mandauit.*

18 Et rursus die 8. Februarij 1648. *Sacra Rituum Congregatio respondit, Episcopo Rhegiensi extra suam Cathedralem in aliam Ecclesiam, siue sæcularium, siue Regularium ingredienti aspersorium porrigi debere per dignitatem illius, ad quam Episcopus accedit, & nullo modo per Dignitates, aut Canonicos Cathedralis, & ita in casu proposito omnino seruari mandauit.*

Non obstat consuetudo, etiam immemorabilis, quia tamquam irrationabilis numquam potuit induci, est enim contra bonos mores, quia dominus domus tenetur præstare obsequia ad illam accedenti, actus autem præteriti, ex quibus articulata deducitur, potuerint esse facultatiui, ac proinde reprobatur à Clemente VIII. in sua Constitutione, vt alibi docuimus.

19 Minus obstat, quod id non repetiatur expressè prohibitum in dicto Cæremoniali. Nam satis est, quod ita semper declarauerit Sac. Rituum Congregatio, ad quam spectat illud interpretari. Vnde eadem Sacra Congregatio die 21. Martij 1665. in causa inter Archiepiscopum, & Abbatem, ac Monachos S. Vitalis Rauennæ resoluit, quod accedente D. Archiepiscopo ad præfatam Ecclesiam vnà cum Capitulo Metropolitano ad exercendum Pontificalia in die festo, debeat Abbas tradere, & porrigere aspersorium aquæ benedictæ eidem Archiepiscopo immediatè, non autem Archidiacono, vel alteri de Capitulo, qui illud porrigat Archiepiscopo, & cùm fuerint pro parte dicti Capituli exhibiti articuli ad probandum ex litteris remissorialibus antiquam consuetudinem porrigendi per Abbatem aspersorium primæ Dignitati, eas S. Congregatio die 6. Iunij 1666. denegandas esse censuit. Et quidem porrectio aspersorij, vel est actus iurisdictionis, vel obsequij. Si iurisdictionis, non potest exerceri in Ecclesijs Regularium, quia sunt exemptæ. Si obsequij, pertinet ad Rectores Ecclesiarum.

CONSVLTATIO XIX.

An dispensatus super ætate, censeatur etiam dispensatus ad effectum percipiendi distributiones quotidianas?

An vigore Breuis eiusmodi dispensationis debeantur etiam distributiones illæ, quæ à testatoribus prohibitæ sunt dari absentibus?

Et quatenus iudicetur, deberi omnes distributiones, à quo tempore debeantur, tum respectu temporis, quo dispensatus non fuit in Sacris, tum respectu distributionum, iam inter Canonicos, & Beneficiatos diuisarum, & consumptarum?

QVod ad primum videtur dicendum, dispensationem obtentam super defectu ætatis pro assequendo beneficio non suffragari pro percipiendis distributionibus quotidianis, & dispensatum super ætate non censeri dispensatum super distributionibus. Nam cùm agatur de dispensationibus Apostolicis, quæ sunt contra dispositionem iuris, & dicitur materia odiosa, strictè intelligendæ sunt, nec extendendæ de re ad rem, neque de casu ad casum per textum *in cap. Cum ex eo, de elect. in 6. cap. Is, qui de fil. presb.* Quippè in hac materia inclusio vnius est exclusio alterius, vt dixit Rota penes Verall. *decis.272. num.2.* Immò neque ex maioritate rationis trahi potest ad consequentiam, Sylu. *de benefic. par. 4. quæst.7. num.8.* Caputaq. *decis.8. num.6. par.1.* Surd. *decis.268. num.20.* qui alios cumulat, Beltram. ad Gregor. XV. *decis.87. num.17.* & solùm excipiuntur ea, in quibus clarè, & specificè eorum verba verificari possunt, Bero. *cons.184. num.4. & 5. vol.2.* Lotter. *de re benefic. lib.1. quæst. 40. num.72.* 1

Quæ multò fortiùs procedunt in hoc casu. Quia dispensatio super ætatis defectu ad assequendum beneficium, nihil commune habet cum defectu absentiæ, cùm ille sit defectus necessitatis, iste voluntatis. Nec proinde redditur dispensatio super defectu ætatis inefficax aut inanis. Quoniam iuuat pro consequendis possessione, ac fructibus beneficij; defectus autem absentiæ non respicit fructus beneficij, sed solùm distributiones quotidianas, quæ interessentibus officijs diuinis dari, ac diuidi debent, distinctas prorsus, & separatas à fructibus beneficij, qui dantur Canonicis ratione præbendæ, etiamsi non resideant, aut diuinis non inseruiant iuxta text. *in cap. Cum in Ecclesia, de præb. in 6.* Rip. *in cap. Cum M. Ferrariensis num. 130. de constit.* Surd. *cons.412. num.29.* Put. *dec.113. n.4. lib. 1.* Monet. *de distrib. p.1. q.4. n.4. & seq.* & post eum Grat. *discept. for. cap.399. n.21. & 22.* 2

Ac proinde tamquam res inter se diuersæ tam ratione originis, quàm causæ, & qualitatis, de vna ad aliam fieri nequeat illatio ex vulgaribus. Ideòque specialis atque expressa requiritur dispensatio super defectu absentiæ, cum dispensatio concessa super vno defectu non extendatur ad alium non expressum ad *text. in cap.1. & 2. de fil. presbyt. in 6. cap. Pastoralis, de priuil.* traditque Franch. *in cap. Non potest, §. Illud num.5. de præb. in 6.* Rot. *decis. 233. num.22. p.1. diuers.* & coram Gregorio XV. *dec.87. num.6.* & coram Pegna *dec.448. num.2. & seqq.* fuitque firmatum in Senen. Archipresbyteratus 23. Iunij 1606. coram Lancellotto iuniori. Adeò quod nec suffragetur clausula remotiua obstantium, vt docent post alios Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.13. num.98.* & Lotter. *loco alleg. qu.40. n.192. & seq.* Neque argumentum per æquipollens, Rot. coram Pegna *d. dec.488. n.8.* cùm tot debeant esse dispensationes, quot sunt obstacula, vt ex Rota coram Gregorio, & Pegna supra deductis. 4

Quo ad secundum asserendum etiam videtur, dispensationes Apostolicas, obtentas ad percipiendum distributio- 5

rio-

tiones quotidianas suffragari duntaxat pro illis distributionibus, quæ dicuntur de prima mensa, siue, vt inquiunt, de Massa grossa, & in ea parte tantùm, quæ constat ex redditibus certis atque legatis, in quibus nulla adest prohibitio testatorum, secus autem pro distributionibus, quæ prouenient ex legatis piorum testatorum, qui expresè prohibuerunt, non dari absentibus ex quacumque causa. Testator enim conditionem, ac legem, quam vult in suo testamento, & legatis, rebusque suis dare, & apponere potest, *l. In re mandata, C. mandat. l. Cum acutissimi in fin. C. de fideicom. l. Ex facto, ff. de hered. instit.* quæ non minus quàm leges iuris communis seruandæ sunt, *l. Plane, §. 1. de leg. 3. l. Paulo, §. 1. ff. eod.* Et contra quas numquam præsumitur, Papam voluisse disponere, Lotter. *de rebenef. lib. 2. q. 47. num. 63.* Quin Papa potius piæ voluntati testatorum adhæret, quam præiudicat, vt rectè dixit Rota *dec. 158. n. 24. p. 7. rec.*

5 Non obstant verba generalia in dispensationibus apposita, scilicet, *omnes, & quascumque distributiones, ordinarias, & extraordinarias, & quocumque nomine nuncupetur.* Nam hæc restringi debent solummodo ab eas, quæ debentur ex prouisione iuris communis, non autem ex prouisione hominis, quæ facit cessare prouisionem legis, dumque Papa huic hominis prouisioni speciatim, & expresè non derogat, eius rescripta secundùm dispositionem iuris communis semper interpretari debemus, *cap. Cum dilectis*, & ibi Glos. *v. iure communi de consuet.* Cassad. *dec. 36. n. 7. super regul.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 4. n. 135.* Rot. *dec. 325. num. 4. post 2. vol. cons.* Farinac. & inter *rec. dec. 194. n. 3. p. 3. & dec. 361. num. 23. p. 4. tom. 2.*

6 Maximè cùm simus in materia odiosa, nempè dispensationum Apostolicarum, quas strictè, & quantò minus lædant, & præiudicent, debemus interpretari ac ita, vt in ijs tantùm operentur effectum, in quibus locum habere possunt, *cap. sane*, vbi Abb. *de priuil.* Felin. *in cap. causam, quæ à num. 9. de rescript.* Bero. *cons. 148. num. 4. & 5. vol. 3.* Monet. *de distrib. p. 2. qu. 14. num. 5. & 19. ac seqq.*

7 Nec obstant specialia verba nominum *Anniuersariorum, Mortuariorum* in dispensatione apposita. Quia cum de qualitatibus horum nominum non fuerit Summus Pontifex certior redditus, quod scilicet proueniant ex dispositione piorum testatorum, qui in suis testamentis, & legatis expresè iusserunt, huiusmodi distributiones non dari, nisi actu inseruientibus diuinis, gratia est subreptitia. Quia, si sciuisset Pontifex qualitatem harum distributionum, non vtique illam concessisset, vel difficilius. Vnde gratia huiusmodi remanet nulla, & inefficax. Subreptio enim vitiat gratiam in totum, Abb. *in cap. Cum dilecta num. 3. de rescript.* Bero. *in cap. super literis n. 1. eod. tit.* Rot. *dec. 653. num. 5.* coram Card. Seraph. *& dec. 335. num. 16. post 2. vol. cons.* Farinac. Caualer. *dec. 92. n. 1. in fin. & seq.* ac fuit resolutum in Veneta indulti 7. Iunij 1647. coram Eminentiss. Orthobono.

8 Nec valet, quod præsumatur easdem qualitates à Pontifice sciri potuisse. Quia ea, quæ sunt facti Pontifex potest ignorare, *text. in cap. 1. de constit. in 6. cap. nonnulli, de rescript. & cap. ex parte, de cap. Monach.* Put. *dec. 93. n. 4. lib. 3.* Rot. *dec. 193. n. 8. & 9. p. 2. rec.* Quare ex sola expressione *Mortuariorum* dici non potest, Pontificem habuisse notitiam de illorum qualitatibus, ac proinde dici nequit, habuisse intentionem dispensandi, etiam in distributionibus particularibus, quæ dantur sub nomine *Mortuariorum, & Anniuersariorum*, & consequenter talis defectus intentionis annullat gratiam, etiamsi motu proprio sit facta, *cons. 74. num. 32. lib. 4.* Cassad. *dec. 3. n. 3. & 6. de pens.* Seraph. *dec. 398.* & penes Farinac. *dec. 325. n. 16. vol. 2. cons. & dec. 626. num. 5. p. 1. recent.*

9 Hinc non solùm præsumitur, quod Pontifex noluerit dispositioni Testatorum derogare, dum hoc ipsi non fuit expositum, sed etiam requirebatur specialis derogatio, & commutatio voluntatis illorum, ad quam Summi Pontifices non ita facilè deueniunt, nisi ex magna causa, & cum consensu omnium interesse habentium, vt statuit S. Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 6. de reform.* & fuit antea præscriptum *in Clem. Quia contingit, de relig. dom.* nec non à iure ciuili *in l. legatum, ff. de administr. rer.* ac firmauit Rota coram Durano *dec. 78. num. 13. & 23.*

10 Accedat, quod distributiones istæ, quæ absentibus denegantur, accrescunt interessentibus. Vnde cùm agatur de illorum præiudicio, dispensatio non potest ijs præiudicare, cum Papæ rescripta semper intelligi debeant sine alterius præiudicio, *l. 2. §. merito, & §. siquis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, Ruin. *cons. 105. num. 8. lib. 5.* Menoch. *de arb. lib. 1. q. 48. in princ.* Rot. coram Durano *d. dec. 78. n. 3.*

11 Quod eo facilius admittendum, cum Anniuersaria, & mortuaria non comprehendantur sub dispensatione absenti concessa pro consequendis distributionibus quotidianis, vt firmant Archid. *in cap. Sacerdos num. 3. quæst. 3.* Nauar. *cons. 13. de Cler. non resid. lib. 3.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 4.* Monet. alios citans *de distrib. p. 2. q. 14. à num. 22.* Gratian. *discept. forens. cap. 166. num. 28. & seqq.*

12 Confirmantur hæc omnia ex consuetudine, quæ semper hucusque huiusmodi Apostolicas dispensationes ita interpretata est, vt dispensatos numquam ad has distributiones admiserit. Iure quidem. Nam dispensationes de percipiendis distributionibus quotidianis ita planè intelligi, ac in vsum deduci debent, vt cultus diuinus non diminuatur, & Ecclesia defectum ministrorum non patiatur iuxta textum *in cap. Cum ad hoc de cler. non resid.* vbi cauetur, quod priuilegiati, etiam per Summum Pontificem, super absentia reuocari debent, si Ecclesia ob id patiatur ministrorum defectum, *text. in cap. suggestum, de decim.* vbi reuocatur priuilegium cum incipit Ecclesiæ esse damnosum. Facit etiam, quia Pontifex intendit, vt diuinus cultus potius augeatur, quam diminuatur per *text. in cap. penult. de constit. & cap. fin. de rescript. in 6.* Ideòque consuetudinem istam omninò seruandam esse docent Archid. *in Clem. Vt ij, de ætat. & qualit.* Miles *in repert. v. dispensatio*, Couar. *var. resol. l. 3. cap. 15. n. 3. in fin.* & tradunt Paris. *cons. 50. n. 19. lib. 4.* Moneta, qui alios adducit *p. 2. q. 12. num. 24.* ac resoluit. Rot. coram Seraph. *dec. 871. n. 2. in fin. & dec. 154. n. 3. p. 1. & dec. 216. num. 2. p. 2. rec.* & in Consentina beneficij 6. Iuoij 1616. coram Remboldo.

6 Huic autem consuetudini numquam per Papam censetur præiudicatum; immò potius illi semper se conformare præsumitur, vt dixit Abb. *in cap. Possessiones num. 4.* & ibi Annot. *n. 5. de reb. Eccles. non alien.* Rot. coram Buratt. *dec. 484. num. 10.* eoque magis si sit longissimo tempore obseruata, quæ vim præscriptionis induxit, Rot. *dec. 208. num. 1. p. 1. diu.* Seraph. *dec. 1410. num. 26.* Quamuis ad eam inducendam, quando est iuri conformis, sufficiant actua ipsi positiui, vt post Butrium, & alios probat Monet. *d. p. 2. qu. 12. num. 11.* Vbi etiam firmat, vnicum actum sufficere per textum *in cap. Cum de beneficijs, de preb. in 6.* Huiusmodi autem consuetudo est consentanea iuri communi, prohibent Clericis non interessentibus distributiones, textus *in cap. vn. §. statuimus, de Cler. non resid. in 6. cap. Quia ambitiosum, vers. receptis, de rescript. eod. lib.* Vnde licet absens ex causa studij per Papæ dispensationem possit percipere fructus, non autem distributiones, Glos. *in cap. licet 32. de preb.* fallit tamen si in Ecclesia adest consuetudo in contrarium, quod scilicet valeat etiam percipere distributiones, vt probat Couar. *var. lib. 3. cap. 13. n. 2.* Monet. *d. q. 12. num. 42.* & Gratian. *discept. cap. 166. num. 19.*

14 Eòque magis seruanda est, quia nedum rationabilis, sed etiam laudabilis quidem est hæc consuetudo. Per eam enim cultus diuinus honorabilius exercetur, Ecclesiæ splendor magis elucescit, pietas fulget, ac prohibetur, ne ij, qui nullas plerumque preces pro animarum piorum testatorum suffragio fundunt, contra ipsorum voluntatem redditus ab eis institutos, percipiant, neue ex hac defraudatione piæ voluntatis testatorum alij in posterum ab huiusmodi pijs operibus retrahantur iuxta dispositionem S. Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 5. de reform.* & considerationem Rotæ *in dec. 158. num. 24. p. 7. rec.*

15 Ac præsertim si dispensatus iurauit statuta, & consuetudines suæ Ecclesiæ obseruare, ac defendere, contraque non facere. Iuramentum enim obligat præcisè iurantem ad obseruationem, *cap. etsi Christus, de iureiur.* Rot. coram Pegna *dec. 443. n. 9.* Atque adeò nequit circa periurium distributiones eiusmodi prætendere, agendoque contrauenit iuramento, *l. si quis maior*, vbi Glos. & Doctores, *ff. de transact.* & sic tamquam periurius non esset audien-

diendus, minusque exaudiendus, Afflict. *dec.* 30. *n.* 5. *&* 6. Rota coram Durano *dec.* 5. *n.* 12. *&* 13. cum alijs ibi allegatis. Et tamen in dispensatione fortè nulla facta est mentio de huiusmodi iuramento præstito, per quod dicitur quasi contraxisse cum Ecclesia, & proinde nullo modo seruari potest à vitio subreptionis, vt in terminis Put. *dec.* 193. *lib.* 1. Mantic. *decis.* 267. *num.* 8. Duran. *d. dec.* 5. *n.* 4. & in d. Venera Indulti 7. Iunij 1647. coram Eminentiss. Cardinali Otthobono; adeòut non valeat præsumptio, quod Papa voluerit indultum concedere cum dispensatione iuramenti, vt rectè per Glos. communiter approbatam *in cap. non deceat, de elect. in* 6. tradit Curt. iun. & Menochius, firmauitque post alios. Rot. coram Durano *d. dec.* 5. *n.* 15.

16 Itaque constito de subreptione ex duplici capite dispensationis Apostolicæ, retardari debet illius executio, vt fuit resolutum à Rota coram Canal. *dec.* 92. *in fin.* & in Sipontina, seu Nullius Archipresbyteratus 14. Martij 1646. coram Verospio, & in d. Veneta indulti coram Eminentissimo Otthobono.

17 Ad tertium resoluendum puto, quod quatenus iudicetur, deberi distributiones, à testatoribus dari prohibitæ, tunc non deberi, nisi à die præsentatæ dispensationis de illis percipiendis. Id enim est ex regulis vulgaribus iuris communis, quod Principum rescripta non iuuant, nec suffragantur nisi à die eorum præsentationis, Felin. *in cap. Cæterum n.* 11. *de rescr. text. in d. cap. super, & cap.* 2. *in fin. de appell.* vbi etiam Innoc. & tradit Anchar. *in cap. ex conquestione n.* 4. vbi Hostien. & Io. Andr. *de restit. spoliat.* Neque suum effectum operantur, nisi postquam ab obtinente præsentata fuerint, cum gratiæ intelligantur semper concessæ sub conditione, si obtinens illis vti voluerit, Put. *dec.* 34. *in fin. lib.* 2. Rota coram Pegna *dec.* 447. *n.* 14. & coram Millino à contrario sensu *in dec.* 337. *n.* 13. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

18 Idque præcipuè si distributiones decursæ iam fuerint interessentibus distributæ, & consumptæ, ita vt res non sit amplius integra, ideòque nullatenus possunt ab illis auferri, cum bona fide, ac iusto titulo illas perceperint, & consequenter fecerint suas ad textum *in l. Herennius, §. Dum vbi, ff. de re iud.* Rot. *dec.* 518. *num.* 2. *p.* 2. *rec.* & coram Caualer. *dec.* 409. *n. vlt. & dec.* 467. *n.* 4. vbi quod sufficit etiam abesse malam fidem, dixitque Rot. *dec.* 1577. *n.* 15. *in fin. p.* 1. *diu.* & coram eodem Caualer. *dec.* 645. *n.* 11. Immò quælibet causa etiam irrationabilis excusat à restitutione fructuum, sufficitque opinio, etiam erronea, non solum in facto, verùm etiam in iure, Abb. *in cap. si delinquenti n.* 24. *de præscript.* Nauar. *cons.* 2. *n.* 5. *eod. tit.* Rot. *d. dec.* 622. *num.* 4. *p.* 4. *recent.*

19 At nihilominus quoad primum, licet Rota aliquando tenuerit sub his verbis, nimirum, quod *dispensatus in Canonicum Ecclesia recipiatur, & de Canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis illis integrè respondeatur, non obstante defectu ætatis*, comprehendi distributiones quotidianas, vt in Toletana pensionis 1566. & posteà contrarium firmauerit in Reatina pensionis 8. Iunij 1588. coram Cardinali Pamphilio, & in Romana pensionis coram Blanchetto, & hanc sententiam negatiuam latè probauerit Moneta *de distrib. p.* 1. *q.* 6. *&* 7. Vnde hic articulus valdè dubius redditur adeòut nuper illo plenè discusso in vna Romana pensionis septies proposita coram Pirouano, nunquam fuerit resolutus, attamen verius puto, dispensationem super ætatem suffragari etiam ad percipiendas distributiones quotidianas, quoties dispensatus diuinis officijs intersit. Quia tunc censetur ad integras distributiones tacitè dispensatus, non obstante, quod non sit in Sacris, vel quod non promoueatur intra annum, donec legitimum tempus aduenerit. Ita sæpè declarauit Sac. Congregatio Concilij *ad sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* ac præsertim 9. Septembris 1625. & in vna *Reatina* 1627. in vna *Montis Politiani* 1629. in vna *S. Miniati* 1639. & in vna *Mediolanen.* die 16. Martij 1632. & in vna *Patauina* 22. Augusti 1648. tenoris sequentis: *Cùm Hieronymus Priolus à S. D. N. de Archidiaconatu Ecclesiæ Patauinæ prouisus cum dispensatione ætatis requisita fuerit, supplicatur declarare, an attenta dicta dispensatione ætatis, si Ecclesiæ inseruiat, possit distributiones quotidianas, quæ inseruientibus dantur, lucrari, non obstante consuetudine.*

20 *Die* 22. *Augusti* 1648. *Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, secundum ea, quæ proponuntur, censuit omnes, quoties officijs diuinis interfuerit, lucrari debere distributiones quotidianas, quas cæteri interessentes lucrantur.*

Proceditque, non obstante quod in Ecclesia adsit statu- 21
tum, Apostolica authoritate confirmatum, disponens, quod ij, qui non inseruiunt in ministerio Ordinis Sacri suæ præbendæ annexi, nullis fructibus gaudere possint, donec in eo ordine cœperint ministrare, prout declarauit eadem S. Congregatio in *Terulen.* statutorum anno 1641. & subinde anno 1643. stetit in decretis, etiam Capitulo acerrimè informante. Declaratio autem est huiusmodi.

Stante in Ecclesia Terulensi statuto, Apostolica authoritate confirmato de Canonicis, qui non inseruiunt in ministerio Ordinis Sacri suæ præbendæ annexi, quod nullis fructibus gaudere possint, donec in eo ordine inceperint ministrare, Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini, proposito dubio in abstracto in Sacra Congregatione Concilij, an dispensatus à Sede Apostolica super ætate decem, & septem annorum ad obtinendam præbendam Diaconalem Ecclesiæ Cathedralis, possit fructus, & distributiones quotidianas, si inseruierit, percipere? Sacra, &c. die 24. *Maij* 1641. *respondit, huiusmodi Canonicum, si inseruierit, percipere posse.*

Nunc prætendente Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Teru- 22
len. supradictam declarationem suffragari non posse Canonico Ægydio Petro, dispensato ad præbendam diaconalem, stante supradicto statuto, ideo, eodem Capitulo citato, supplicabatur, re proponi in concretu dubium. Quo proposito die 6. *February* 1643. *Sacra Congregatio stetit in decisis sub die* 4. *Maij* 1641. *supposito allegato statuto, quod hoc casu censetur non obstare.*

Id quod pariter in gradu appellationis respondit Rota in 23
eadem causa *Terulen.* statutorum 28. Iunij coram Emin. Otthobono hunc in modum. Quo verò ad Petrum Ægydium à Summo Pontifice prouisum de Canonicatu diaconali in dicta Ecclesia cùm dispensatione super defectu ætatis legitimæ ad illum obtinendum, Domini responderunt, statuta illi non obstare, quia cum fuerit dispensatus super defectu ætatis, censetur etiam dispensatus ad distributiones ordinarias, ad Canonicos spectantes, vt per plures resolutiones decreuit S. Congregatio Concilij Tridentini, quas refert Barbosa *de Canon. & dignit. cap.* 21. *n.* 12. quæ etiam in eadem causa consulta per duas vices respondit, Canonicum sic dispensatum, etiam super acquisitione fructuum, & distributionum, & sic statuta non obstare. Et ideò non sunt attendendæ limitationes traditæ ab informantibus pro Capitulo, dum sic in indiuiduo fuit declaratus casus, de quo agitur à S. Congregatione Concilij Tridentini, cuius resolutiones Rota semper reuerenter sequitur, Canaler. *dec.* 690. *n.* 8. Buratt. *dec.* 79. *n.* 2. *in fin. & dec.* 154. *n.* 3. *p.* 5. *recent.*

Et quidem sub verbis supra relatis comprehendi etiam 24
quotidianas distributiones sæpius resoluit Rota, nominatim verò in *Toletana* Parochialis 29. Aprilis 1592. coram Pegna, prout eædem distributiones veniunt etiam sub alijs verbis literarum, quibus mandatur prouiso conferri, & assignati Canonicatus, & præbenda cum plenitudine iuris Canonici, Felin. *in c. Cum M. Ferrarien. n.* 23. *de const.* Butr. *in cap. Pro illorum num.* 16. *in fin. de præb. per text. in cap. fin. §. In illis verò de concess. præb.*

Nec obstat, quod Canonici debeant esse sacris ordinibus 25
initiati, ita vt ijs, qui intra annum se promouere non curant ad ordinem suis præbendis annexum, subtrahatur media pars distributionum, *Clem.* 2. *de æt. & qual.* quam innouat S. Conc. Trid. *sess.* 22. *c.* 4. *de reform.* Nam dispensatus iam est effectus capax Canonicatus, & annexorum ex Indulto Summi Pontificis, non obstante defectu ætatis; nec culpa aliqua, vel negligentia sibi potest imputari, quod non promoueatur ad sacros ordines, cùm per ætatem non possit. Et sic stante hoc legitimo impedimento, non incurrit pœnam, vt habetur *in d. Clem.* 2. ibi: *iusto impedimento cessante*. Et in simili de eo, qui in minori ætate dispensatur ad obtinendum beneficium Curatum post Canonistas tradunt Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 12. & Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 4. *num.* 19. Ita quidem vt nec obstet asserta consuetudo. Quia debet ab allegante concludenter probari, & sanè in casu specifico, nempè quod fuerint derogatæ distributiones habentibus eiusmodi indulta, Aym. *cons.* 96. *num.* 4. Surd. *cons.* 74. *num.* 13. Gratian. *discept.* 909. *num.* 2. Greg. XV. *dec.* 162. *num.* 2. Cæsar de Grass. *decis.* 6. *num.* 5. *de præb.*

Et quatenus etiam consuetudo probaretur, non poterit suffragari, cùm literæ Apostolicæ derogent etiam contrarijs consuetudinibus quibuscumque.

35 Neque vrget, quod dispensatus ad formam decreti in literis suæ prouisionis, promotus non fuerit ad sacros ordines statim, ac deuenit ad legitimam ætatem. Quia cùm obtinuerit à Sede Apostolica prorogationem termini, dici non potest in mora, quæ nec minus sufficeret pro amittendis distributionibus, Bordon. *controu. moral.* 50. *num.* 10. Ideòque perindè est, ac si intra debitum tempus ordines suscepisset, operaturque, vt primum tempus adhuc duret iuxta *decis.* 9. Putei *alleg.* 89. Lapi, vbi Mandos. *quæsit.* 13.

36 Ad secundum tenendum quoque est vigore dispensationis deberi omnes distributiones, dari solitas præsentibus, siue etiam interessentibus. Cùm enim quotidianæ distributiones iure humano introductæ fuerint, eodemque iure inductum, vt illæ solum interessentibus diuinis officijs tribuantur, sequitur posse Summum Pontificem alicui priuilegium concedere, vt in absentia easdem distributiones percipiat, prout tradunt communiter Doctores *in c. vn. de Cler. non resid. in* 6. Monet. *de distrib. quæst.* 14. *num.* 19. *&* 20.

37 Eòque magis id procedit, quando non solùm concessa legitur facultas lucrandi distributiones quotidianas ordinarias, & extraordinarias quomodolibet nuncupatas tam ratione massæ grossæ, censuum, rotulorum, laudemiorum, anniuersariorum, ac mortuariorum, quam aliàs quomodolibet prouenientes, vt legitur in Indultis, sed insuper habeantur hæc verba; *Ac si in eadem Ecclesia personaliter resideres, ac diuinis officijs singulisque diurnis, ac nocturnis horis assiduè interessentes.* Quæ dum operantur, vt per viam fictionis priuilegiatus habeatur pro interessente, consequi debet quascumque distributiones cuiusuis generis, & speciei, prout ponderat Glos. *in d. cap. vn. v. Adfuerint* & in puncto consuluit Sanchez *lib.* 2. *consil. moral. dub.* 96. *num.* 4. Quia hæ debentur solis interessentibus, & priuilegium dicat, ac si interesset, licèt secus esset, si loqueretur solummodo de præsentia, non autem de interessentia, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 41. Add. *ad decis.* 516. *num.* 143. *p.* 9. *rec.*

38 Hinc tollitur, quod testatores, vel statuta mandauerint certas distributiones non dari, nisi præsentibus, & interessentibus. Primò, quia quamuis sit dispositum *in cap. licet de prebend.* quod distributiones quotidianæ tantùm debeantur illis, qui intersunt horis, nihilominus *cap. vn. de Cler. non resid.* præsentes reputat infirmos, & legitimè impeditos, decernitque idem dicendum de anniuersarijs. Ergo licèt clausula testatoris, vel statuti dicat, quod dentur distributiones præsentibus, censetur præsens infirmus, & priuilegiatus.

39 Secundò, quia Anchar. *eod. c. vn. notab.* 6. tradit, quod licet statuto alicuius Ecclesiæ caueatur, non dari distributiones, nisi interessentibus diuinis, includuntur tamen ibi, qui non possunt interesse ex causis eo *cap. vn.* expressis. Quia tales, inquit, pro præsentibus reputantur, adeò, quod si quis iurauit assiduè residere, non est periurus, si non residet ex causis in illo *cap. vn.* expressis. Quia fingitur residere in iure. Et licèt statutum non comprehendat casum fictum, attamen si ille casus fictus procedit à iure communi, ad talem casum fictum extenditur. Ergo similiter licet clausula testamenti requirat præsentiam ad lucrandum distributiones, censebitur præsens, qui ex dictis causis absens est.

39 Tertiò, quia Testator, vel statutum in dubio videtur magis elegisse viam iuris communis, quàm specialis, *l. In testamento, C. de testam. milit.* & tradit Aretin. *l. vltima,* §. 1. *ff. de vulg. & pupil. substit.* Bart. *in l. Lucius eod. tit.* Mantic. *lib.* 6. *de coniect. vlt. vol. tit.* 6. *n.* 16. Quod adeò verum est, vt in dubio dispositio testatoris, si potest aliter interpretationem accipere non debet intelligi, vt inducat aliquid exorbitans à iure, tametsi hoc testator potuerit inducere, Bart. *in l. vxori,* §. 1. *ff. de leg.* 3. Glos. *in l. talis scriptura, ff. de leg.* 1. Mantic. *eo loco num.* 16. Igitur hæc dubia testatoris dispositio intelligenda est secundùm ius commune *d. cap. vn.* vt scilicet soli lucrentur præsentes, nisi absint ex iusta causa.

40 Quartò, quia expressio eius, quod tacitè inest, nil operatur, nihilque addit, *cap. significasti, de elect.* nec qui declarat statuit, *l. Hæredes palam,* §. *sed et si notam, ff. de testam.* & docent Nauar. *in sum. cap.* 21. *num.* 43. Felin. *in cap. Ad audientiam* 2. *de rescript. num.* 8. Cùm igitur hæc conditio apposita à testatore, scilicet, vt non lucrentur distributiones, nisi præsentes, tacitè insit propter ius commune in dicto *cap. vn.* eam exprimens, eius expressio nihil nouum inducit, nec aliquid operatur.

Postremò, quia non inducunt formam, neque con- 41
ditionem ea, quæ iure insunt, etiamsi ab homine expressa fuerint, saltem quando non alio modo, nec alia forma exprimuntur, quàm iure expressa sunt, *l.* 3. *ff. de leg.* 1. *dict. cap. significasti, de elect.* vbi Panorm. *num.* 6. & communiter Doctores, quos refert, ac sequitur Couar. *in cap. Alma mater p.* 1. §. 9. *num.* 8. Cùm igitur hæc conditio posita à testatore, scilicet, quod non lucrentur distributiones, nisi præsentes, sit in iure expressa, & non exprimatur alio modo, nec verbis specialioribus à testatore, quàm à iure expressa sit, non inducit formam, nec conditionem nouam, & sic lucrabuntur distributiones absentes iustas ob causas, vt lucrarentur stando in solo iure communi *d. cap. vn.* Ita Sanchez *dict. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 105. vbi testatur, quod ita etiam censuere docti recentiores à se consulti.

Testatoris itaque dispositio intelligitur præseruare iuris 42
dispositionem, & Pontificum dispensationes. Atqui sicut Indultum derogat dispositioni iuris, ita quoque derogabit dispositioni hominis.

Neque dicatur, quod præfatæ distributiones ne dantur 43
quidem infirmis, & absentibus ex causa. Nam quidquid sit, an hoc de iure fieri possit ex adductis à Lotterio vbi supra per textum *in dict. cap. vn. de Cler. non resid. in* 6. non inde infertur, quod non debeantur interessenti per viam fictionis ex priuilegio Apostolico. Iuris enim dispositio operatur per veritatem excusandi legitimè impeditum, sed non ideò facit interessentem. At indultum operatur per fictionem, per quam absens non solùm excusatur, sed fingitur interesse. Fictio autem Principis idem operatur, ac veritas. Quia, licet Princeps non faciat in effectu talem, qui talis non est, attamen facit talem quoad effectus inde resultantes, vt dixit Rota apud Seraphin. *dec.* 1251. *num.* 16. Vnde, licèt vera familiaritas contrahatur dumtaxat mente, ac dente, qui tamen ex Indulto finguntur familiares, reputantur veri familiares, & gaudent omnibus prærogatiuis concessis veris familiaribus, si Princeps, vt tales haberi voluerit, vt dixit Rota apud Seraph. *ead. dec.* 1251. *num.* 16. *&* 17. ac prosequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 28. *num.* 60. *& quæst.* 32. *num.* 24. Potest igitur Papa, tamquam supremus Princeps mandare, vt fictum habeatur pro vero, itaut ambo pari passu ambulent, idemque operetur fictio in casu ficto, ac veritas in casu vero, idem Lotter. *d. lib.* 2. *quæst.* 52. *num.* 45. *& quæst.* 15. *num.* 64. *&* 65. *lib.* 3.

Cessatque difficultas ex vniformi obseruatione omnium 36
Ecclesiarum. In Basilicis enim Vrbis quotidie seruatur, dum officiales Summi Pontificis, illiusque familiares, habentes indulta participant de anniuersarijs, & omnibus alijs distributionibus, non obstante, quod vigore statutorum Ecclesię, siue voluntatis testatorum debeantur solummodo interessentibus. Quodque seruatur etiam respectu officialium extra Vrbem existentium, ea potissimum ratione, quia isti priuilegiati per viam fictionis intersunt diuinis officijs, quæ fictio, cum proueniat à Papa, id ipsum operatur, ac veritas.

Ad tertium tenendum etiam est, distributiones deberi 37
pro toto tempore seruitij à priuilegiato præstiti, etiam non existente in sacris ordinibus, idque à die absentiæ. Nec obstat, quod distributiones præteritæ prætendantur consumptæ, ac proinde non debeantur, cùm non præcesserit interpellatio, siue protestatio. Quia talis interpretatio non est necessaria ad hoc, vt Capitulum teneatur restituere distributiones perceptas, Put. *dec.* 384. *lib.* 1. Rot. *decis.* 168. *sub num.* 6. *p.* 4. *diu.* Cùmque non agatur contra singulos Canonicos, sed contra Capitulum, semper competit actio repetendi, Rot. *decis.* 3. *num.* 65. *p.* 5. *rec.* Vnde cùm in Sacra Congregatione Concilij in vna *Alexandrina* dubitaretur, *An Canonici legitimis ex causis absentes, quando non amittunt proprias distributiones quotidianas, debeant, etiam lucrari, & participes esse pro rata distributionibus aliorum Canonicorum absentium absque legi-*

tima

tima causa? & an prædicti Canonici legitima ex causa absentes, ac proinde non amittentes proprias distributiones, vt supra debeant illas recuperare ab alijs Canonicis, inter quos diuisa fuerant, an etiam possint ab vniuerso Capitulo repetere? Sacra, &c. die 29. Septembris 1657. ad primum respondit, deberi huiusmodi Canonico etiam punctaturas absentia. Ad secundum, posse repetere, etiam à Capitulo. Quod autem non attendamr tempus intimationis Breuis, sed dies datæ gratiæ resoluit S. Congregatio Episcoporum sub die vltima Augusti 1629. in hunc modum. *Al Vescouo di Bertinoro. Al Feragali Canonico di cotesta Catedrale, al quale si presuppone, che per trouarsi in questa Corte all' attual seruitio di Nostro Signore habbia sua Beatitudine concesso per Breue la participatione delle distributioni quotidiane, come se fosse presente, la Sacra Congregatione hà risoluto, che si debbano le dette distributioni dal giorno della data del sudetto Breue, e non dal dì della presentatione di esso. Saranno però le parti di V. S. fare con l'auttorità sua, che in tal conformità gli sia dato da cotesti Canonici quello, che per tal conto gli si deue, che così è l'ordine della medesima S. Congregatione.*

38 Neque vis fieri potest in eo, quod distributiones fuerint inter Canonicos diuisæ, ac consumptæ. Quia respectu illarum, quæ debentur seruitio, cessat absque difficultate bona fides. Respectu verò aliarum, dum interpellatio non requiritur, allegari non potest. Vnde in Basilicis Vrbis practicatur, vt ex massa sequenti soluantur distributiones priuilegiatis. Videndus omninò Gonzalez *glos.5. §.5. sub num.53.*

CONSVLTATIO XX.

An Clericus primæ tonsuræ, qui dimisso habitu clericali, ac tonsura per annos viginti, & amplius in habitu laicali incessit, ac perseuerauit, arma tractando, ac enormitatibus se immiscendo, ita vt pro laico communiter haberetur, ac tractaretur ab omnibus, vt proinde in foro sæculari pluries, ac pro pluribus delictis enormibus fuerit denunciatus, processatus, & condemnatus, criminaque aliqua confessus pœnas corporales in pecuniarias commutari aliquando, ac remitti obtinuerit, & adscriptus militiæ, actu inseruiuit, ac priuilegijs militaribus potitus est, tandem accusatus pro delictis rapinæ, & abigeatus ab ipso perpetratis, processatusque, seruatis seruandis, in contumaciam capitaliter fuit condemnatus in eodem foro laicali, à cuius curia posteà repertus, ductus fuit ad carceres, & Iudici laico consignatus vnà cum armis, quæ gestabat, & constitutus coram dicto Iudice pro habenda recognitione personæ, factaque descriptione, & annotatione vestium, & personæ ad primam interrogationem protestatus fuit, se esse Clericum, & habitum clericalem dimissum antequam militiam exerceret, reassumpsisse, ac proinde ad Iudicem Ecclesiasticum remitti institit. An inquam sit dicto Iudici Ecclesiastico relaxandus iuxta dispositionem cap. si Iudex laicus, de sent. excom. in 6. ita quidem, vt idem Iudex laicus contra eius personam non possit exequi dictam sententiam, ex quo licet illi remanserit subditus ratione causæ, ac bonorum, gaudeat tamen priuilegio fori quoad personam ad Clar. §. fin. quæst.36. num.43. Etiamsi sit clericus primæ tonsuræ? Nam per characterem, quem recipit laicus prima tonsura initiatus, sacer efficitur, eiusque persona eximitur à laica potestate, Duard. in comment. ad Bull. Cœn. Dom. lib.2. can.15. quæst.11. sub num.8. & in can.18. quæst.7. sub num.2.

1 DE hac re non paucula diximus in primo Tomo, at nondum euicimus. Qui ergo negant, ita in hac specie ratiocinantur. Sententia lata contra Clericum primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutum, qui dimiserat habitum, & reputabatur laicus ab omnibus est validus, nec potest Clericus dicere de nullitate, etiam quod non fuerit ter monitus, vt habitum reassumat, quemadmodum post Curtium, & Calderinum docet Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect. 1. num.*360. & post Clarum §. *fin. quæst.16.* vbi ait, sic obseruatum per Senatum Mediolanensem, tradit Menoch. *cons. 912. num.22. & seq. & num.34. & 35. & præsumpt.76. num.38. & 42. lib.6.* & Farinac. *quæst. crimin.8. num.5.* Nam eo ipso, quod Clericus non defert habitum, & tonsuram, seque enormitatibus immiscet, efficitur de foro sæculari absque alia declaratione legis, Scacc. *de Iudic. lib.1. cap.11. num.68. & 78.* Etiamsi nulla præcedat monitio, *& num.29.* nec Iudicis Ecclesiastici declaratio, cùm ex dictis notorietas insurgat, Menoch. *cons.912. num.12. & 13. lib.10.* Scacc. *d. cap.11. num.80.*

Perspicuum enim est, clericum amittere priuilegium Canonis ipso iure, si se immiscet enormitatibus, *cap. 1. de apostat.* vbi Innocent. *num.3. & cap. perpendimus, de sentent. excommun.* & vtrobique Doctores, Boss. *in prax. de for. comp. num.139. & 140.* vbi de magis communi, Clar. *dict. quæst.16. num.19.* Farinac. *ead. quæst. 8. num. 53. & 55.* vbi etiam de magis communi, Genuen. *in prax. cap.7. num.5.* Gratian. *discept.190. num. 9. & 188. num. 26. tom.1.* Quod si dimittat habitum, & efficiatur miles, atque arma exerceat, ipso iure amittere etiam priuilegium fori, licet sit in minoribus, absque vlla monitione ex nouo iure Sacri Concilij Tridentini *sess.23. cap.6.* tradit Menoch. *dict. cons.912. num. 33.* Decian. *tract. crimin. p.1. lib.4. cap.9. num.83.* Scacc. *dict. cap.11. num.82.* Carol. de Grass. *dict. effect.1. num. 1166.* Boss. *vbi supra num.139.* Clar. *dict. quæst.36. num. 19.* Farinac. *ea quæst.8. num.54.* vbi ait sic in praxi seruari *ex dict. cap.1. de apost. cap. ex parte, de priuil. & cap. perpendimus, de sentent. excommun.* sicque etiam censuisse Sac. Congregationem, refert Genuens. *in prax. cap.7. num.4.* Ponderando præsertim dictionem illam *Nisi*, quod ius vti nouissimum attendendum est, cùm deroget iuri communi, *cap.1. de constitut. in 6.* Præcipuè si monitio fit in Synodo, Bellett. *disq. Cler. fol.248. num.5.* Idque præsertim si sit inueteratus, de Graff. *ibid. num. 662.* Nam & si fortè sola militia non tollat priuilegium Clericatus, secus tamen est, quando quis in ea perseuerat, & sæua exercet, vt per Doctores *in d. cap. 1. de apost.* Alex. *cons.8. lib.1. num.3.* Capye. *decis.161.* de Graff. *loco alleg. num.663. & num.891.* Vnde cùm neque fori, neque Canonis priuilegium habeat, Iudicis laici iudicium euitare non potest, etiam quoad pœnas corporales, cùm ex communi Doctorum sententia quoad delictum commissum, & formatam inquisitionem, seu accusationem ante Clericatum, clerici possint adstringi per Iudicem sæcularem, de qua Duard. *dict. quæst.11. num.6.* Nec iuuat character. Tum quia ille suffragatur quoad priuilegium Canonis, non autem fori. Tum quia, si is attenderetur, non sufficeret monitio de iure communi tantùm requisita. Tum etiam quia aliàs eluderetur dispositio S. Concilij, quod certam constituit formam. 2

Atque idcircò rectè inferri ex hoc non potest, quod Episcopus impediretur vti iure suo, quo priuari non potest à clerico per dimissionem habitus, per quam, licèt priuetur priuilegio clericali, hoc est vsu priuilegij, & possessione clericatus, nihilominus remanet Clericus, cùm character sit indelebilis. Vnde S. Congregatio Concilij sæpè censuit, à Clerico, qui dimisit habitum, & qui non habet qualitates requisitas, non posse allegari priuilegium fori, sed non propterea impediri, quominus Episcopus vtatur iure suo. 3

Nam cùm pœna spiritualis non tollat temporalem, neque è contra, Clar. *dict. quæst.36. num.47. in fin.* illibata manet iurisdictio Iudicis Ecclesiastici quoad pœnas spirituales ratione characteris, & quoad pœnas etiam temporales, si non sit præuentus à Iudice laico, cui ratione dimissionis habitus, & delicti competit iurisdictio quoad pœnas temporales, & corporales, si præueniat Iudicem Ecclesiasticum. Huiusmodi enim Clericus illius efficitur reus, cuius fuit præuentio, vt in fortioribus terminis, hoc est in Clerico in sacris, qui amisit beneficium Canonis, optimè declarat Thom. Triuis. *dec. crim.48. num.20.* 4

*lib.*2. Quare Carol. de Graff. *d.eff.*1. *num.*717. *&* *num.*1289. asserunt, acquiri cumulatiuè iurisdictionem super personis Ecclesiasticis in casibus, in quibus Iudici laico acquiritur iurisdictio,

5 Immò in alia declaratione eiusdem S. Congregationis, relata per Garz. *de benef. par.*2. *cap.*2. *num.*16. habetur, decretum S. Concilij *d. sess.*23. *cap.*6. non obstare Episcopo, quominus iure suo in Clericos in minoribus delinquentes, possit animaduertere, si adhuc Clerici permanent; ex hoc affirmatur à contrario, quod Episcopus non possit iure suo animaduertere, exceptis semper pœnis spiritualibus, in eos, qui Clerici non permanent, qui per dimissionem habitus, & tonsuræ faciunt actus Clericatui contrarios, aliàs frustra S. Congregatio fecisset exceptionem,

6 Minus obstat alia declaratio eiusdem Sac. Congregationis, in qua censuit, Clericum coniugatum, qui post dimissionem habitus, & tonsuræ pro delicto aliquo in Curia laicali citatus, & in contumaciam condemnatus fuit, si deinde, reassumpto habitu, & tonsura, modò non in fraudem, Ecclesiæ inseruiat iuxta hoc decretum, non posse à Iudice laico propter id delictum in carcerem conijci, aut personaliter puniri; ac ita etiam fuisse iudicatum per Curiam Tolosanam refert Clar. *d. quæst.*36. *num.*16.

7 Quia respondetur primò, S. Congregationem intellexisse de Clerico, qui amisit priuilegia clericalia per solam dimissionem habitus, & tonsuræ, ac reassumpto habitu clericaliter viuit, præstatque seruitium Ecclesiæ, per quod dicitur quasi versari in via ad maiores Ordines suscipiendos ad formam Concilij, non autem de Clerico inueterato in enormitatibus, dimisso habitu, qui ideò etiam ipso facto est effectus de foro laicali, & qui reassumpto aliquando habitu, si non viuit in via ad Ordines, nec frui priuilegio potest ex supra deductis. Vnde cùm non probetur reassumptio habitus, nec seruitium Ecclesiæ ab Episcopo assignatæ cum frequentia, & perseuerantia tempore delicti, & capturæ, Menoch. *d. cons.*912. *num.*20. *& seq. & præsumpt.*76. *lib.*6. *num.*39. de Graff. *d. eff.*1. *num.* 1170. 1178. *&* 1183. vtique iuuari non potest beneficio dictæ declarationis.

8 Secundò respondetur, S. Congregationem excipere Clericum, qui in fraudem reassumit habitum, vt ita quoque decisum fuisse per dictam Curiam Tolosanam, subdit idem Clar. *eo num.*16. Ideòque, vbi etiam in huiusmodi Clerico concurrerent cætera, excluderetur tamen ratione fraudis, quæ in ipso præsumitur, si paulò ante commissum delictum illum reassumpserit, de Graff. *d. eff.* 1. *num.*86. *&* 912. vel statim post commissum delictum, Clar. *d. quæst.*36. *num.*44. concurrentibus maximè actibus subsequutis, emendationis vitæ omninò contrarijs, vel armis apud ipsum inuentis, ex quibus malus animus arguitur, Menoch. *de arb. cas.*394. *num.*56. Surd. *cons.*40. *num.* 7. *vol.*1. itaut non possit aliquo priuilegio gaudere, Farinac. *d. q.*8. *num.*58. Menoch. *d. præsumpt.*76. *num.*18. *lib.*6. Sed dicitur potiùs incorrigibilis, nullaque alia præcedente monitione, potest per Iudicem laicum puniri, *cap. Cum non ab homine, de iud.* ac pluribus allegatis Carol. de Graff. *d. eff.*1. *num.*797. 803. *& seq.* Item clamyde, qua induebatur, quæ vestis breuior multò est ac strictior, propriè militaris, vulgò *Ongarina* qua qui vtitur non dicitur incedere in habitu clericali, Menoch. *d. cons.*912. *num.*53. & de Graff. *d. effect.*1. *num.*1186. Farinac. *d. quæst.*8. *num.* 65. Vestis enim clericalis ea est, quæ communi vsu fuit in loco admissa ex Gloss. *in cap. penult. de vit. & honest. Cler.* Couar. *pract. cap.*32. *num.*7. licèt de iure communi debeat esse talaris, vt *in c. pen. d.*23. & ita declarasse Sac. Congregationem, testatur Bellett. *fol.*125. *num.*13. & reassumpta, debet constare de loco, tempore, & perseuerantia, saltem pro maiori parte anni, Genuen. *in prax. cap.*7. *num.*5. Hinc vbi quis ante delictum reliquit habitum, sicque continuauit vsque ad perpetrationem delicti, tunc amittit priuilegium fori, nec est ad Iudicem Ecclesiasticum remittendus, vt per Carol. de Graff. *vbi supra num.*911.

9 Itaque declarationes S. Congregationis non obstant. Tum etiam quia non negant, Iudicem sæcularem posse tali casu procedere, etiamsi iurisdictio præferoetur eidem Ecclesiastico, & sic locus videatur præuentioni, Baiard. *ad Clar. d. quæst.*36. *num.*37. Carol. de Graff. *d. effect.*1. *num.*717. *&* 1289. Aliud enim est priuilegio clericali priuari, aliud verò non gaudere priuilegio fori, & amittere vsum priuilegij, vt rectè Garz. ex sententia eiusdem S. Congregationis *in tr. de benef. d. p.*2. *cap.*2. *num.*16. *& seq.* Vnde fit, quod hoc casu vel eiusmodi clericus fuit priuatus priuilegio ipso, vel saltem amisit illius vsum, itaut possit per Iudicem laicum puniri.

Neque difficultatem facit Clarus *d. quæst.*36. *num.*43. vbi etiam hoc casu, quando quis assumit ordinem Ecclesiasticum in fraudem, dicit, quod non poterit puniri corporaliter à Iudice laico, sed tantùm in confiscatione bonorum, aut pœna pecuniaria, cùm remaneat subditus ratione causæ, & bonorum, non autem respectu personæ. Primò, quia Clarus ibidem intelligitur de promoto, qui assumpto Clericatu, Clericus permanet, & non facit actus Clericatui contrarios. At in Clerico, qui non est in sacris, & non incedit in habitu, & tonsura, neque inseruit in diuinis ad formam Concilij, seque immiscet enormitatibus, contrarium dicendum est ex Duard. *vbi supra can.*15. *quæst.* 31. *num.*64. *iunct. num.*87. Deinde Clarus supponit fraudem tantùm, & animum eximendi se à iurisdictione sæculari, non verò inhabilitatem personæ ad Clericatum assumendum, puta ob irregularitatem, quæ sicut impedit, ne quis ad ordines promoueatur, vel ne in susceptis ministret sine dispensatione, Butr. & Doctores communiter *in cap. Quæsitum num.*7. *de temp. ord. & qual. ordin.* ita impedit, ne quis reassumere possit habitum, & tonsuram, ac priuilegia Clericalia in pœnam culpæ contrahendo irregularitatem ex proprijs delictis, vt dicitur de Clerico effecto bigamo, qui habitum, & tonsuram non potest reassumere, nec deferre in pœnam incontinentiæ, quæ in illo præsumitur, nec aliquo priuilegio clericali tam in ciuilibus, quàm in criminalibus gaudet. Postremò Clarus absolutè non negat, Clericum non esse puniendum à Iudice laico, sed inhærendo opinioni illorum, qui sentiunt, quod tutius ac verius sit, degradationem actualem fieri debere; etiam in Clericis primæ tonsuræ delinquentibus, vt post Scacciam sensit Carol. de Graff. *d. eff.*1. *num.* 920. *in fin.* eius doctrina intelligitur cum illa moderatione, nisi prius facta degradatione, vt manifestè colligitur ex subsequentibus verbis, ibi: *Deberet tamen Iudex Ecclesiasticus talem Clericum, qui Ecclesiasticum ordinem in fraudem suscepit, degradare, & tradere Iudici sæculari, corporaliter puniendum.* Et ita declarat Farinac. *cons.*77. *num.*11. *lib.*1. Ac præterea id non concedit in Clerico primæ tonsuræ, Menoch. *d. præsumpt.*76. *lib.*6. *num.*31. *&* 37. Decian. *d. cap.*9. *lib.*4. *nu.*238. Graff. *vbi supr. num.*1130. Couar. *pract. cap.*33. *num.*4. Farinac. *d. quæst.*8. *num.*109. Quia prima tonsura non est ordo sacer, sed dispositio ad Ordines, vt per Menoch. *d. cons.*915. *num.*20. *&* 21. de Graff. *d. eff.*1. *num.*1133. atque adeò potest puniri per laicum pœna mortis. Maximè verò quando non in habitu clericali, sed laicali deliquisse apparet, Bald. *in l. affinitatis, num.* 4. *C. com. de success.* Alex. *cons.*8. *lib.*1. *num.*3. Couarr. *pract. cap.*31. *num.*8. Marsil. *singul.*480. Nig. *repet. extrau. vn. de vit. & honest. Cler. num.*389. *&* 482. de Graff. *d. eff.*1. *num.*647. *&* 1173. Sanchez *de matrim. lib.*7. *disp.* 46. *num.*4. 10

Idque esset admittendum, nisi adesset consuetudo, vt huiusmodi clerici puniantur absque aliqua degradatione. Quam consuetudinem, licet non approbet Bartolus, vt refert Clarus eo loco, tamen ea defendi potest per ipsas leges canonicas ex Asin. *in pr. crim. tit. qui accus. poss. vel non cap.* 2. *num.*5. absolutèque admitti debet in clericis primæ tonsuræ, ac etiam ordinatis in minoribus, in quibus non concurrunt requisita à S. Concilio Tridentino, ac diu perseuerarunt in habitu laicali, immiscentes se enormitatibus ex Scacc. *d. cap.*11. *num.*68. *& num.*82. Vbi quod eiusmodi consuetudo potius probari, quàm impugnari videtur à S. Concilio. Nam consuetudo, quæ non est generalis, sed particularis in certis casibus, vel in Clericis certi ordinis sustinetur, & valet ex suprà allegatis per Carol. de Graff. *d. effect.*1. *num.*388. 11

Tandem non videtur assertus hic Clericus gaudere posse aliquo priuilegio, quia non probat suum Clericatum, vt requiritur, Menoch. *d. cons.*912. *num.*2. *&* 3. *& d. præsumpt.*76. *lib.*6. *num.*1. Farinac. *d. q.*8. *num.*38. cùm in hoc casu ille est probandus per literas ordinis, prout tenuit 12

Rota

Rota *in nou. dec.* 122. *num.* 3. *p.* 2. præsertim quando non doceatur de amissione scripturarum, Farinac. *d. q.* 8. *nu.* 41. Bellet. *disquis. Cleric. fol. mihi* 264. *num.* 15.

13 Verùm hæc, atque huiusmodi alia me non mouent Quare persisto in sententia affirmatiua, quam nunc confirmo. Et primo Clericatus comprobatur ex libro ordinatorum Curiæ Episcopalis per viam repetitionis producto, Archid. *in cap. si Iudex in fin. de sent. excom. in* 6. Catol. de Graff. *de eff. Cler. in prælud. num.* 200. Item ex attestatione Notarij eiusdem Curiæ de susceptione ordinis, & adscriptione Ecclesiæ. Ex pluribus condemnationibus, attestationibus, ac depositione testium attestantium de Clericatu. Ex quibus atque alijs non potest denegari, quin resultent vrgentes, & necessariæ præsumptiones, pro Clericatu, quæ sufficiunt ad probationem in casu, de quo agitur, & ad effectum ipsius ex cumulatis per Farinac. *de inquisit. quæst.* 8. *num.* 44. Scientia verò Clericatus probatur etiam ex notitia monitorij Iudici laico transmissi, quæ scientia quamuis sit tantùm præsumpta, sufficit tamen ad effectum censurarum ob difficultatem probationum, prout censuit S. Congregatio Immunitatis in vna *Neapolitana* 16. Martij 1629. contra Iudicem Calisanum, & in alia *Neapolitana* 14. Octobris 1630. contra Iudicem Osorium cum effectu subsequuto. Et ex hac sententia excluditur obiectum non intimationis monitorij, cùm ista sufficiat loco intimationis, etiam ad effectum incursus in censuras, vt post Innocentium, & alios firmat Catol. de Graff. *de eff.* 1. *num.* 328. & benè facit *Clem. causam in fin. de elect.* Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap. fin. num.* 33. Quod præsertim locum habet, si impedimentum aliquod præstetur Executoribus Curiæ Episcopalis intimandi monitorium quam ob causam procedendum erit ab eadem Curia ad declarationem incursus in censuras Bullæ in Cœna Domini, §. 16. ibi: *Aut alias impediant quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque vtantur*, vt in his terminis post Vgolin. & alios ponderat *ad d. Bullam*, Duard. *can.* 16. *quæst.* 4. *in fin.* Ac tandem eiusmodi scientia Clericatus iustificari potest ex oppositione nedum ab Episcopo, quod sufficit, vt inquit textus *in cap. si Iudex in princ.* ibi: *vel Curia ipsa*. Quia cùm agatur de iniuria ordinis clericalis, illam Episcopus vindicare tenetur, vt in puncto firmat Ancbar. *in eod. cap. sub num.* 6. vbi Archid. *in princ.* Io. Andr. etiam *sub princ.* traditque Innocent. *in cap. Vt famæ num.* 1. *in fin. de sent. excom.* & Carol. de Graff. *d. eff. num.* 329. verum etiam ab ipso reo, cùm in Constitutis se subscribit Clericum.

14 Secundò, licet Clericus habitum clericalem, & tonsuram dimiserit, ac pro laico communiter habitus fuerit, in habituque laicali fuerit deprehensus, non tamen idcircò poterit Iudex laicus post oppositionem, & notitiam Clericatus contra Clericum procedere absque incursu censurarum, antequam præcederet declaratio Iudicis Ecclesiastici, quod reus non esset Clericus, vel quod amisisset priuilegium fori, illoque gaudere non posset, vt est textus *in cap. si Iudex laicus, vers. non sit*, vbi Glos. *v. fecerit, de sent. excom. in* 6. Ea ratione, quia agitur de priuilegio ordinis, & consequenter de re Ecclesiastica, & spirituali, vt colligitur ex ipso textu *in princ.* quæ debet cognosci à Iudice Ecclesiastico, vt in his terminis post alios allegatos firmat Butr. *in cap. ex parte* 3. *in fin. de priuil.* & latè Farinac. *de inquisit. d. quæst.* 8. *num.* 33. & 35. Carol. de Graff. *d. eff.* 1. *num.* 1363. & 1267. Dian. *de immun. tr.* 2. *resol.* 27. *p.* 1. & in puncto censuit Sac. Congregatio Concilij in sequentibus declarationibus, quas S. Congregatio Immunitatis sæpiùs secuta est, & signanter in vna *Papiensi* 10. Septemb. 1629. & in *Nullius* S. Laurentij in Campo 17. Decembris 1630.

15 In vna *Liciensi* 7. Septembris 1624. Sacra Congregatio Concilij censuit, &c. *Cæterùm etsi Clericus priuilegio fori non gaudeat, quia qualitates Concilij non habet, vel quia cum falsis dimissorijs ordinatus fuerit, eum tamen non posse à Iudice laico detineri, nisi prius super qualitatibus, seu promotionibus huiusmodi Iudex Ecclesiasticus cognouerit, & pronunciauerit. Ideòque Episcopum Liciensem vtique posse hoc casu contra laicos ad sententiam censurarum procedere.*

16 *Die 6. Octobris 1612. Sacra Congregatio, &c. Proposito dubio, omnes absque vlla dissentione censuerunt, huiusmodi Clericum nullo pacto excludi à fori priuilegio, nisi post*

latam à Iudice Ecclesiastico declarationem super facto, seu delicto, quod habitum, & tonsuram clericalem minimè detulerit.

Die 21. Iulij 1625. S. Congregatio Concilij inhærendo declarationibus aliàs factis censuit, si is, qui pro laico publicè se gerens, deprehensus fuerit in habitu clericali, hoc est tonsuram, & vestes deferens clericales, aut communi existimatione clericus habebatur, debere, donec de contrario constiterit, clericum reputari, ac proinde incontinenti, etiam ante cognitionem de Clericatu, reddendum esse Ecclesiasticæ Curiæ. At stante deprehensione in habitu laicali illius, qui pro laico publicè se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, remanere debere sub custodia Iudicis sæcularis, donec coram Ecclesiastico docuerit se fori priuilegio gaudere. Quod si aliter diceremus, destrueretur in totum iurisdictio Ecclesiastica, cùm esset in potestate laicorum aliquam probationem facere, & declarare quod Clerici capti non haberent qualitates. 17

Hinc nulla ratio habenda est prætensi ritus Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolitanæ, cùm laici non possint exercere iurisdictionem in clericos, præsertim attenta conuentione inter Romanam Ecclesiam, & Regem in Inuestitura Regni, concessa à Iulio II. in qua speciatim reuocantur, & pro reuocatis habentur Constitutiones, leges, & decreta contra libertatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam facta à quocumque Rege, vel Regina, & nominatim à Regina Ioanna, à qua supponitur factus dictus ritus. Et de hac conuentione attestantur ipsimet Doctores Neapolitani, nuncupatim Isern. *in Constit. Regni, incip. De personis, & in Constit. incip. Item statuimus, in rubr. de non trahendo Clericos ad Iudicem sæcularem*, Grammat. *decis.* 61. *num.* 17. & *seq.* Francisc. à Ponte *decis.* 9. *num.* 11. Franch. *decis.* 691. *num.* 7. Genuens. *in prax. cap.* 9. *num.* 2. & *seq.* Carauit. *de rit. num.* 20. *in fin.* qui dicit, hunc ritum esse contra dispositionem *d. cap. si Iudex*, cui non potest ritus derogare, & ita obseruari testatur Marth. *de iurisd. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 42. & probator iniquua ex verbis eiusdem in fine; sicuti etiam aduertit Glossa, super eodem ritu, facta à Doctoribus laicis, & vasallis Regis, impressa Neapoli cum licentia Regia. Vltra quod loquitur in Curia tantùm Neapolitana, vt proinde S. Congregatio Immunitatis in Licien. 6. Februarij 1635. ac aliàs sæpiùs dixerit, allegatum hunc ritum cognoscendi de clericatu esse detestandum, sicuti semper ipsa est detestata. 18

Eòque minus Iudex laicus procedere poterit contra clericum ante declarationem Curiæ Ecclesiasticæ, si ipse clericus sit in quasi possessione clericatus, dum vti clericus inseruiuit Ecclesiæ, fuitque remissus aliquando ad Curiam Ecclesiasticam, & vti talis ab eadem Curia condemnatus iuxta ea, quæ tradit Archid. *in d. cap. si Iudex num.* 3. communiter receptus. 19

Tertiò. Etiamsi non habuisset qualitates Sac. Concilij Tridentini, ac dimisisset habitum, & tonsuram clericalem, ac in habitu laicali fuisset deprehensus, nihilominus ratione characteris clericalis, qui respectu Episcopi ad effectum, de quo agitur, est indelebilis, donec non fuerit denudatus priuilegio clericali, subijcitur iurisdictioni Ecclesiasticæ, ipso Episcopo instante, vt tradit Garz. *de benef. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 17. & *seq.* & *nos d. tom.* 1. ex rationibus, & declarationibus Sac. Congregationis ibi productis. 20

Comprobatur. Quia si clerici immiscentes se enormitatibus, non eximuntur à iurisdictione Episcoporum absque monitione, & priuatione, seu declaratione Iudicis Ecclesiastici, Imol. *in d. cap.* 1. *de apost.* Roland. *cons.* 4. *num.* 31. *lib.* 1. Ambrosin. *de Immun. Eccles. cap.* 17. *num.* 28. Folin. *in cap. Cùm non ab homine num.* 9. *de iudic.* Carol. de Graff. *d. effect.* 1. *num.* 809. cum alijs congestis à Diana *de Immun. tr.* 2. *resol.* 129. *per tot. p.* 1. Multò minus debent esse ab Episcopo exempti ob negligentiam inseruiendi Ecclesiæ, vel gestandi habitum, & tonsuram clericalem. Et ideò in Regno Neapolitano adest conformis pragmatica, vt per Rouit. *in tract. de pragm. edict. Regni Neap. tit. de Cler. pragm.* 2. & in proprijs terminis firmat Garz. *d. cap.* 2. *p.* 2. *num.* 16. & à Sacra Congregatione Immunitatis fuit resolutum in vna *Neapolitana* Clerici Rodulphi de Angelis, & resolutio fuit executioni demandata, cùm fuerit restitutus à Regijs Curiæ Nuncij Apo- 21

Digitized by Google

ſtolici Neapolis, vt ex eius litteris 24. Nouembris 1628. & cenſuit S. Congregatio Concilij, cuius declarationes ibidem adduximus, quam opinionem modicus ſemper tenuit, & acerrimè defendit S. Congregatio Immunitatis, ſpeciatim in vna *Vmbriaticenſi* menſe Septembris 1626. & *in Parmenſi* 6. Nouembris 1628. in qua clericus erat captus à Curia ſæculari, & fuerat eidem reſtitutus, non inſeruiebat Eccleſiæ, & fuerat miles leuis armaturæ, ac vti laicus alias obtinuerat gratias à Curia ſæculari, deprehenſus in habitu laicali ſine tonſura cum coma aduentitia calamiſtrata, & armis prohibitis, & in vna *Aſſiſienſi* 24. Aprilis 1628. & 28. Iunij 1629. nemine diſcrepante, in qua fuit decretum, poſſe ab Epiſcopo repeti clericum quamuis non inſeruiret Eccleſiæ, immò artem macellarij exercuiſſet. Et ita fuiſſe ſemper obſeruatum à Tribunalibus Sedis Apoſtolicæ teſtatum reliquerunt Cardinales Bandinus, & Millinus.

22 Multòque minus obſtat ratio, quod Clerici indirectè gauderent priuilegio fori, ſicque eluderetur diſpoſitio S. Concilij Tridentini. Siquidem pendet à voluntate, & ab inſtantia Epiſcoporum. Nam, ſi Epiſcopi non procedant ad punitionem, & correctionem huiuſmodi clericorum, non habentium qualitates Concilij, vel negligant, non ſe declarando, vtique ijdem clerici ſubijcientur punitioni Iudicum laicorum, non obſtante eorundem clericorum allegatione clericatus pro fori priuilegio, ita, vt eorum delicta non poſſint remanere impunita, & ſufficienter remaneat conſultum intentioni eorundem Iudicum laicorum, cùm Epiſcopis non procedentibus, vel negligentibus, procedere poſſint Iudices laici, quod quidem non eſt eis permiſſum in clericos habentes requiſita, qui ſunt ſemper exempti à foro ſæculari. De iure enim non eſt inconueniens, vt quis habeat diuerſos Iudices, *auth. habita, C. ne fil. pro patr. cum notat.* per Socin. *in cap. pen. num. 2. de for. comp.* & quod ea facto ipſorum clericorum præiudicetur iuriſdictioni Epiſcoporum, ipſis Epiſcopis inuitis. Et quia reuera remanent clerici, etiam ſine dictis requiſitis, cùm ante monitiones priuationum, ſeu declarationum Epiſcoporum ſemper retineant priuilegia clericalia exemptionis, & canonis, Roland. *conſ. 4. num. 26. lib. 1.* Garz. *d. p. 2. cap. 2. num. 2. & cap. 3. num. 5. in fin.* alijque relati à Bellet. *diſq. cler. p. 2. tit. 3. §. 8. num. 59.* & cenſuit ſæpius Sac. Congregatio Concilij, ſignanter 16. Decembris 1604. quam ſequuta eſt S. Congregatio Immunitatis in alia *Aſſiſienſi* 28. Iunij 1629. in vna *Firmana* 10. Septembris eiuſdem anni, & *in Taurinenſi* 5. Februarij 1630. exceptis tamen caſibus, in quibus ea diſpoſitione expreſſa Sacrorum Canonum ſunt prorſus denudati priuilegio clericali, vt puta ratione bigamiæ, *cap. vn. de big. in 6.* ac ſimilibus.

23 Atque hinc nullum præiudicium illatum fuit iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ex eo, quod clericus ſe immiſcuit enormitatibus, ac ſæuis, vt in ſpecie notat Ancharan. *in cap. ſi Iudex 12. num. 5. de ſent. excom. in 6.* Nam ad effectum exemptionis Clerici, ſæuis ſe immiſcentis, & aliàs incorrigibilis, requiritur præcedens ſententia declaratoria eiuſdem Iudicis Eccleſiaſticis ſecundum communem, ac veram opinionem, & cenſuit S. Congregatio Concilij in hac declaratione.

24 *Die 5. Martij 1616. in vna Lucana, Sacra Congregatio exiſtimauit, huiuſmodi Clericum ita demum fori priuilegium amiſiſſe, ſi prius fuerit à Iudice Eccleſiaſtico declaratus incorrigibilis, obſeruata forma præſcripta in cap. Cum non ab homine, de iud.*

Adeò quod iſte ſit germanus ſenſus *cap. perpendimus, de ſent. excom.* vt firmat *ibid.* Io. Andr. *col. 1.* Cardin. *num. 11. oppoſ. 16.* Abb. *num. 6.* Felin. *n. vlt. in fin.* idem Abb. *in cap. 1. num. 5. de apoſt.* vbi Butr. *num. 9.* Anchar. *num. 3.* Socin. *num. 4.* Collectan. *in cap. Contingit 2. num. 1. de ſent. excom.* Cæpol. *conſ. crimin. 11. num. 3.* Alex. *conſ. 11. num. 2. lib. 1.* Fulgoſ. *conſ. 157. num. 4. & alij.*

25 Denique non obſtat, quod prima tonſura non ſit ordo. Quia tam Sacra Congregatio Concilij, quàm Rota ſæpius contrarium firmauit *ex cap. Cum contingat*, vbi Hoſtien. *num. 1. & alij, de æt. & qualit.* Gloſ. *in cap. Nullus, v. Tonſuram, de temp. Ordin. in 6.* Rot. *diuerſ. deciſ. 731. num. 5. p. 1.* & in Ferrarien. penſionis 14. Iunij 1624. coram Remboldo, in qua ſtabilitur hæc opinio communis, & tutior.

26 Notandum eſt autem, quod, vt clericus ſit priuatus priuilegio canonis, & priuari poſſit priuilegio fori ex eo, quod ſe immiſcet enormitatibus, requiritur, vt incedat ſine habitu, & tonſura, & vt plura committat delicta. Vnum namque non ſufficit, vt in enormitatibus, puta homicidijs, furtis, ſacrilegijs, adulterijs, falſis teſtimonijs, publicis violentijs, alijſue huius generis deprehendatur. Comprehenſus autem dicitur, ſi fuerit captus in flagranti, vel ſi ipſe antequam opponat de priuilegio clericali delictum fateatur, vel ſi delictum ſit adeo notorium de facto, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari.

27 Addamus ad rem aliquas declarationes. Clerici non ſunt cogendi ad ſuſcipiendum ſacros ordines, neque ob id priuilegio, & exemptione clericali priuandi, dummodo debitum Eccleſiæ ſeruitium præſtent. Sac. Congregatio Epiſcoporum, &c. 19. Aprilis 1619.

38 Vbi Communitates conqueruntur de clericorum inutilium numero, S. Congregatio prohibere ſolet collationem primæ tonſuræ abſque ſua licentia. Quæ prohibitio non ceſſat ea eo, quod Epiſcopus remittatur ad reſidentiam, amoto exinde Vicario Apoſtolico. Eadem S. Congregatio in Biſinianen. 18. Iunij 1655.

29 Clerici prohiberi non debent, ne incedant noctu ſine luminibus. Eadem S. Congregatio in Vulturarien. 17. Septembris 1602.

30 Clerici poſſunt querelare laicos in officio damni dati pro damnis receptis in ſuis poſſeſſionibus, modo iuramentum præſtetur in Tribunali Eccleſiaſtico. Eadem S. Congregatio in Ciuitatis Caſtelli 14. Aprilis 1653.

31 In criminalibus quando laicus, & clericus ſimul delinquunt, vterque punitur à Iudice Eccleſiaſtico, & S. Congregatio apud Dian. *p. 3. tr. 1. reſol. 1. & p. 4. tr. 1. reſol. 7.*

32 Clericus carceratus ab Epiſcopo propter enormia delicta, ſi ſolum habet ordines minores abſque vllo beneficio Eccleſiaſtico, nec ſolet incedere in habitu, & tonſura, neque eſt deſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, nec manet in ſeminario, vt requiritur ex decreto S. Concilij Tridentini ad gaudendum priuilegio fori Eccleſiaſtici, remitti debet ad Iudicem ſæcularem, cùm non deceat ſub clericatus clypeo ſubterfugi à delinquentibus meritam vltionem. Eadem S. Congregatio in Sulmonen. 14. Decembris 1595. At verò hæc declaratio eſt intelligenda, Epiſcopo nolente clericum repetere, vt anteà diximus.

33 Clericus, qui ante carcerationem reaſſumpſerat habitum, fori priuilegio gaudet. S. Congregatio Immunitatis in Roſſanen. 18. Martij 1631.

34 Clericus qui effectus eſt poſt delictum non punitur quoad perſonam, niſi à Iudice Eccleſiaſtico. Eadem S. Congregatio Immunitatis 7. Decembris 1632.

35 Clericus, qui ſine habitu, & tonſura ſe immiſcet enormitatibus, & pluribus vicibus, cenſetur abſque monitione renunciaſſe priuilegio clericali, ſecus ſi in habitu clericali hæc perpetraſſet, quia tunc requiritur monitio. Sac. Congregatio Concilij in Motulen. 1. Februarij 1620.

36 Clericus repertus à Curia ſæculari ſine habitu clericali, donec doceat de ſuo clericatu, in carceribus laicis poteſt detineri, dummodò non ſit notoriè clericus. Et ſi per octo menſes ante carcerationem habitum dimiſerat, priuilegio clericali nullo modo gaudet, ſi à Curia, vt ſupra, captus fuerit in tali habitu. Eadem S. Congreg. Concilij 11. Ianuarij 1616. Intellige hanc vltimam partem, Epiſcopo volente.

37 Clericus, qui caracterem, & habitum clericalem aſſumpſit poſt delictum, proceſſum, & fideiuſſionem de ſe repræſentando coram Iudice laico, gaudet liberatus quoad perſonam. Quod ſi fraus ſubſit, quam Iudex Eccleſiaſticus inſpicere debet, poteſt Iudex laicus proceſſui finem imponere, contra illum quoad bona procedendo, S. Congregatio Concilij in Papien. 23. Maij 1626. & Sac. Congregatio Immunitatis in Ciuitatis Caſtellanæ 18. Februarij 1631.

38 Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes Eccleſiæ inſeruiant, vel in ſeminario, aut alia ſchola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſentur iuxta decretum S. Concilij Tridentini *cap. 6. ſeſſ. 23.* forum Iudicis laici declinare non poſſunt. Non tamen idem Concilij decretum obſtat Epiſcopo, quominus iure ſuo in huiuſmodi Clericos poſſit animaduertere,

eosque punire. Eadem S. Congregatio Concilij in Valentina 17. Maij 1627. & in Nuscana 12. Iulij 1628.

39 Declaratio necessaria est post dimissionem habitus clericalis ad hoc vt Clerici non possint illum reassumere. S. Congregatio Immunitatis in Mazarien. 16. Decembris 1642.

40 Clericus post dimissionem habitus, reassumens illum in fraudem, gaudet tantum quoad personam, non quoad bona. Eadem Sac. Congregatio in Reatina 10. Septembris 1629.

41 Clericus potest aliquando habitum reassumere, etiam contradicente Episcopo, vt gaudeat priuilegio fori. Eadem S. Congregatio in supradicta Mazariensi.

42 Clerici moneantur ad incedendum in habitu, & tonsura sub pœna priuationis priuilegij clericalis, & assignetur eis terminus, quo elapso, seruatis seruandis, procedatur ad dictam priuationem. Eadem S. Congregatio in Rhegiensi 20. Septembris 1667.

CONSVLTATIO XXI.

An concursus, in quo cum examinatoribus synodalibus interest aliquis, qui non est examinator synodales, isque post examen interrogat tantùm honoris causa, nec dat votum, nec se subscribit, sit validus? Et an examinatores synodales compelli possint ab Episcopo ad accedendum ad examen?

1 PRo dilucidatione decreti Sac. Concilij Trid. *c.18. sess. 24. de ref.* & conciliatione Doctorum tres casus distinguendi sunt. Primus est quando intersunt plures examinatores, sed non intersunt saltem tres ex examinatoribus synodalibus iuxta dispositionem Concilij. Et hoc casu concursus est nullus, quia est contra formam præscriptam. In quibus terminis procedit decisio in Toletana parochialis 10. Martij 1596. coram Cardinali Arrigonio, relata per Garz. *de benef. p.6. c.2. num.324.*

2 Secundus casus est, quando, præter tres examinatores synodales requisitos à Concilio, interueniat quartus non synodalis, qui examinet, & det votum, sicut & alij. Quo in casu maxima est controuersia Doctorum, & Rota ipsa varia fuit. Affirmatiuam enim tenuit ex mente S. Congregationis Concilij in Dertunen. parochialis relata per eundem Garz. *d.p.9. n.232. cap.2. & num.322. & seqq.* quam sequitur Genuensis *in prax. cap.66. in annot. num.18.* vbi præsertim quando pars votorum Examinatorum synodalium excedit aliam exterorum, quidquid esset si exteri examinatores essent plures synodalibus. Quia dum intersunt tres examinatores synodales satisfit Concilij dispositioni, itant alij duo examinatores adhibiti ad cautelam non noceant, *l. testamentum. C. de testamen.* Maximè quod Concilium non vtitur aliqua taxatiua, sed potius annuit, vt plures intersint tamquam ad augmentum actus, vt in dicta Dertunen. relata per Farinac. *decis.672. p.4. num.4.* & in Casalen. parochialis 18. Decembris 1581. Et saltem sustinetur concursus ex examinatorum synodalium votis concordibus ex regula, quod vtile per inutile non vitiatur, meliusque ac vltra quam satis est impletur dispositio ac mens Concilij, cum integrum sit iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur, *cap. Prudentiam, in fin. de offic. Deleg.* & per plures homines perfectissimè reuelatur, *cap. extra conscientiam 64. d. l. fin. in fin. C. de fideic.* Idque etiam vbi est inducta forma, quæ non prohibetur vberiùs adimpleri, *l. si quis mihi bona, §. sed si mandauit,* vbi Bart. Imol. Alex. & alij, *ff. de acq. hered.* Ias. *in l. 1. §. si stipulanti num.4. ff. de verb. oblig.* cum alijs per Tiraquel. *de retr. lignag. §.36. glos.2. num.59.* Idem tenet Homobon. *tr. 3. c.3. quæst.30. de examen.* Et à fortiori in electione facienda iuxta formam *cap. quia propter, de elect.* si intersint, & eligantur tres scrutatores extranei præter alios tres de collegio, qui omnes officium scrutatoris exerceant, validam esse electionem, & pro tali ex stylo Curiæ confirmari per Gloss. *in d. cap. Quia propter, v. Sanior in fin.* tradit Mardagott. *de elect. cap.23. v. Irritari litt. R.* quem refert Cardin. *in d. cap. Quia propter num.13. quæst.12.* Quam opinionem in Curia esse receptam, testatur Hostien. *in sum. de elect. §. Qualiter, col.4.* & Io. Andr. *in d. cap. quia propter num.9.*

Neque videtur releuare, quod examinator non synodalis posset rationibus à se propositis alios examinatores synodales in suam sententiam perducere. Quia hoc non est prohibitum à Concilio, neque de iure, immò permissum est, quod plurium consilia requirantur, vt veritas haberi, ac firmius, meliusque iudicium proferri possit, Abb. *in d. cap. Prudentiam n.4.* Dec. *cons.400. num.1.* Honded. *cons. 23. num.47. lib.1.* 3

Negatiuam verò sequuta est in casu, quo examinatores extranei dant votum, sicque pro inualiditate concursus declarasse Sac. Congregationem Concilij, atque ex ea Rotam, tradit Garz. *d. cap.2. num.325.* & in vna *Messanen.* quam refert, & sequitur Rota in Nicien. parochialis 25. Iunij 1629. coram Cardinali Virili. Et etiam in electione, & in casu adducto interuenientium trium scrutatorum extra Collegium pro inualiditate tenuit Rota in Treueren. Abbatiæ S. Maximini 20. Nouembris 1624. & 24. Iunij 1625. coram Coccino. Quicquid autem sit de veriori non moror, quia non est casus noster: Negatiuam tamen amplector: Quia Concilium exigit, vt Examinatores synodales examinent, ipsique approbent, vel reprobent, atque ita eorum officium circa duo versatur. Et quia Concilij dispositio est tota de forma, vtile per inutile vitiatur, Dec. *cons.582. num.5.* Mandos. *reg.27. q.24. n.10.* Becc. *cons.12. num.30.* Gutier. *can. qq. lib.2. cap.15. n.14.* Rot. *decis.471. n.9. par.1.* Roman. *cons.66. num.2.* & in puncto electionis, in qua interfuerunt scrutatores extranei vltra tres requisitos à lege, resoluit Rota in vna Meten. Monasterij 3. Iulij 1621. Vnde sicut in electione peccatur in forma, quando adhibentur scrutatores, qui non sunt de collegio, licèt adsit numerus requisitus *à cap. quia propter,* ita etiam peccatur in concursu, in quo adhibetur examinator extraneus præter examinatores synodales. 4

Tertius planè casus noster est. Et in hoc censeo non posse controuerti validitas concursus. Nam est habitus iuxta formam Concilij in substantialibus obseruatam, cùm sit factus ex sola examinatorum synodalium examine, ac relatione, & mutatio circa non substantialia non inducat mutationem formæ, Rot. *rec. p.2. dec.26. n.3.* Non enim prohibet Concilium, quin alij materialiter intersint concursui, ac proindè censetur permittere. argum. *tex. in l. Nec non, §. Quod eis, ff. ex quibus caus. maior.* 5

Confirmatur ex iure, & obseruantia, à quibus etiam Concilium recipit interpretationem. In hisce enim, ac fortioribus actibus, scilicet in electionibus, in quibus pro forma personæ eligentium taxantur, non prohibentur exteri interesse, licèt prohibeantur coeligere. Quod etiam in laicis admittit Abb. *in c. Messana, de elect. num.3.* ibi: *Quod intellige prohiberi admitti ad coeligendum,* Io. Bertacchin. *de Episc. lib.3. q.31. n.63. tom.13. p.2.* ibi: *Non possunt interesse, vt coeligant,* Nep. à monte Alban. *de except. contra elect. Prel. art.7. num.2.* 6

Neque obstat, quòd Abbas loco allegato *num.3.* subdat pro Ecclesiæ vtilitate posse omnes interesse. Nam præmisso quòd hoc verificatur in interuentu eiusmodi examinatoris extranei, dum autem sola vtilitas Ecclesiæ sufficit, non dicitur ob formam substantialem prohibita interessentia aliorum. Quia sola vtilitate, ac ea etiam cessante ex hac causa, propter quam fuit inducta forma, non potest alterari, Aretin. *in l.2. ff. de vulg. & pupil.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.4. tit.1. num.23.* Rot. *rec. p.2. dec.345. num.2.* Et facit, quòd formæ nihil addi, vel detrahi potest ea quauis causa, Felin. *in cap. cum dilecta num.6. de rescript.* Mandos. *reg. 27. Cancel. qu.24. num.16. & 18.* 7

Idque corroboratur ex adductis per eundem Abb. *in d. cap. quia propter, de elect.* cuius forma fortiùs est seruanda, quàm alia licèt sit difficillimum, vt dixit Rota in Meten. Monasterij 23. Iunij 1629. coram Dunozetto. Ait enim Abbas ante *num.10.* Licèt textus solùm eos de collegio videatur velle interesse electioni, & consequenter per eosdem de collegio colligi scrutinia, & fieri scrutatores, dum nullum de tabellione, nec de persona, per quam scrutinia colligi debeant, facit mentionem, tamen concludit posse interesse tabellionem exterum, immò & laicum. Idemque dicit Glossa *ibidem, v. redacta.* Ergo (quicquid tamen sit circa controuersiam personæ, & tabellionis laici tanquam in re, & actu spirituali, de qua latè Bertacchin. *vbi supra num.61.*) vis non est in eo, quòd materialiter intersint alij, dummodo nec auctoritatem, nec offi- 8

cium præstent ad actum electionis, vel examinis perficiendum, vt explicando, & admittendo quòd ideò etiam tabellio laicus interesse possit, tanquam nihil agens in re spirituali, & quia non se immiscet electioni, tradit idem Abb. *ex d. num.* 10. Et hanc distinctionem videtur amplecti Rota in d. Treuereo. Abbatiæ, §. distinguendo inter interessentes cum exercitio, & interessentes materialiter, ac simpliciter. Aliud enim est facere quod prohibetur à Concilio, aliud assidere, quòd non ideò prohibetur, *l.* 1. *ff. de offic. assess.* Prout aliud est facere, aliud esse præsentem actui per alios explicatu, vt ex *d. l.* 1. & Batt. *in l. omnium num.* 5. tradit Rota *in d. Treuerensi*.

9 Ideòque subiotrat interpretatio fidelis ex obseruantia de sumpta, Rota *dec.*300. *num.* 5. *& decis.*314. *num.* 1. *p.* 2. apud Farioac. *fragm.crim.* Nimirum sicut intersunt tabelliones, & Notarij in omni concursus, quemadmodum de iure debent interesse, licèt nulla de ijs fiat mentio in Concilio, vt ex Gloss. & Abb. *in d.cap. quia propter num.* 10. & ex eorum interuentu, sine quo fieri possit, vt ibidem Abbas ante *d. num.* 10. & in terminis concursu dixit Rota in Nicien. Parochialis 13. Martij 1628. coram Durano, vbi computare vota, & ea publicare in examinatorum præsentia spectat ad Ordinarium, vel Vicarium, non ad Notarium, nec idcircò alteratur forma; ita pari ratione neque ex interuentu aliorum.

10 Ac proinde non obstat, quòd poterint examinatores synodales trahi in diuersam sententiam ab extraneo. Quia hoc prouenitet, si votum daret, & cùm ijs examinatoribus communicaret, non autem per simplicem assistentiam actui per solos examinatores synodales facto, & perfecto, vt in dicta Treueren. Abbatiæ superiùs allegata,

11 Pariter neqne obstat, neque aptè adducitur declaratio S. Congregationis Concilij in vna Messanen. die 9. Septembris 1628. quæ cùm sibi proponeretur, *An concursus, cui cum quatuor examinatoribus synodalibus interuenit Religiosus, qui non erat examinator synodalis, quique examinauit, & forsitan magis idoneum oretenus declarauit, sit validus, vel inualidus? Sacra, &c. respondit secundum ea, quæ proponuntur præfatum concursum fuisse inualidum.* Nam in eo casu examinator extraneus examinauit formaliter, & vt supponitur, forsan suffragium dedit, ideòque casum nostrum non efficit. Tum quia declarationes S. Congregationis semper intelliguntur emanatæ secundùm ea, quæ in facto proponuntur, *l.* 1. *C. de diu. rescript.* Rub. *cons.* 12. *num.* 2. *& seq.* Cassad. *dec.* 6. *de rescript.* Tum quia S. Congregatio non facit ius, sed quod ius est declarat, vt dixit Rota in d. Nicien. Parochialis coram Durano, & proinde, re melius examinata, poterit in aliam sententiam deuenire, & eiusmodi concursum validum declarare, prout aliàs fecit in terminis concursus in dicta Nicien. testante Durano in ea decisione. Tum quia in casu nostro extraneus est tantùm præses concursui, ac solùm interrogat concurrentes, non autem suffragatur, In quo casu nulla fit fraus Concilio. Quia hic propriè examinator dici nequit, cùm officium examinatoris consistat non solùm in interrogando, sed etiam in suffragando; & referendo super idoneitate, scientia, & moribus, vt patet ex textu Concilij. Quæ cùm non fecerit, non potest dici, quòd in concursu interfuerit tanquam examinator, & consequenter, quòd ex illius interuentu concursus sit nullus, vt in his terminis benè distinguit Genuen. *cap.* 66. *in annot. num.* 18. quem sequitur Garz. *vbi supra in addit. impr. ff. in fin. oper. num.* 323. dicentes, quòd quando attenditur solummodò pars maior votorum synodalium, non refert an alij non synodales interuenerit, & ita intelligendam esse dictam decisionem Dertunen. Parochialis, nam aliàs transferri posset. Atque ita declarauit Sac. Congregatio Concilij die 2. Septembris 1634. nempè *Sacra Congregatio censuit concursum esse nullum, quando examinator non synodalis suffragium suum dat cum alijs synodalibus, secus si tantum interrogot, & alij suffragia ferant in numero debito.*

12 Quòd verò examinator extraneus non dederit suffragium, & quòd eius interrogationes fuerint honoris causa post relationem, & approbationem factam à synodalibus, & non ad præiudicandum concursui, constare poterit ex attestationibus ipsius extranei, atque Episcopi, qui tanquam informati de veritate facti, & vti personæ eximiæ qualitatis, præsertim ad instantiam partis attestantes, plenè probant Gregor. XV. *dec.* 247. *num.* 6. *&* 7. Rot. *dec.* 521. *n.* 6. *p.* 2. *diu.* Gabr. *concl.* 5. *de testib. num.* 13. Magon. *dec. Lucen.* 32. *num.* 3. Immò ex dicta sola Episcopi protestatione, antequam extraneus examinaret, quòd fieret sine præiudicio concursus, declaratur, & confirmatur, quòd iam concursus esset factos, ne aliàs esset contraria facto, & consequenter quòd ex dicto examine non posset mutari relatio iam facta, nec præiudicari approbatis à synodalibus, vt de iure tanquam actui iam perfecto non præiudicabatur, Capitaq. *dec.* 122. *p.* 3. Rot. *decis.* 6. *de dol. & contum. in nou.* quia ex hoc non poterint synodales remòueri à suffragio, quòd iam dederant, nec tolli ius quæsitum ex ipsorum votis, Abb. *antiq. in cap. quia propter, de elect. num.* 17. Clausula enim illa sine præiudicio concursus iam absoluti, præseruat concursum iam factum, & ius ex illo quæsitum, Seraph. *decis.* 144. *num.* 6. Rot. *dec.* 419. *num.* 6. *par.* 1. *rec.* Surd. *dec.* 333. *num.* 19. ac præcipuè si idem fateantur examinatores synodales præsentes protestationi, & non contradicentes, Surd. *decis.* 32. *num.* 12.

Ad secundum. Respondeo, cessante legitimo impedimento, posse. Quia est officium necessarium. Nam sine ipsis examen fieri nequit in concursu Parochialium, & cum acceptauerint suum officium, se obligarunt ad illud exercendum adeò, vt quod ab initio fuit voluntarium, fiat postea necessarium ex vulgaribus. Et ita declarauit Sacra Congregatio Concilij sub die 10. Septembris 1672. 13

CONSVLTATIO XXII.

An Vicarius generalis Episcopi, qui durante officio fuit creatus, & consecratus Episcopus, possit creatione, & consecratione non obstantibus, retinere dictum munus Vicarij generalis, dum se præparat, & expectat opportunam commoditatem conferendi se ad suam Ecclesiam, sintque valida per eum gesta tamquam Vicarium? &

An pœna contenta in S. Concilio Tridentino sess. 6. cap. 1. & sess. 23. de reform. contra Episcopos non residentes, nec non in Constitutione fa. mem. Pii IV. data sub 4. Septembris 1560. contra eos, qui absque legitima causa extra suas Ecclesias per spatium quatuor mensium immorantur, habeat locum contra præfatum Episcopum iam à quatuor mensibus consecratum, qui nondum adeptus est possessionem suæ Ecclesiæ propter distantiam itineris, nec stat per ipsum, quin eam assequatur?

AD primum affirmatiuè respondeo. Nullo enim iure prohibetur, quin Episcopus possit esse Vicarius alterius Episcopi, immò videtur permissum per text. *in cap. plerique*, vbi Gloss. *v. Necessitas, de offic. Ordin.* Anchar. *in cap. fin. de offic. Vicar. in* 6. Sbroz. *de Vicar. lib.* 1. *c.* 44. *n.* 1. Azor. *instit. moral. l.* 3. *c.* 45. *q.* 6. Quod in hoc casu faciliùs procedit, cùm eiusmodi Episcopus non acceptauerit munus Vicarij post suam electionem, & consecrationem, sed solùm continuauit in eo munere, quo fungebatur ante suam consecrationem, sicque intrat regula, quòd faciliùs quid conseruatur in esse, quàm de nouo fiat, *l.* 1. *§. Quamuis, ff. de postul.* ibi: *Quamuis autem cæcus pro alio postulare non possit: tamen Senatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur*, & mox: *Sed melius est, vt dicamus, retinere quidem eam cæptum Magistratum posse, adspirare autem ad nouum penitus prohiberi.* Idque multis comprobat exemplis, traditque Rota *dec.* 244. *n.* 2. *diuers. & decis.* 265. *n.* 8. *& seq.* coram Greg. XV. 1

Ad secundum negatiuè respondendum censeo, cum Tridentinum, & Constitutiones Pontificiæ contra Episcopos non residentes loquantur contra illos, qui Ecclesias suas deserunt, & per varia loca vagantur, non verò contra illos, qui nunquam possessionem fuerunt adepti; cùmque sint constitutiones pœnales non debent extendi ad alios casus, præter expressos, *c. statutum de elect. lib.* 6. *c. in pœn. de reg. iur.* eod. Seraph. *dec.* 393. *n.* 8. Et quamuis eadem sit ratio in Episcopis, qui suas Ecclesias deserunt, ac in illis, qui possessionem non capiunt, non tamen eadem debet esse iuris dispositio, quoad incursum pœnæ, cùm iste casus in illis non exprimatur, *c. Is, qui sub princ. de sent. excom. in* 6. ibi: *Is,* 2

qui

Digitized by Google

qui in Ecclesia sanguinis, aut seminis effusione polluta, vel qui præsentibus maiors excommunicatione nodatis, scienter celebrare præsumit, licèt in hoc temerariè agat., Irregularitatis tamen, cùm id non sit expressum in iure, laqueum non incurrit, l. & si quis 14. §. Diuus autem Marcus, ff. de relig. & sumpt. fun. ibi: *Diuus autem Marcus rescripsit, cum hæredem, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non rectè facere, pœnam tamen in eum statutam non esse.* Præsertim cùm ad capiendam possessionnem Episcopatus non sit tempus assignatum à iure, Garz. *de benef. par. 11. cap. 6. num. 12.*

3 Videtur tamen obstare Constitutio Vrbani Octaui edita anno 1634. die 12. Decembris, qua statuit, vt Episcopi, & ijs maiores Prælati, etiam S.R.E. Cardinales residere teneantur, neque à loco residentiæ discendere, nisi prius obtenta licentia à Papa per Breue, vel litteras missiuas, aliàs incurraot ipso facto absque vlla declaratione pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ, amissionis fructuum pro rata absentiæ, & facultatis testandi, seu disponendi de bonis suis à Sede Apostolica concessæ. Item vt deinceps promoti ad Cathedrales à die promotionis teneantur intra vnum mensem morantes in Curia Romana, & intra duos menses morantes in Italia, & intra quatuor menses morantes extra Italiam, se itineri committere, & ad residentiam se conferre, & inde non discedere, vt supra, sub pœnis eisdem latæ sententiæ. Et ampliat, vt Cardinales titulos Episcopales suburbicales habentes teneantur residere in alio Episcopatu, si quod alibi habeant, sub eisdem pœnis. Item vt ex nulla causa absentiæ excusentur quantumuis graui, & bonum publicum respiciente, sed solum causa Synodi, vel Assemblææ, cui soleant interesse, & ratione officij eorum Episcopatui adiuncti. Sed ob causam visitandi Limina Apostolorum limitauit absentiæ tempus, scilicet pro Episcopis existentibus intra montes, & mare quatuor mensium, vltra montes vel mare septem mensium. Præterea viuę vocis oraculo declarauit non esse per hanc Constitutionem interdictam absentiam ad modicum tempus, idest trium mensium à Sac. Concilio Tridentino concessam.

4 Verùm puto, quòd pœnæ non procedunt, si necessitate, seu impedimento graui, & insuperabili fuerit Episcopus præpeditus, vt in materia consecrationis Episcopalis tenet Henriq. *lib. 10. cap. 34. num. 2.* & Sanchez *consil. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 13.* cum alijs per eum allegatis, per *cap. Quoniam quidam 100. dist.* qui est Pelagij Papæ. Et ratio est, quia antea non videntur vrgeri ad residentiam iure naturali, cum per eos non stet, quominus consecrationem, vel possessionem suscipiant. Vnde excusari à dictis pœnis, qui bona fide absunt, scilicet si à mortali excusentur, tradit Garz. *par. 3. cap. 2. num. 36.* Atque ita declarauit in hoc casu Sac. Congregatio Concilij in vna Limana 7. Septembris 1634. scilicet non incurrisse, nisi quatenus steterit per ipsum.

CONSVLTATIO XXIII.

An, & quatenus Ecclesiastici teneantur ad donatiuum Regium, siue Principis?

1 NOn teneri, desumitur ex verbis illis *can.* 18. Bullæ Cœnæ Domini, *Collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera;* sub quibus comprehenduntur omnia grauamina sub quocumque nomine significata, siue adiutorii, subuentionis, siue donatiui, *argum. textus in cap. Clerici, de immun. Eccles. in 6.*

Et quidem cùm actus donandi sit voluntarius, nemo ad illum cogi potest, nisi velimus dicere donatiuum huiusmodi esse nomine voluntarium, re autem vera necessarium, ac necessariò deberi ex eo, quod Principi, siue Regi facultates laicorum satis non sunt. Quo in casu concurrere debent requisita *cap. Aduersus, de immun. Eccles. & cap. Non minus eod. tit.* Vnde Ecclesiastici non tenentur ad donatiuum, nisi spontè offerant cum Summi Pontificis consenso. Neque ab eis solui solet, nisi pro beneficiis, quæ sunt iurispatronatus Regis, immò neque pro istis si eorum Prælati, vel Rectores illud in Comitiis spontè non obtulerint. Solùm enim pro isto concedi solet Indultum Apostolicum. Quare si Oeconomus Regius molestat Ecclesiasticos, qui donatiuum spontè non obtulerunt, incidit in censuras. Et ita declarauit Sac. Congregatio super Episcopis in Panormitana 2. Decembris 1586. in Soran. 1. Octobris 1587. iterùm in Panormitana 2. Iunii 1589. 10 Agrigentina 22. Ianuarii 1596. in Messanen. 22. Ianuarii 1601. tertiò in Panormitana 24. Aprilis 1682. rursus in Messanen. 19. Nouembris eiusdem anni, in Panormitana quartò sub 12. Iulij 1604. & in Messanen. tertiò 26. Februarij 1613.

3 Hinc Clerus Mazariensis, qui nunquam huiusmodi donatiuum obtulit, vel promisit, est ab eo immunis, eadem S. Congregatio 14. Ianuarij 1586. Sicuti etiam est exemptus Panormitanus ratione beneficiorum alibi existentium, maximè beneficijs Panormitanis vnitorum. Quia gratiam exemptionis obtinuit ab ipso Rege anno Domini 1561. vt declarauit eadem S. Congregatio 12. Nouembris 1585.

4 Regulares præcipuè, qui sunt ex duodecim Congregationibus, non tenentur ad hæc donatiua, si ea speciatim & expresè non promiserint, & in Breui Apostolico nominatim non exprimantur, eadem S. Congregatio pro Oliuetanis 23. Aprilis 1603. & pro Casinensibus 23. Iulij eiusdem anni, ac resoluit Sac. Congregatio Immunitatis, vt constat ex subiectis epistolis.

6 *All' Arciuescouo di Palermo. Il ricorso, che i Monaci Oliuetani di Santa Maria del Bosco di cotesta Diocesi han fatto alla Santità di N. Sign. hà dato occasione à Sua Beatitudine d'ordinare à questi miei Eminentissimi Signori della sacra Congregatione sopra le controuersie giurisdittionali, che anteponessero con la presente à V. Eminenza come essecutore del Breue del Donatiuo di Sicilia, che in quello non vengono compresi i detti Monaci. Si perche, essendo essi delle dodeci Congregationi esenti da simili pesi per la Constitutione di Pio V. e Clemente VIII. non s'intendono mai compresi, se di essi non si fà special mentione. Si anche perche non sono di quelli, che hanno consentito al detto donatiuo. Per lo che saranno le parti della molta pietà, e zelo di V. Em. à non permettere, che detti Padri riceuino pregiudicio, nè molestia alcuna; e del seguito si aspetterà auuiso, mentre le bacio humilmente le mani. Di Roma a' 20. di Settembre del 1632.*

Die 17. Septembris 1631. Sanctissimus iussit scribi Em. Cardinali Doriæ Executori Breuis Donatiui Siciliæ non esse Oratores comprehensos in eo, tum quia loquitur de consentientibus, vel vocatis, & Oratores non consenserunt, nec vocati fuerunt, tum etiam quia tanquam ex duodecim Congregationibus à Pio V. sa. mem. & à Clemente VIII. fel. rec. priuilegiatis non veniunt in dispositionibus, seu contributionibus generalibus, quæ de ipsius Oratoribus specialiter mentionem non faciunt, & quòd scribatur à S. Congregatione Immunitatis Ecclesiæ etiam de ordine Sanctitatis suæ.

Eminentiss. e Reuerendiss. Sign. mio Osseruandiss.

Il nuouo, e giusto ricorso dell' Abbate, e Monaci di Santa Maria del Bosco di coteste luogo della Congregatione Oliuetana per le violenze, che gli vengono fatte da Ministri Regij in volere, ch'essi contribuischino al donatiuo volontario contro la forma del Breue concesso da N. Signore già che non possedono beni regij, non hanno acconsentito a simile donatiuo, e deuono godere l'esentione anco per speciali Priuilegij Apostolici, hà dato occasione à Sua Beatitudine di far con la presente replicare à V. Eminenza, che con efficace mezo permesso da Sacri Canoni difenda l'esentione di detti Padri, e consequentemente la libertà Ecclesiastica; con auertire li Ministri Regij, che Dio non lascierà impunite simili violationi, e che non è seruigio di Sua Maestà Cattolica s'abusino gl'indulti, che à quella si concedono da questa Santa Sede, con quel di più parerà di soggiungere alla prudenza di V. Em. nella cui pietà, e zelo Sua Santità riposa l'esentione di detti Padri, mentre humilmente le bacio le mani. Roma 22. Decembre 1631.

Di V. Eminenza Reuerendissima

Humilissimo, & Affettionatiss. Seruitore

Il Cardinale Gessi.

Francesco Paolucci Segretario.

All'

Digitized by Google

All'istesso Arciuescouo. Il giusto ricorso de' Monaci Oliuetani di Santa Maria del Bosco di cotesta Diocesi alla Santità di Nostro Signore, & à questa sacra Congregatione, &c. hà dato occasione di ordinare à V. S. con la presente, che nel Breue del Donatiuo di coteste Regno non vengone compresi i sudetti Monaci, per essere delle dodici Congregationi esenti, anche per Constitutioni particolari Apostoliche da simil peso, nè intendendosi mai compresi, se di essi non si fà special mentione ne' Breui, e per altre ragioni rappresentate alla medesima Sacra Congregatione. Per lo che saranno le parti del zelo Ecclesiastico di V. S. di non permettere, che i detti Padri riceuano pregiuditio, ò molestia alcuna per tal causa; e del seguito se ne aspetterà auuiso, con che à V. S. mi offero di cuore. Di Roma à 9. d'Aprile del 1647.

Eædem litteræ scriptæ fuerunt Archiepiscopo Panormitano sub die 25. Maij 1655.

Clausulæ Breuium sub 20. Decembris 1630. pro donatiuo ordinario, & sub die 7. Martij 1631. pro donatiun eatraordinario, necnnn aliotum Breuium posteriorum, & in specie vltimi Breuis Aleaandri VII. sub die 6. Decembris 1658. cuius exemplar hic eahibeo, sunt huiusmodi.

Fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, vt Constito tibi per legitimas probationes de expresso maioris partis Cleri, scilicet Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, Sæcularium, & cuius Ordinis Regularium dicti Regni consensu, & quod reliqui, & reliqua persona non Consentientes vocati, & vocata fuerint, oblationi, & promissioni, necnon solutioni per Archiepiscopos, Episcopos, & Archimandritam, ac alias Ecclesiasticas personas factis, pro hac vice tantum nostram, & Sedis prædictæ auctoritatem vigore præsentium interponas, ipsoque Archiepiscopos, Episcopos, & alias personas Ecclesiasticas huiusmodi etiam si sint de illis, quæ pro minori Cleri parte præmissis non consenserint adea tamen vocati, & vocata fuerint ad solutionem eorum rata huiusmodi opportunis Iuris, & facti remedijs cogas, & compellas.

Et infrà: *Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum huiusmodi etiam iuramento, & Confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore Iuris clausis, ac literis Apostolicis quibusuis generaliter, vel specialiter concessis, necnon literis reseruationum, pensionum, & fructuum huiusmodi, ac quibusuis obligationibus etiam in forma Cameræ etiam iuramento, ac censurarum, & mandati executiui susceptione, vel aliàs desuper factis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quauis alia expressio habenda sit, & in eis caueatur expresse, quod per huiusmodi clausulas generales etiam mentionem specialem importantes eis derogatum esse non censeatur, aut derogari non videatur, nisi certis modo, & forma in illis expressis plene obseruatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habendis, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus.*

CONSVLTATIO XXIV.

An mulier vidua, quæ in l. vn. C. quando Imper. inter pupill. & vid. miserabilibus personis adnumeratur, possit sibi eligere, ac variare forum Ecclesiasticum?

1 NEgat Couarruuius, inquiens id fieri non posse, nisi data negligentia Iudicum sæcularium. Ita *in pract. quæst. 6. cap. 6. num. 1.* vbi testatur de praxi in Regnis Hispaniarum, & Galliæ. Eum sequuntur nominatim Cutellius *de Eccles. libert. quæst. 87.* ac Martha *de iurisdict. par. 2. cap. 21. num. 22.* ea regula *in cap. Ex timore, de for. compet.* & ex ratione *in cap. Nouit, de iud.* Quod etiam tradunt Innoc. *in cap. significasti num. 1. in fin. de for. comp.* Non enim potest Iudex ecclesiasticus contra laicum cognoscere de re temporali, quamtumcumque laicus fuerit oppressus, & spoliatus, nisi proprius, & naturalis eius Iudex negligens sit in administranda iustitia. Id quod etiam probat *cap. ex parte de for. comp.* vbi propter potentiam Rei conuenti, qui actorem spoliauerat, in Iudice sæculari maxima aderat suspicio negligentiæ, vt ibi Couaruuias aduertit, & tenent Butr. *in cap. Licet, de for. comp.* & Constant. Roger. *in tit. de dot. quæst. 17. nu. 2.*

At receptissima opinio est affirmatiua, etiam non data negligentia Iudicum sæcularium. Eam tradunt Doctores, quos sequitur Gabriel Aluarez *tract. de priuil. paup. quæst. 52. num. 13.* Scacc. *de iudic. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 17.* Cened. *in quæst. can. qu. 14. nu. 4.* Palac. Rubeos *in repetit. cap. per vestras, §. 1. num. 5. de donat. int. vir. & vx.* Aufr. *de pot. Eccles. in laic. tit. 2. num. 29.* Diana *p. 1. tract. 2. resol. 117.* & Anguianus *tom. 1. lib. 3. controu. 22. num. 48.* Abbas, & Butrius *in d. cap. per vestras*, Bartolus, Imola, & Geminianus, quos citat, & sequitur Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 9. nu. 2.* quatenus docent, quòd possit pauper pro alimentis sibi relictis aduersarium laicum trahere, etiam ad Iudicem ecclesiasticum, Tauner. *in 2. 2. disp. 4. dub. 1. num. 31.* Idque ratione pietatis. 2

Probatur *ex cap. super quibusdam, §. vlt. de verb. signif.* vbi Innocentius III. respondens Comiti Tolosano, ita decreuit, *viduis, pupillis, orphanis, & miserabilibus personis de te conquerentibus tenearis in iudicio Ecclesiastico respondere, cap. significantibus, de offic. deleg.* ibique Abb. *in princ. cap. ex parte de for. compet.* vbi causa viduæ Reginæ, bonis suis spoliatæ, agitata fuit in foro Ecclesiastico, *cap. si quis, de potentibus 21. ca. si quis Romipetas 23. ca. Illi, qui 25. caus. 24. quæst. 3.* quibus in iuribus indistinctè, & absque alicuius causæ præfinitione hoc priuilegium miserabilibus conceditur, vt censuit S. Congregatio Immunitatis in vna Montisfalisci 26. Februarij 1636. vbi resoluit, Episcopum, posse cognoscere causas pupillorum & viduarum, & in Æsina 31. Maij 1649. & in Maceraten. 18. Nouembris 1653. vbi declarauit, pauperes miserabiles posse conuenire suos debitores coram Episcopo, & in Sabinen. 6. Nouembris 1634. in qua etiam declaratum fuit, quod pauperis virginis debitor compellatur ad soluendum coram Episcopo, & ita alibi iudicatum memini. Quandoquidem ad miserabiles personas pietatis intuitu extendunt omnia Ecclesiæ priuilegia, Leo, & Anthemius *in l. omnia priuilegia, C. de Episc. & Cler.* Panorm. *in cap. accedentibus, notab. 2. de priuil.* Titaquell. *de priuil. piæ causæ, priuil. 139.* 3

CONSVLTATIO XXV.

Cur aliqua gabellarum species, quæ rationem pretii debiti, & mercedis habet, ab Ecclesiasticis exigi nequeant? Vbi de contributione pro mercede Medici Vniuersitatum?

COnstat, taxam pro transitu fluminis in scapha, aut alio modo non damnari in Bulla Cœnæ *cap. 5.* Hæc enim nonnisi mercedis rationem habet. Ita Caiet. *in summ. v. excommunicatio, c. 39.* Filiuc. *to. 1. qq. mor. tract. 16. num. 15.* Naldus *in summ. v. Bulla Cœnæ num. 31.* Quamobrem valet etiam quilibet Princeps vnicum tãtum designare, qui transuehat, à quo maiorem possit taxam exigere. Si enim poterat per plures subditos, ita potest & per vnicum. Quòd si merces expetita sit nimia à Principe imposita, videtur Princeps immodandus. Quia transit in onus. Nec quòd vna via prohibetur, scilicet sub ratione pedagij, debet altera permitti, *arg. cap. 4. de priuil.* & est regula iuris in 6. 1

Cur igitur prohibeatur pedagium, & guidagium? Illud enim soluitur ob constructionem, & restaurationem viarum, pontium, &c. Hoc verò pro expensis custodiendæ viæ à latronibus, feris &c. quibus beneficijs gaudent etiam Ecclesiastici. 2

Respondeo. Ex solutione eorum, quæ habent rationem priuatæ mercedes nullo modo læditur Ecclesiastica immunitas; quia nulla interuenit auctoritas, nec coactio. At verò onera auctoritatiuè imposita à Principe, vel Communitate, auctoritatiuèque exigenda, supponunt subiectionem eorum, quibus imponuntur, quique solutione talium onerum concurrere debent, velint, nolint ad expensas viarum, & custodiæ, vt sistamus in exemplo allato. Id autem non potest esse, nisi præiudiciale Ecclesiasticis, quorum immunitas ob specialem dignitatem eorum fert secum, vt sine proprio dispendio gaudeant publicis beneficijs. Alioquin omnibus, & quibuslibet oneribus possent ligari, cùm 3

saltem

saltem indirectè omnibus gaudeant beneficiis, quæ solutionibus laicorum præstantur.

4 Hinc Doctores, qui opinantur imponentes gabellas iustas Clericis, quas & laicis imponunt non innodari ex Bulla Cœnæ, intelligendi sunt quoad dictum canonem quintum Bullæ, damnantem generaliter omnibus impositas gabellas iniustas, non autem speciatim tutantem Ecclesiasticorum immunitatem, quam tutatur *can.* 18. Salonius autem inter eos, quos citat *tom.2. in 2. 2. D. Thom. q.78. ar.5. contr.2.* absolutè negans, exigentes iustas, & quas à sæcularibus exigere possunt gabellas, innodari ex Bulla Cœnæ, *sed ex cap. Quamquam, de censib. in 6.* à cuius vinculo, satisfacta parte per Bullam Cruciatæ absolui possint, omnino audiendus non est, quia his non punitur iniustitia ex parte oneris, sed ex parte personæ grauatæ, quæ exempta est.

5 Atque hinc est, quòd Clerici non possunt grauari pro salario Medici, vt declarauit S. Congregatio Immunitatis in Nullius 14. Februarii 1628. & 5. Augusti 1629. Quæ item censuit, Ecclesiasticos per seipsos dare debere aliquam contributionem Medico cum facultate Episcopi, quando soluitur ex contributione, quæ fit à singulis, vt in Albanen. 14. Augusti 1634. in Amalphitana 9. Nouembris 1631. in Spoletana 23. Augusti 1633. Et alibi censuit, viuentes cum Ecclesiasticis eorum expensis non teneri ad contributionem salarii Medici, vt in Ciuitatis Castellanæ 12. Decembris 1645. Et generaliter in Castellaneten. 18. Nouembris 1664. & 28. Februarii 1668. censuit, Ecclesiasticos non teneri ad contribuendum pro Medico Communitatis absque eorum consensu, & beneplacito S. Sedis.

CONSVLTATIO XXVI.

An, & quatenus Ecclesiastici præcipuè Regulares cogi possint ad subeundum onus collectarum? Vbi de eorum animalibus, quæ dantur in societatem, ac de damnis datis ex decretis S. Congregationis in compendium collectis.

1 IN hac admodum ancipiti, ardua, & frequenti quæstione, quam nos sæpè tractauimus, inualuit affirmatiua sententia cum moderatione tamen, & restrictione, vt non ita passim collectari debeant, sicut collectantur laici, sed tunc demum quatenus sequentia cumulatiuè concurrant.

2 Primò scilicet instare debet magna necessitas superuenientis belli, pestis, vel alterius euentus sinistri, cui alias facilè subueniri non possit, nisi clerici cum laicis contribuant, vt probatur *in cap. non minus*, & expresè notat Abb. *num.5. & in cap. aduersus, de immun. Eccles. & in Extrauag. Benedicti XI.* sub eodem titulo.

3 Secundò debet concurrere coæqualis vtilitas communis principaliter Clericis & laicis, vel saltem pietas, *vt in d. cap. Non minus, & cap. aduersus, & cap. peruenit, de imm. Eccles.* Et de pietate animaduertit textus in *l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles.*

4 Tertiò oportet, quòd onus sit tale, vt ad illud sustinendum laici non sufficiant, & sic pernecesse debet præcedere sufficiens excussio bonorum. Quia Clerici & Ecclesia solum tenentur cum laicis contribuere in subsidium, si laicorum non suppetant facultates ad prouidendum dictis communibus necessitatibus æquè principaliter concernentibus Ecclesiasticos, atque sæculares, vt *in d. cap. Non minus, & cap. aduersus*; quemadmodum hanc conditionem considerauit dictus Benedictus in præcitata Extrauagante, ibi: *Cæterum sollicitè attendant Ecclesiarum Prælati, & alij Clerici Lateranense Concilium, quod in huiusmodi subuentionibus solum casu necessitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non suppetant facultates deliberatione prouida nescitur expedire*, ac firmauit Rota in Valentina Gabellæ 10. Decembris 1598. coram Orano, & in Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coram Pegna, & alias sæpè.

4 Quartò requiritur, vt ad onus huiusmodi imponendum vocetur, & consentiat totus Clerus, itaut non sufficiat Episcopus cum Capitulo. Quia quod omnes tangit ab omnibus particulariter debet approbari, vt disponitur *in d. cap. aduersus*, ibi: *Verùm si quando fortè Episcopus simul cum Clero*, ac perpendit Abb. *in dict. cap. Non minus num.* 4. & 5. & tamen renitentiam totius Cleri ostendunt reclamationes, & recursus præuia appellatione, vel ad Metropolitanum cum introductione litis, vel ad sacram Congregationem Immunitatis, vel ad alium legitimum Iudicem, vt fuit animaduersum in suo casu per Rotam in d. Valentina Gabellæ coram Orano §. *Minus verò.*

Præterea etiamsi immineat communis vtilitas, & ne- 5
cessitas, ne facultates laicorum ad supportandum onus sufficiant, non idcircò Clerici, & eorum bona grauari possunt, inconsulto Summo Pontifice Romano, cuius consensus propter imprudentiam aliquorum Clericorum contribuentium, vbi contribuendum non est, ac se & Ecclesiam seruituti subijcientium, requiritur omnino, vt est textus *in d. cap. Non minus, & cap. aduersus, de immun. Eccles.* & firmauit Rota in præcitata Valentina Gabellæ coram Orano, §. *Non etiam si immineat*, & in dicta Brundusina coram Pegna, §. *Quanto in istis oneribus imponendis.*

Deinum necesse est, quòd ad hæc onera, & impositiones 6
persoluendum, postquam supradictis requisitis concurrentibus imposita fuerint, Clerici, ac personæ Ecclesiasticæ, non à ministris laicis, sed à suo Episcopo, & superiore Ecclesiastico compellantur, propterea quod Principes, & Potestates sæculares non possunt in his se intromittere, Innoc. *in d. cap. Non minus num.6.* Bald. *in d. l. Ad instructiones num.* 5. & 6. cum alijs per Rotam *in cit.* Brundosina, §. *Postremò*, & per Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 103. *num.* 29. & 30. & per Philipp. Mainard. *de priuil. Eccles. art.* 23. & 33. & nos alibi fusius.

His itaque non concurrentibus, Ecclesiastici satis fun- 7
datam de iure suam intentionem habent, ne teneantur ad solutionem collectarum, atque onerum pro bonis a se possessis. Quia bona ecclesiastica ab his impositionibus semper censentur immunia. Vnde nisi adsit specialis impositio facta ab Ecclesijs, vel ecclesiasticis personis authoritate Apostolica, ipsæ non comprehenduntur, atque adeò exigentes sunt excommunicati, *d. cap. Non minus, & cap. Aduersus, de immun. Eccles. cap.* 1. *& cap. Clericis, in princ. & in §. Nos igitur, eod. tit. in 6.* ac statuitur in Bulla Cœnæ Domini *can.* 17.

Præsertim fundatam habent suam intentionem Regu- 8
lares in amplissimis priuilegijs à Sede Apostolica, illis concessis, vt sint immunes à quibuscumque collectis, & exactionibus cum amplissimis clausulis, &c. in quibusdam cum clausula speciali, sicuti in priuilegijs Societatis Iesu, & Congregationum Sancti Benedicti, & Religionis Hierosolymitanæ, quod non comprehendantur sine specifica mentione, ac derogatione priuilegij, itaut
non sufficiat mentio, aut derogatio per clausulas gene- 9
rales, ac proinde, non facta illius mentione, ac derogatione, dicitur adesse defectus intentionis Papæ, & Regulares huiusmodi, ac illorum bona remanent cum Immunitate à collectis, & alijs oneribus, iuxta notata *in l. si quis, in princ.* vbi Bart. & alij, *de leg.* 3. Roman. *cons.* 486. *num.*9. Paris. *consil.* 42. *num.* 26. *lib.* 4. Cassad. *decis.* 38. *num.* 8. *super reg.* & Rot. *diuers. decis.* 137. *num.* 4. *par.* 1. & 304. *part.* 2.

Ac præsertim si eiusmodi priuilegia transierint in con- 10
tractum inter Communitates & Ecclesiasticos. Et ideò facilius excluduntur Communitates à prætensionibus collectarum, atque onerum, cùm ex eo, quod in his materijs potissimùm attenditur concordia iuxta textum *in cap. ex multiplici, de decim.* tum etiam quia concurrit duplex, immò triplex vinculum, nempè priuilegia, & conuentiones cum assistentia iuris diuini & canonici. Et ius Ecclesiasticorum remanet fortius, & efficacius, cùm difficile rumpatur, *cap.1. de tregu. & pac.* ac fusè Gonzal. *glos.* 13. *num.*92. & *seq.*

Atque ita, vt non obstent contrariæ resolutiones, at- 11
que sententiæ. Quia non procedunt in terminis Regularium, qui habent priuilegia & conuentiones particulares, sed solùm in cæteris Ecclesiasticis, qui non habent eiusmodi priuilegia; atque adeò non potest fieri extensio ad casum de iure diuersum, ac in specie priuilegiatum, Innoc. *in cap. Veniens*, ibique Felin. & alij communiter, *de præscript.* Præcipuè quia sententiæ sunt stricti iuris, & strictè interpretationem accipiunt, Rota *in recentior. decis.* 332. *in fin. par.* 1.

Neque obstat contra consuetudo. Tum quia non præ- 12
sumitur, & ideò plenè ac concludenter probanda est ab eo, qui

eo, qui in ea se fundat, Glos. *in l.1.v. probatis*, *C. quæ sit longa consuetudo*, Corn. *cons.*174.*num.*5.*lib.*2. Paris.*cons.*25. *num.* 18. *lib.* 1. Præsertim cùm sit contra ius, & sic debet esse præscripta iuxta notata communiter *in cap. fin. de consuet.* Rota *decis. 6. de consuet. in non.* Quæ potius in effectu erit præscriptio, cùm agatur de detrahendo iuri Cleri, & acquirendo Communitatibus, Seraph. *decis.* 410. Garz.*part.* 5.*cap.* 4. *num.*98. *& seq.* Ius autem non solum assistit Ecclesiasticis, sed resistit laicis, vt abunde ostensum est, & ideò requiritur Immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo ad textum *in cap.* 2. vbi communiter Doctores *de præscript. in* 6.

13 Ex quibus sequitur, non subsistere prætensionem, quòd sit recurrendum ad consuetudinem locorum viciniorum. Quoniam id non procedit, quando ius est clarum ac certum; tunc enim illud est attendendum, solumque recurritur ad consuetudinem aliorum locorum, quando ius est dubium, & non adest particularis consuetudo in loco particulari, vt post alios tradit Innocent. *in cap. fin. sub num.* 8. *& seq. de offic. Archid.* Abb. *in cap. Cùm olim num.* 4. *&* 7. *de consuet.* ac Mohed. *decis.* 3. *num.* 2. *de decim.* Et nihilominus cùm adsint plura loca magis vicina, in quibus ab Ecclesiasticis nihil soluitur, hoc solitum esset attendendum, tanquam conforme dispositioni iuris communis, & non consuetudo, ac solitum aliorum locorum. Quia consuetudo est etiam stricti ioris, & non extenditur de loco ad locum, sed potius in dubio debet attendi dispositio iuris communis, quæ viget in locis vicinioribus, Innoc. *in cap. tua, de decim.* Rota *decis.* 6. *num.* 10. *de consuet. in non.* Dec. *cons.*483. *num.*22. & Seraph. *decis.* 1159.*num.*6.

14 Sic etiam est fundata intentio Ecclesiasticorum, quoad collectas animalium, quæ dant in societatem. Quia semper retinent eorum dominium, nec fuerunt simpliciter communicata, quando fuerunt data in societatem, & ideò gabellæ & collectæ, quæ imponuntur ratione animalium, non debentur in hoc casu, in quo animalia remanent sub dominio Ecclesiasticorum, latè Surdus post alios *cons.*301. *num.*90. *& consil.* 304. *num.* 11. *& seqq.* Pro quibus extant hæc decreta Sacræ Congregationis Immunitatis.

15 Clerici non tenentur ad onus affidæ. In Hostunen. 22. Octobris 1667. & in Suessana 14. Maij 1669.

16 Animalia propria Clericorum non tenentur ad affidam. In Firmana 10. Septembris 1629.

17 Retinens ad societatem animalia Ecclesiasticorum gaudet immunitate à solutione affidæ, & aliarum impositionum. In Spoletana 9. Octobris 1629.

18 Circa affidam in Prouincia Marchiæ, seruanda est consuetudo cuiusque loci Marchiæ.

19 Animalia Ecclesiasticorum sunt exempta à gabellis. In Auximana 26. Maij 1634.

20 Sunt etiam in totum immunia à gabellis communicatiuis. Ibid.

21 Subhastatio facta super animalibus Clerici pro portione bonorum fratris secularis, cum quo viuit, est inualida, in Sotana 26. Augusti 1636.

22 Animalia Clericorum non possunt cogi à Principe ad triturandum frumentum laicorum, ne ipsius quidem Principis. In Castren. 7. Septembris 1666.

23 Damna dantes in bonis Ecclesiasticis, non debent molestari per Iudicem laicum. In Anconitana 19. Aprilis 1627.

24 Custodes animalium Clericorum, non debent molestari à Iudice laico ob causam damnorum datorum. In Romana 11. Augusti 1618.

25 Quoad pœnam damnorum datorum, seruetur decisio in Tudertina coram Cardinali Lancellotto. In Assisien. 9. Nouembris 1602. 10. Septembris 1629.

26 Quando damna dantur casualiter, potest tantùm exigi æstimatio noxæ. In Anagnina 4. Decembris 1629.

27 Cognitio damnorum datorum à subditis Ecclesiasticorum spectat ad Curiam Ecclesiasticam. In Tudertina 29. Ianuarij 1636. & in Castren. 12. Nouembris 1652.

28 Damna data non possunt exigi à colonis Ecclesiasticorum per Iudices laicos. In Firmana 9. Octobris 1629.

29 Animalia Ecclesiasticorum non comprehenduntur in gabella imposita super pascua Communitatis. In Laquedonen. 31. Ianuarij 1628.

Nec in statutis laicorum prohibentibus moram, vel ingressum quibuscumque animalibus in territorio Communitatis. In Brundusina 9. Decembris 1602. 30

Sacra Congregatio Boni regiminis 4. Februarij 1661. *Il figliuolo del Mandatario del Vescouo di Narni è tenuto non solo all' emenda del danno dato, ma anche alla pena, che spetta in virtù della Bolla di Sisto Quinto.* 31

Episcopus potest deputare custodes pro damnis datis in bonis ecclesiasticis, & personarum ecclesiasticarum. 32

Custodes animalium Ecclesiæ, seu Ecclesiæ coloni non tenentur, nisi ad damna data, eorumque æstimationem, non autem ad pœnam, quando damna data sunt casualiter data 1611. 33

Barones, & Communitates non possunt exigere pœnam damnorum datorum ab animalibus Ecclesiasticorum, neque affidam, vel diffidam ab Ecclesiasticis eo modo, quo exigitur à secularibus. In Hostunen. 24. Ianuarij 1668. 34

Sacra Congregatio Immunitatis die 29. Ianuarij 1636. facta relatione de intentione S. D. N. super obseruatione Bullæ Pij IV. pro statu Vrbini, censuit, seruandam esse resolutionem ab eadem sacra Congregatione factam die 29. Iulij 1627. scilicet non esse obseruandam, cùm non habeat locum, nisi in oneribus merè realibus, certis, & inuariabilibus, & esse personalem respectu Ducis, atque reuocatam. Ideòque præter onera Cameralia noluit alia onera vigore dictæ Bullæ esse soluenda. 35

Vide alia, quæ de hac re in tomo primo dicebamus.

CONSVLTATIO XXVII.

An, & quatenus Clericus pulsans laicum apud Iudicem laicum, à laico pulsato reconuentus in eodem iudicio, teneatur apud eundem Iudicem laicum respondere?

An hæc reconuentio permittatur tam in principio litis, quàm post litis contestationem, vel per totum cursum iudicij, an etiam post sententiam?

Et quis exequi debet decretum, à Iudice laico emissum in Clericum reconuentum.

AD primum quidem opinio, quæ affirmat magis communiter recepta est. Pro ea refertur *cap.* 1. §. *cuius in agendo*, vbi Gloss. 3. *quæst.*8. *cap.* 1. *&* 2. vbi Doct. *de mutuis petit. l. Cùm Papinianus*, *C. de sent. & interl. diuers. Iud. Auth. & consequenter*, *C. eod. tit.* Glossa *in can. Denique* 96. *d. & in can. Multi* 2. *qu.* 1. illamq; tradunt Glos. *in cap.2. de for. comp.* Boet. *decis* 14. Afflict. *decis.* 173. Farinac. *de inquis. quæst.*8. *num.*99. Surd. *lib.*3. *cons.*396. Tolet. *lib.*1. *cap.*27. Graff. *par.* 1. *lib.*4. *cap.*18. *num.* 124. Thomas Delben. *de immun. cap.*6. *dub.*1. *num.*6. *& cap.*7. *dub.*11. *nu.*1. Squillant. *de priuil. Cler. cap.*7. *num.*63. aliique. Patet ex ratione, quæ habetur *in d. §. Cuius in agendo*, æquum nimirum est, vt cuius in agendo, qui obseruat arbitrium, eum habere contra se Iudicem non dedignetur. Quæ confirmatur, quia obuiandum erat, ne reus actorem traheret ad alia iudicia, & sic deuiaret, ne actor coram primo Iudice ageret, & litem prosequeretur; vnde id videtur potius in fauorem Clerici inductum, quàm contra ipsius exemptionem. 1

Oppositum tamen huic communi opinioni sentit Abb. *in cap. At si Clerici*, *num.* 21. *de iudic.* dicens, non posse Clericum reconueniri coram laico, quia regula de reconueniendis Clericis coram Iudice laico non est recepta de iure canonico. Quod etiam fatentur Raym. *lib.* 3. *tract.* 6. *cap.* 1. *num.* 2. & alij, quos refert Farinac. *de inquisit. quæst.*8. *num.*69. ac sequitur Matth. *de iurisdict. par.* 4. *cas.*107. *in fin.* Mori. *in empor. vtriusq. iur. tit.*2. *de iurisdict. omn. Iudic. quæst.*13. *num.* 2. vbi hanc quæstionem granem, & difficilem appellat, ad eamque soluendam opus esse noua Pontificis decisione, atque ait, hoc oppositum esse verius in puncto iuris, licet prior opinio sit magis communis, & recepta in praxi. 2

Et sanè considerandum est, quod vt Clericus reconuentus apud Iudicem laicum, apud eundem respondeat, non satis expressè in iure canonico statutum reperitur. 3

Nam

Nam in eo *can.1, §. cuius in agendo*, solùm dicitur, quod in eodem negotio, qui pro se babet Iudicem, eundem debet sustinere contra se. Vnde non est expreßè sermo de causa reconuentionis, sed de eadem causa, in qua quis tam propitium, quàm aduersum potest habere Iudicem, licet Glossa in eodem negotio expli.er, dum sunt ijdem Iudices, & litigatores quo modo locum habet reconuentio. Et hoc dictum desumptum est ex iure ciuili *d. l. Cùm Papinianus, C. de sent. & interloc.* vt ibi notat Glossa; quæ tamen non loquitur generaliter de omni reconuentione. Solùm enim Papinianus intellexit, quod, si tu me conuenis actione mandati, ego possum te reconuenire contraria mandati, aliàs non. Et, licet Iustinianus auxerit iotellectum eius legis ad omnes causas in *d. Auth. & consequenter, C. eod. tit.* id tamen factum est post Zephyrinum Pontificem, cuius est canon ille *1. caus. 3. quæst. 8.* Vnde non ob id extensio facienda est, etiam quod ius Canonicum. Sic quoque *in cap. 1. de mut. petit.* sermo tantùm est de re conuentione inter Clericum coram Iudice Ecclesiastico, non autem inter Clericum, & laicum coram Iudice laico, & *in cap. 2.* solùm decernitur, quòd si in causa conuentionis Iudex delegatus agit appellatione remota, idem debet seruari in causa reconueotionis.

4 Nihilominus censeo, non esse recedendum à communi recepta cum hisce tamen limitationibus. Prima est, vt reconuentio locum non babeat in criminalibus, siue agatur principaliter, siue etiam incidenter tantùm, sed io solis ciuilibus. Ita Glossa, Abbas, & Io. Andreas *in d. cap. At si Clerici, de iudic. & in d. cap. 1. de mut. petit.* Item Glossa *in d. cap. 1. 3. quæst. 8.* facitque *cap. Prius ead. caus. quæst. 11. & c. Neganda 2. quæst. 2.* ac traduot Clar. *in pr. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 36.* Carol. de Graff. plurimos citans *effect. 1. num. 763.* Vgolin. *in Bull. Cœn. p. 2. cap. 15. §. 1. nu. 9.* Duard. *in eandem quæst. 11. num. 66.* Bonacin. ibid. *pun. 6. num. 8.* Tolet. *lib. instr. cap. 38. num. 10. in fine* testans esse commmunem, & à consuetudioe approbatam, Graff. *lib. 4. dec. aur. cap. 18. num. 128.* Scortia citans alios *theorem. 424. col. 4.* Reginald. *in prax. for. pœnit. tom. 1. lib. 9. num. 351. & seq.* Squill. *d. cap. 7. num. 69.* & Delbene locis allegatis. In causa enim criminali de iure ciuili non habet locum reconuenoo, nisi fiat de maioribus criminibus, quàm sint illa, de quibus, reus accusatus est. De iure verò canonico nullatenus locum habet antequam reus condemnatus, vel absolutus sit. Imminet enim non leue periculum, ne quis ad viodictam peruertere iustitiam, & contra accusatorem, testes, ac Iudicem subornare conetur, dum se videt illius causa vexari. Tunc autem ooo est amplius locus recoitueutiooi, quæ post sententiam, immò & post conclusionem in causa non admittitur. Vnde si tunc laicus velit viciſsim accusare Clericum, Iudicem Ecclesiasticum adire debebit, sequendo forum rei, *cap. Experientia, & cap. si quis cum Clerico 11. quæst. 1.* Dubitatur tamen, an quando pro crimine agendum esset ciuiliter, non criminaliter locum habere possit reconuentio? Concedunt quidam; negant melius alij, inter quos Carolus de Graffis, Duardus, & Clarus *loc. cit.* asserentes, esse communem.

5 Secunda. Super spiritualibus, vel annexis spiritualibus, vt est causa decimarum, iurispatrooatus, & huiusmodi, non permittitur reconuentio, *cap. decernimus, cap. quanto, de iudic. cap. tuam, de ordin. cognit.* Glos. *in cap. 1. 3. q. 8. & in cit. cap. 1. ver. super suis, de mut. petit.* Carol. de Graff. cum pluribus *num. 766.* Abb. *in d. cap. At si Clerici, n. 20. de iudic.* Graffius & Duardus vbi supra, & Delbene eo *cap. 7. dub. 11. sect. 1. nu. 3.* Ratio est, quam affert Glossa *in d. cap. 5. de mut. petit.* quia reconuentio potest dare iurisdictionem in persooam solùm, quatenus tamquam actrix iudicio laici fori se subdidit. Si igitur causa de se non est talis, quæ ad iudicem laicum posset pertinere, noo acquirit is reconuentione iurisdictionem Specul. *ad §. Nunc dicamus num. 9.* Carauit. super *rit. 67. num. 14.* & Farinac. *d. q. 8. n. 102.*

6 Tertia. Reconuentio locum non habet, nisi reconoeniatur nomine proprio Clericus agens nomine proprio, Graffius *in cit. loc.* referens Bartolum *in d. cap. At si Clerici, nu. 14. de iudic.* quare si Clericus agit tanquam tutor, curator, aut procurator alicuius, oon poterit reconueoiri coram Iudice, coram quo agit; quia cessat ratio propter quam conceditur reconuentio, Carol. de Graff. *d. eff. 1. num. 768.* Sic etiam Clericus agens nomine Ecclesiæ, non potest reconueniri nomine proprio, quia noo agit ipse, sed Ecclesia, cuius est procurator. Neque est recooueniendus oomine Ecclesiæ, quia noo est procurator in causa reconuentionis. Siquidem etiam Ecclesiam posse reconueniri, affirmat Io. Andr. in Glossa marginali *d. cap. 1. de mut. petit.* Quanquam oppositum videatur receptius apud Carolum de Graff. *nu. 782.* ex Baldo, & Alexandro de Næuo, quos ille adducit. Ea ratione, quod Ecclesia nunquam potest laico subijci. Id, quod videtur desumi *ex cap. 1. de iudic.* vbi cùm Communitas laica reconuenerit Monasterium coram Iudice laico, causa expeditur per Iudicem Ecclesiasticum. Similiter neque agens nomine proprio reconueniendus est nomine Ecclesiæ. Quia tunc causa reconuentionis non ipsum tangit, sed Ecclesiam quæ est persona distincta, quamuis ipse esset Ecclesiæ procurator, *argum. l. quæsitum, ff. de in ius vocan.* Carol. de Graff. *num. 768. & 785.* Duard. *loc. alleg. num. 68.*

Quarta. Reconuentio facta coram Iudice feudi non habet locum, oisi causa reconuentionis sit feudalis. Siquidem laicus dominus feudi non est Iudex competens Clerici, nisi in causa feudali, ratione cuius feudi ipsi subditur, vt alibi dictum est. Recoouentio autem non dat iurisdictionem super causam, quæ aliàs ad Iudicem non potest spectare, vt etiam dicebamus, Duard. *nu. 66.* & ita intelligendus est Mynsingerius *centur. 1. obs. 10.* & Carol. de Graff. *n. 767.* dum sine distinctione asserunt, io causa feudali non permitti reconuentiooem. 7

Quinta. Reconuentio locum non habet quando Clericus conuenit laicum coram Iudice laico super expoliatione possessionum Ecclesiasticarum, si in fraudem laicus expoliauit, vt accedente Ecclesiastico ad Iudicem laicum possit ibi eum reconueoire. Ita habetur ex *cap. relatum §. Ad hoc*, iuncta Glossa *in v. Coram sæculari, de iur. patr. cap. litteras, & cap. conquestione, de restit. spol.* Quamuis Glossa, etiam non interueniente fraude, velit, hoc esse generale, vt in conuentione de expoliatione. Quod aonotarunt quoque Specul. & Carauit. *locis citatis.* Et quamuis Reginald. *cit. num. 352.* absolutè asserat, in causa expoliationis reconuentionem non habere locum per textum *in cap. fin. de ordin. cognit.* 8

Sexta. Nec generaliter locum habet reconueotio in ijs casibus, in quibus locum noo haberet contra actorem laicum. Quia non debet plus operari contra Clericum, quàm contra laicum, Duard. *loc. cit.* vbi aliquos casus refert, & Carol. de Graff. *num. 770. 771. & 773. ac seq. & 786.* qui licet exemplificet de laicis, ea tamen reconuentis Clericis sunt communia. 9

Septima. Non habet locum reconueotio vbi consuetudine inductum est, vt reconuentio Clerici non fiat sub eodem Iudice, sed taotùm sub Ecclesiastico, Duard. *ibid. vers. quod quidem verum*, Carol. de Graff. *nu. 787.* Scabc. *in tract. de iudic. p. 1. cap. 11. num. 93.* alios allegans. Quod sanè verum est, si velimus, reconueniri coram Iudice laico esse Clericis odiosum. Militat enim tunc, quod hæc consuetudo, vtpotè legitima, potuit induci, ac proinde quod debeat seruari. Quo casu dubium esse posset, an trahens contra prædictam consuetudinem Clericum reconuentum ad Tribunal laicum contraberet censuram *can. 15.* Bullæ Cœnæ, quod dubium potest esse generale de omni consuetudioe Siquidem ex vna parte non traheret contra iuris canonici dispositionem, sed tantùm contra consuetodinem. Ex alia verò dispositio iuris non videtur excludere legitimas consuetudines, vtpotè quæ ius ioterpretantur. Vnde sicut trahens ex legitima consuetudine, si daretur contra, vel præter iuris canonici dispositionem, non innodaretur, non obstante, quod dicatur tantùm, *præter iuris Canonici dispositionem*; ita videtur è contra quod debeat innodari, qui contra legitimam consuetudinem traberet. Si autem velimus, reconuentionem sub eodem laico Iudice Clericis actoribus esse fauorabilem, non est de facili consuetudo in contrarium admittenda. Et ex hoc puncto pendet resolutio multorum, quæ in controuersiam veniunt circa præsentem materiam. 10

Octaua. Reconuentio generaliter locum non habet, vbi interuenit fraus, non solùm ex parte rei reconuenientis, vt supra, sed etiam ex parte Clerici actoris, ideò 11

conue-

conuenientis, vt in causa, super qua est reconueniendus iudicetur non ab Ecclesiastico, sed à laico, Glos. in can. 1. §. Cusus in agende 3. qu. 8. & latè Doctores, quos refert ac sequitur de Grass. nu. 769. & 782. Suadetur, quia fraus & dolus nemini patrocinari debet, multò minus in hoc casu, quo iurisdictio laici Iudicis in Clericum ex necessitate prorogatur à lege, quæ semper dolum excludit, vnde eo casu prorogaretur ab homine, quod fieri non potest iuxta ea, quæ habet Aretin. in §. Idem iuris est, n.46. instit. de except. Tum quia certum est; Clericum non posse renunciare foro Ecclesiastico.

12 Nona. Reconuentio non habet locum in causa appellationis. l.2. §. legatis, ff. de iudic. & notant Guidopap. dec. 85. nu. 55. Ricc. p.1. collect. dec. 112. Ambros. de imm. cap. 20. num. 40. Marant. p.4. dist.6. num.24. & Squillant. d.priuil.7. num. 67. Quia, quando quis appellat, non sua sponte dicitur agere, sed coactè, vt releuetur à grauamine, sibi à Iudice illato, & ob id cessat ratio reconuentionis.

13 Decima. Reconuentio non habet locum coram arbitro. Quia is non potest iudicare, nisi contenta in compromisso, cap. Cum dilectus, de arb. l. his, ff. eod. tit. & obseruant Specul. cit. loc. & Carauit. ibid. nu. 12. Quam limitationem iuxta de Grassis num. 780. procedit in arbitrio voluntario, secus verò coram arbitris eligendis ex dispositione statutorum ex Romano singul. 783. Marant. ead. dist.7. nu.12. & Marc. Ant. Blanc. in tract. de comprom. in 4. q. princ. n.23.

14 Vndecima. Non procedit in agente pro deposito, cùm cesset in eo ratio reconuentionis, cap. Bona fides, de depos. Mathesil. in d. auth. & consequenter, nu.10. ac Socin. in d. cap.1. de mut. petit. n.61.

15 Duodecima. Neque procedit, si reus conuentus esset excommunicatus vitandus iuxta Extrauag. Ad euitanda. Tunc enim non poterit reconuenire Clericum actorem. Glos. in cap. Intelleximus, v. Conueniri de iudic. Caranit. n.16. Carol. Grimald. in addit. ad Tartagl. in prax. Magn. Cur. Vicar. in fin. cap. 3.

16 Tertiadecima. Reconuentio non habet locum, si fiat de re, quæ non habet connexionem cum petitione. Tunc enim Clericus reconueniri debebit non coram Iudice laico, sed Ecclesiastico. Exempli causa. Si Clericus petat à laico coram Iudice sæculari centum ex causa mutui, & ille reconueniat Clericum petendo commodatum. Quia cùm causæ sint diuersæ, diuidendæ illæ erunt & consequenter Clericus ratione reconuentionis remittendus erit ad Iudicem Ecclesiasticum, vt per Anton. Ripol. de iurisd. omn. Iudic. cap. 1. num. 125. Thesaur. lib.1. quæst. for.98. ac Delbene d. cap. 7. dub. 11. sect. 1. num.2. contra Viuium tom.1. dec.49. n.6.

17 Eadem communis sententia primò ampliatur, vt locum habet reconuentio, etiamsi Clericus vellet à sua petitione desistere, ne cogatur respondere coram Iudice laico. Quia sicuti post litem contestatam, vel aliam ob causam non potest se retrahere à iudicio, ita non potest declinare reconuentionem; alioquin potest ei Iudex laicus denegare audientiam in suæ causa petitionis, Carol. de Grass. num. 748. & 794. cum alijs benè multis. Patetque ex simili. Appellans enim non potest renunciare appellationi, inuito appellato, vt per Bartol. in l. si quis libellos, C. de appel. Surd. dec. 143. nu.3. Afflict. dec. 1173. Thesaur. lib. 5. q. for. 98. Marcell. Calà glos. 1. num.46. de Franch. dec. 349. Ambros. d. cap. 20. nu.36. & Squill. d. priuil.7. num.66. Secùs est, si re adhuc integra, vellet Clericus desistere, cùm tunc liberum id vnicuique sit, & reo ante reconuentionem non est ius quæsitum, de Franchis d. dec. 349. Marant. ead. dist. 6. n. 54. & Bonac. de legib. disp. 10. qu.2. pun.1. §.4. nu.5. Vnde tunc reconuentio non habet locum sub eodem Iudice.

18 Secundò ampliatur, vt locum habeat non solùm coram Iudice ordinario, sed etiam coram delegato ad instantiam actoris, vel vtriusque partis; secus est, si sit delegatus tantùm ad instantiam Rei. Nam militat in primo casu eadem ratio, de qua in d. l. Papinianus, cum habere Iudicem contra se, in quem pro se consentit, Specul. in tit. de reconuent. §. 1. Bart. & Bald. in d. auth. & consequenter. At in posteriori casu instantia rei non potest esse præiudicalis actoris Clerico priuilegiato, cùm præsumatur Iudex fauorabilis reo laico, Carol. de Graff. d. n.751. Vnde cessat ratio allata in d. l. Papinianus, Marant. d. dist. 6. de iudic. conuent. & reconuent. nu. 13. Ambros. d. cap. 20. nu.42. & alij. Additque de Grassis, item locum esse reconuentioni, etiamsi Iudex ordinarius vocaretur delegatus in qualitate, in quantum scilicet reus obtinuisset, quod in causa conuentionis ageret de plano, vel summariè, seu sola facti veritate inspecta. Siquidem quoad substantiam non est delegatus ad instantiam Rei. Et ideò non dicitur reus reconuenire, tanquam coram Delegato ad instantiam sui, sed simpliciter, tanquam coram Ordinario. Immò cùm qualitas sit fauorabilis reo, vt supponitur, vel præsumitur, & in reconuentione sit eadem seruanda, non oritur inde aliquod Clerici, qui in reconuentione reum inducit, præiudicium. Et quod dictum est de iurisdictione delegata, idem de prorogata sentiendum est, de Grassis nu.760.

Tertiò ampliatur tam in iudicijs ordinarijs, quàm summarijs, l. sed hæ, §. non solum, ff. de proc. & l.1. ff. de damn. infect. & ibidem Squil. n. 65. Quando tam causa conuentionis, quàm reconuentionis est summaria. Vel si vna est summaria, & alia ordinaria, si reconueniens renunciat priuilegio reconuentionis, vt vtraque causa simul terminetur iuxta dispositionem d. auth. & consequenter de sent. & interloc. aliàs secùs, cùm simul expediri non possit, Specul. de reconuent. §. Nunc dicamus, num. 11. Menoch. de retin. pos. remed. 3. q. 84. nu. 75. Caranit. super d. rit.67. num.7. Carol. de Grass. n.774. de Franch. dec.193. & alij. 19

Ad secundum. Duardus in dictam Bullam Cœnæ Domini cit. nu. 66. asserit, hanc reconuentionem fieri posse dumtaxat ante litis contestationem, non deinceps. 20

A Carauit. super d. rit.67. n.6. dicit, esse locum reconuentioni donec in causa conclusum non fuerit, pro quo allegat Glossam, in d. c. 1. v. respondere, de mut. petit. quod intelligit secundùm temperationem Bartoli in d. auth. Et consequenter, n.12. Ac videtur etiam decisum in cap. dispendia, §. reus quoque de rescript. in 6. vbi tempus reconuentionis dicitur esse, durante iudicio, Ait autem Glossa, iudicium durare, donec negotium discutitur, quæ discussio non est postquam conclusum, & renunciatum est. 21

Carolus verò de Grassis de effect. Cleric. effect. 1. n.762. alios citans, opinatur, etiam post conclusionem locum esse reconuentioni, & vsque ad latam sententiam exclusiuè, fortè quia apud ipsum eò vsque dicitur durare iudicium. Subdit tamen, quod, si post conclusionem fiat reconuentio, tunc non habet eum effectum, ex quo Iudex debeat in vtraque causa pari passu procedere, & simul causas terminare, cùm iam sit conclusum in vna, benè tamen habebit effectum, quòd actor teneatur stare iuri, & assistere iudicio coram Iudice laico. 22

Tenendum tamen est cum Ambrosino d. cap. 20. nu.38. Bonacin. de legib. d. disp. 10. q. 2. p. 1. §.4. n.5. Delbene d. sect. 1. nu.4. Squitill. cit. cap. 7. nu. 63. & cum Doctoribus communiter, huiusmodi reconuentionem fieri debere incontinenti, in ipso litis exordio per Clem. Sæpè, de verb. signif. ibique Glossam, citantem Alanum, Tancredum, Goffredum, Hostiensem. Io. Monachum, & Accursium, scilicet ante litis contestationem, vel statim post litem contestatam, & addit Glossa, quòd & si reus reconuenire possit actorem vsque dum durat iudicium, non tamen illa conuentio vim veræ reconuentionis habebit. Ratio autem est, quia causa reconuentionis simul cum causa conuentionis tractanda est, & expedienda sub eadem sententia per textum in cap.2. de ordin. cognit. cum similibus, ac tradunt Imola, & alij in d. cap. 1. de mut. petit. Dec. cons. 200. n.2. Lanceliot. de attent. p. 3. cap. 24. quæst.10. n.10. Igitur, si circa initium litis non fiat reconuentio, cùm non possit executioni demandari simultanea hæc cognitio, aufertur necessitas, quæ in Iudicem laicum prorogabat iurisdictionem super Clerico, cùm nimirum possit, tanquam distincta causa ritè per Iudicem Ecclesiasticum expediri; Et quanquam reconuentio aliquando admittatur in quacunque parte iudicij, tamen id procedit secundùm Ambros. n.39. quem sequitur Squill. d. n. 63. quando fit coram Iudice competente, quo in casu admittitur reconuentio; sed causæ simul non tractantur, nec deciduntur, & per reconuentionem non retardatur processus causæ principalis. Sed quando fit coram Iudice incompetente respectu causæ reconuentionis, & post litem contestatam ex interuallo, non habet priuilegium prorogatiuum iurisdictionis, 23

ctionis, nec modo aliquo admittitur, parte opponente, & contradicente; secus si non contradiceret reconuentioni, & ei consentiret, vt declarat Vinc. Honded. *conf.* 41. *nu.* 10. *lib.* 1. quem sequitur Ambros. *loc. cit.* & Squill. *num.* 64.

24 Ad tertium quod attinet, videtur dicendum, quòd Iudex laicus non solùm possit sententiam ferre in causa reconuentionis, sed etiam exequi, dummodo sit sine districtione, aut coactione personali, loco cui executio in rebus fieri potest. Ita Salgad. *de protect. Reg. tom.* 2. *p.* 4. *cap.* 14. *nu.* 96. & Pereyt. *de man. Reg. p.* 2. *cap.* 51. *n.* 1. ac alij. Si enim in hoc casu reconuentionis admittatur, non habere locum priuilegium exemptionis à foro laico, vtique Ecclesiasticus iudicari poterit instar laici, saluo priuilegio Canonis, seu districtione personali, quæ induit rationem punitionis criminalis. Siquidem suprà diximus, modum procedendi criminaliter non habere locum, dum Clericus reconuenitur.

25 At verò tenendum est, non posse ipsum Iudicem laicum exequi suam sententiam neque in personam Clerici, neque in res illius, sed executionem pertinere ad Iudicem Ecclesiasticum ad instantiam Iudicis laici. Ita docent ex communi Imol. & Butr. *in c. postulasti, de for. comp.* Mat. Socin. *in d. cap.* 1. *de mut. petit.* Vin. *dec.* 49. *lib.* 1. *n.* 6. Bonacin. *d. disp.* 10. *q.* 2. *p.* 1. §. 4. *n.* 5. Vrsill. ad Afflict. *d. dec.* 173. Bellett. *p.* 1. *disquis. Cler. fol.* 294. *n.* 13. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 11. *n.* 66. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap.* 53. *nu.* 15. & 16. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *resol.* 21. Squill. *d. cap.* 7. *n.* 74. Delbene *d. cap.* 7. *dub.* 11. *sect.* 2. *n.* 3. *ac seqq.* vbi rem exemplis illustrat, & Gennensis *in prax. cap.* 2. asserens in Curia Archiepiscopali Neapolitana in casu prædicto seruari, quòd visa sententia, & processu Iudicis sæcularis, dicta Curia mandet executionem fieri contra Clericum à laico reconuentum coram Iudice sæculari, & ab eo in bonis condemnatum. Quia coactio supponit iurisdictionem, quam, seclusa occasione reconuentionis, Iudex sæcularis in Clericum non habet.

26 Illudque primò monendum puto, quod licèt in causa reconuentionis Clerici debeat attendi per Iudicem laicum in decisorijs ius Canonicum; quia, & si prorogetur iurisdictio in personam aliàs non subiectam, nulla tamen est ratio, cur secundum suas leges iudicari non debeat; in ordinarijs verò permittitur ius ciuile, & consuetudo, ac ritus Curiæ, in qua litigatur. Secundò Clericum ita reconuentum à sententia lata in causa reconuentionis appellare non ad Iudicem Ecclesiasticum, sed ad laicum superiorem eius, qui sententiam tulit. Sicut enim Iudex laicus inferior fuit competens in ferenda sententia, ita laicus superior est competens reuisionis, seu appellationis. Quod antea etiam monuit Carolus de Grassis *num.* 792. *cum seq.*

CONSVLTATIO XXVIII.

An reus citra allegationem immunitatis, permittendo se plures examinari à Iudice sęculari etiam cum tormentis, valeat, postquam crimen confeßus fuit, de illa opponere?

Et an supposita nullitate primę capturę in loco immuni, facta ex eadem causa in loco non immuni ab altero Iudice, priusquam Ecclesia fuerit redintegrata ratione primę, sit etiam nulla?

1 PRimi dubij decisio pendet à resolutione ilius articuli, An confugiens ad Ecclesiam, ac inde extractus, possit renunciare beneficio immunitatis. Et affirmatiuam tenent ex regula, quòd quisque potest renunciare suo fauori, ac priuilegio, *cap. vxor.* 33. 17. *q.* 4. cum similibus, Arcbid. *in cap. frater* 10. *num.* 2. 17. *q.* 4. Io. Visch. *de immun. Eccles. nu.* 56. *tract. tom.* 13. *p.* 1. *fol.* 14. *à terge*, Rhemig. de Gonnis *eod. tr. fallent.* 12. *nu.* 1. *post med. d. to.* 13. *p.* 1. *fol.* 98. Nauar. *in manual. cap.* 25. *num.* 21. *post med.* & Barbos. *de iur. eccles. vniu. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 58.

2 Negatiuam verò tenentur ea ratione, quòd priuilegium immunitatis principaliter, ac directè concessum fuit Ecclesijs ob reuerentiam eis debitam, quamuis indirectè resultet in beneficium reorum, qui ad eas confugiunt, nec propterea possunt illi renunciare, Petr. Pech. *de arest. & iure sistendi cap.* 9. *num.* 3. & 6. dicens receptissimam, Decian. *tr. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 12. qui in specie reprobat dictum Ioannis Vilchis asserendo, nil allegare, quod probet, *Bobadil. in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 29. Marstill. *dec.* 169. *ex num.* 8. vbi contrarijs respondet, ac ità in facti contingentis declaratum fuisse, testatur Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 36. *num.* 1. inquiens, huiusmodi opinionem esse magis totam, Castropal. *tom.* 2. *tr.* 11. *disp. vn. pun.* 11. *num.* 5. Trullench. *in precept. decal. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 14. & *seqq.* Mar. Ital. *de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 87. & infra, Peregrin. *eod. tract. cap.* 15. *num.* 22. *cum seqq.* Farinac. *in appendic. de immun. cap.* 19. *num.* 304. Diana *p.* 6. *tr.* 1. *resol.* 32. *in fin.* vbi in specie refellit Barbosam, Ciarlin. *contr. for. lib.* 2. *cap.* 163. *nu.* 35. Sperell. *decis.* 56. *num.* 1. *p.* 1. qui *num.* 2. ait contrariam solùm procedere, quando non interuenit extractio à loco immuni, sed reus, qui ad illum confugit, inde exijt spontè egressus, postea se tradidit manibus Curiæ; quoniam cessat hoc casu violatio Ecclesiæ non emendabilis sola renunciatione Rei, nisi sequatur actualis redintegratio.

3 Ex quibus patet, veriorem & magis receptam opinionem esse, quòd captus in loco immuni debet omnino restitui Ecclesiæ, quamuis expresè renunciauerit beneficio immunitatis, principaliter inducto ob reuerentiam, quæ sacris locis debetur, & consenserit carcerationi, & examini. Quia violatio dictæ immunitatis purganda est spolio in illius iniuriam commisso.

4 Pro resolutione autem secundi plurimùm facit decisio Sperelli 148. *nu.* 64. *p.* 2. vbi dubio, an reus, qui pro delicto mixti fori confugerat ad Ecclesiam, inde exiit securus redditus à Iudice vnius fori, & dum pergebat ad illius palatium, incidit in lictores alterius Curiæ diuersæ, à quibus ductus fuit ad carceres, restituendus esset Ecclesiæ, ex qua sub fide publica egressus fuerat, vt ad priorem Iudicem pergeret, respondet distinguendo, quod si dictus reus à primo Iudice suasus absque dolo, & vi, etiam sub promissione de illum non molestando, spontè egressus fuit ab Ecclesia, licitè potuit capi extra locum immunem à familia diuersi Tribunalis, nec debet Ecclesiæ restitui. Quia dum spontè exiit, ac alter Iudex eum capiens extra locum sacrum suam iurisdictionem legitimè exercuit, ipse reus se decepit, qui sciens ab vtroque foro posse contra se procedi, non minus ab vno, quàm ab altero debuerat securitatem impetrare. At si fuit ab vno per dolum, ac mendacium seductus ad exeundum ab Ecclesia, quamuis extra illam fuerit captus ab altero diuersi fori, qui cùm minimè seduxerat, nec rei prius gestæ conscius erat, adhuc debet ipsi Ecclesiæ restitui. Quia non voluntariè, sed coactè dicitur exisse, adeò vt Ecclesia libero homine spoliata, sit omnino redintegranda, etiamsi illum detinens, non fuerit particeps doli, ac deceptionis, præsertim attenta Constitutione Gregorii XIV. quæ prohibet nihil attentari contra dispositionem in ea factam. Quod proximè accedit ad limites casus, de quo agimus. Nam cùm reus prima vice perperam captus à familia Curiæ Episcopalis in loco immuni, nunquam fuerit ei restitutus, sed adhuc maneat obnoxius dictæ Curiæ sub fideiussione de se repræsentando post sanitatem sibi restitutam, licèt secunda vice pro eadem causa fuerit captus extra locum immunem à lictoribus Iudicis laici per Curiam diuersam, nec participis primæ capturæ in loco immuni, nihilominus est restituendus Ecclesiæ, vt illius restitutione purgetur spolium antea commissum in iniuriam loci sacri.

5 Quin ampliùs contra Gamam existimantem *dec.* 52. quòd si reus nulliter extractus ab Ecclesia, interim aliud delictum commiserit, putà vulnerando satellites, priùs debeat puniri de nouo delicto, ac postea restitui Ecclesiæ, contrarium dixerunt Mar. Ital. *de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 42. *cum seqq.* ac Sperell. *dec.* 48. *num.* 68. *p.* 1. Hinc quoque dictum Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 17. *post med.* quòd, si Iudex non conscius iniuriæ ab alio priùs illatæ, reum inueniat extrà Ecclesiam, potest illum capere, & contra eum procedere, quia incipit ibi suam iurisdictionem exercere, nec ideò violat immunitatem Ecclesiæ, acerrimè, vti loquentem sine lege, & ratione aduersus mentem, ac verba Constitutionis Gregorianæ, refellit Sperellus tam dicta *dec.* 48. *num.* 61. *p.* 1.

Digitized by Google

61. p. 1. quàm *decis.* 150. *num.* 73. & 74. *p.* 2. asserendo, in contrarium stare communem sententiam, pro qua refert Genuensem *in prax. cap.* 22. *num.* 6. & 7. Mar. Ital. *de immun. cap.* 6. §. 2. *num.* 38. & *seqq.* Peregr. *eod. tr. cap.* 14. *num.* 10. Bonacin. *de legib. disp.* 3. *q.* 7. §. 6. *num.* 8. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *resol.* 16. subdens ab ea neque in iudicando, neque in consulendo recedendum esse. Siquidem Ecclesiæ, à quocunque fuerit spoliata, semper competit interdictum de libero homine exhibendo, vt docet Bartol. *in l.* 1. *C. de his, qui, ad Eccles. confug.* quod propterea dicitur, esse in rem conceptum, qualia sunt cætera interdicta *l.* 1. §. *penul. ff. de interd.* Sicque vtile datur in quoscunque eum detinentes, quamuis non extraxerint, sicut post alios animaduertit Peregrinus loco præcitato.

6 Nec contrarium statuit Farinac. *d. append cap.* 19. *num.* 306. licèt ex auditu alieno referat casum de reo, qui ad Ecclesiam confugerat, ac indè legitimè extractus ab Episcopo ad effectum cognoscendi, an deberet immunitate Ecclesiæ gaudere, vel ne, & Iudex laicus non probaret carceres Episcopatus, tanquam malè tutos, ac ideò sub nomine ipsius Episcopi retineretur in propugnaculo Gubernatoris Ciuitatis, indè aufugit, & successiuè à Curia sæculari captus, vltimo supplicio affectus fuit. Nam prætermisso quod potuit sequi declaratio Episcopi, eum non gaudere dicta immunitate, respondetur, eiusmodi casum esse diuersissimum à nostro. Quoniam ibi agebatur de reo legitimè extracto per Episcopum, & retento in carceribus suffectis loco Ecclesiæ, vndè ille spontè aufugit, ac proptareà, sicut quando spontè exisset ab Ecclesia, non posset ampliùs se illius immunitate tueri aduersus capturam à Iudice laico factam in sua iurisdictione ex veriori relata per Farinac. *d. n.* 306. Ita quoque dicendum est de spontè exeunte à carceribus subrogatis loco Ecclesiæ, cùm idem iudicium fieri debeat de subrogato, ac de eo, in cuius locum quid subrogatur ex regula *l. si donatur res*, §. *si sponsus*, *ff. de donat. inter vir. & vxor.* cum similibus relatis à Rimin. Iun. *cons.* 111. *num.* 4. *vol.* 2. Vnde liquet, nullam eo casu Ecclesiæ iniuriam, ac spoliationem intercessisse, quæ deleri, ac purgari debuerit. Hìc autem prima Rei captura fuit cum iniuria, ac spolio Ecclesiæ in loco immuni, ac proindè ea restituenda, & spolium purgandum est per actualem restitutionem personæ ibi per vim captæ, priusquam valeat iterùm extra illam pro eadem causa legitimè capi, etiam ab altero Iudice Curiæ diuersæ.

7 Præsupposito igitur, quòd reus fuerit illigitimè extractus à loco immuni, quæcumque postea contra ipsum acta, tormenta, & confessio subsequuta sunt, nullius omnino sunt roboris, licèt ille immunitatis beneficium non allegauerit. Tum quia hæc omnia facta fuerunt contra dispositionem Constitutionis Gregorianæ, illa expressè irritantis *in* §. *Quod si quis.* Tum quia offendunt immunitatem Ecclesiæ, cui ipse reus etiam volens renunciare non potuit, vt post alios probat Mastril. *d. decis.* 169.

8 Eodem pariter nullitatis defectu laboret posterior captura eiusdem Rei per Curiam sæcularem facta, dum adhuc penderet causa coram Iudice Ecclesiastico super articulo, an ille gaudeat immunitate, & ipse domi detineretur cum cautione de se repræsentando. Siquidem, pendente huiusmodi cognitione, vbicunque Reus detineatur loco tutioris custodiæ, censetur esse in ipsa Ecclesia, & propterea non potest sequestrari, detineri, vel denuò capi, antequam fuerit declaratum, ipsum non gaudere immunitate, vel quatenus gaudeat, fuerit cum effectu redintegrata Ecclesia per actualem ius personæ restitutionem. Decianus *d. lib. cap.* 29. *sub num.* 7. & Genuen. *in pr. d. cap.* 22. *nu.* 7. estque conclusio verissima; nam alioquin indirectè reus facilè priuari posset huiusmodi immunitate. Sicut etiam certum est, quod ille ob causam infirmitatis per Iudicem Ecclesiasticum relaxatus cum cautione de se repræsentando, censebatur adhue essa sub eiusdem Iudicis custodia. Nam in his casibus prouisionalibus talis cautio succedit loco carceris, & custodiæ.

CONSVLTATIO XXIX.

1 An, si Iudex sæcularis, qui volens perquirere & extrahere reum laicum latentem in priuata domo Canonici, ex pietate, vel vrbanitate imploret auxilium Episcopi, possit Episcopus ex se solo illud præstare, an verò adhibere debeat consilium, & consensum Coniudicum Capitularium?

2 Dato, quod ad præmissa non sint adhibendi Coniudices, an si nihilominus illi de facto & per vim se intromittant, turbando iurisdictionem Episcopi, possit ipse Episcopus procedere, prout de iure contra eos tanquam turbatores suæ iurisdictionis?

3 Dato rursus, quòd Episcopus possit, vt supra, procedere contra dictos Coniudices delinquentes, an adhibere debeat in dicto iudicio alios Coniudices à dicto Capitulo eligendos, vel possit ex se solo procedere?

4 An si constiterit, quòd supradicti Coniudices deliquerint de ordine & mandato Capituli, possit solus Episcopus animaduertere in totum Capitulum iuxta iuris regulas, & formam Indulti Capituli?

5 An supradictum iudicium impediri, vel retardari poterit ab aliquo ex Executoribus in litteris Indulti nominatis post multi temporis cursum, vel potiùs in euentu grauaminis recurri debeat ad Metropolitanum, vel ad sedem Apostolicam?

AD primum videtur respondendum, quòd cùm non 1
agatur de causa Canonici, sed solùm de extrahendo delinquentem laicum per Iudicem sæcularem è priuata domo Canonici, quæ nulla gaudet immunitate, potest, ac debet Episcopus requisitus a Iudice sæculari suum auxilium præstare, *cap. dilecto, in fin. de sent. excom. in* 6. Et hoc quidem nullo requisito consilio, aut interuentu Capituli, seu illius Adiunctorum, qui solùm adhiberi debet in causis criminalibus ipsorum Canonicorum, ex Concilio Tridentino *sess.* 25. *de reform. cap.* 6.

At contra respondendum censeo. Non enim persona 2
Ecclesiastica, multòque minùs Episcopus potest, ac debet esse adiutor potestatis laicalis, vt delinquens laicus ad carceres, & pœnas, etiam capitis, trahatur ex domo Ecclesiastici; vnde ab huiusmodi assistentia debet abstinere, ne incidat in irregularitatem, vel saltem in peccatum mortale, per textum *in cap. Ex litteris*, ibique Abb. *num.* 1. & 4. *in fin. de exces. Prælat.* Vgolin. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 10. *per tot.* & signatè *num.* 4. Et quòd potiùs pugnare debeat pro immunitate etiam ad saluandum delinquentem, exceptis quibusdam casibus. Sed demus sine veri præiudicio, quòd Episcopus hoc possit facere, arbitror, non posse id facere absque consensu Conindicum, vel Capituli. Non sine consensu Coniudicum; quia agitur de violanda habitatione Canonici, quam in effectu violat tam Episcopus, quàm Iudex laicus, & cùm possit esse, quòd Canonicus resistat, & resistendo dicatur vim facere Episcopo, ex hoc capite posset prætendi ab Episcopo, quòd Canonicus delinquat in eum. Vnde intrat Concilium de Conindicibus *d. cap.* 6. Vel sine consensu Capituli: Quia dato, quod in hoc casu non intraret Concilium, saltem intraret ius commune, secundùm quod in arduis tenetur Episcopus requirere consilium Capituli. Hæc autem materia est ardua. Quia continet iurisdictionem, ac læsionem immunitatis.

Ad secundum; Affirmatiuè respondendum videtur. 3
Quia per dictos Canonicos turbatur iurisdictio ordinaria ipsius Episcopi, atque adeò potest ipse Episcopus ratione offensæ sibi illatæ procedere contra offensores per textum *in cap.* 1. *de offic. & potest. Iudic. deleg.* vbi Glossa, quæ ad idem plura iura congerit *in verb. impedire*. Neque tunc Episcopus dicitur iudex in causa propria, sed executor iuris, vt per Innoc. *in cap. Dilectus, de pœn. & in cap. ex parte*, vbi etiam Cardinal. *de verb. signif.*

Sed contra. Nam si sunt adhibendi, vt dixi, sequitur, 4
quòd non possint puniri per Episcopum, quia faciunt id, quod spectat ad suum officium; aliàs si, se opponendo effice-

efficerentur Rei, possentque ab Episcopo puniri, profectò nemo illorum aliquid mentiri auderet contra Episcopum, & sic inanis esset prouisio Sac. Concilij loco citato.

5 Ad tertium. Videtur, quòd possit Episcopus ex se solo absque alijs Coniudicibus procedere ad punitionem Canonicorum. Quia cùm illi temerè, scandalosè ac de facto se intromittant in iurisdictionem Episcopi, super qua nullum ius habent, priuari merentur iurisdictione simultanea, qua gaudent, ita disponente Canone, *sic decet*. 25. q. 2. qui ad litteram sic disponit: *Amittat quod habet, qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpsit*. Et iure quidem, cùm non sint seruanda iura illius, qui iura alterius violare non metuit, vt dicit Gloss. *in cap. dilecti filij v. decurtabimus, de priuileg.* cui etiam consonant verba textus *in ca. vbi ista* 74. *d.* relata *in c. priuilegium* 11. *q.* 3. quæ sic habent: *Priuilegium dignitatis omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate*, vbi Glossa adducit multos casus, in quibus propter abusum ammittitur priuilegium, & multò plures colligit Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 58. vbi tandem concludit, quòd si Episcopus abutens priuilegio alternatiuæ, conferendo beneficia in mensibus alternatis, vel aliàs reseruatis, vt in eo, in quo deliquit puniatur, amittit priuilegium dictæ alternatiuæ.

6 Verùm, admisso, quòd possint puniri, respondendum puto, quòd contra eos non possit Episcopus procedere sine alijs Coniudicibus ad hunc effectum eligendis. Quia isti Coniudices sunt Canonici, contra quos seruanda est dispositio Concilij, quòd licet omiserit expressionem huius casus, nempè quando Coniudices delinquunt, in genere tamen ibi comprehenduntur, quia sunt capitulares, & Canonici, ne sint deterioris conditionis, quàm alij capitulares, suumque officium sit ipsis onerosum.

7 Ad quartum. Affirmatiuè videtur respondendum ex vulgari illa regula: qui per alium facit per seipsum facere videtur, & pluries fuisse dictum in S. Congregatione Concilij, sæpiùs audiui.

At negatiuè. Tum quia supponit, posse Coniudices in dicto casu puniri, quod falsum censuimus. Tum quia supponit, quod Capitulum possit puniri ea facto Coniudicum in dicto casu, quod etiam est falsum. Quia si Coniudices puniri non possunt, vt dictum est, sequitur, quòd neque Capitulum, ea cuius consensu, vel ordine se opposuerunt. Nam, si mandatarius non punitur, quia delictum non commisit, neque etiam mandans. Sed esto, quòd posset etiam puniri Capitulum, non posset hoc facere solus, quia obstat dispositio Concilij, de qua loco allegato, *& cap.* 4. *sess.* 6. *de reform.*

8 Ad quintum. Cùm indultum de Coniudicibus reperiatur concessum Capitulo pluribus annis; à quo tempore fuit executioni demandatum, proculdubio spirauit in totum authoritas executorum in litteris dicti Indulti deputatorum vel eo ipso, quòd fuit executioni demandatum, *cap. In litteris, de offic. Iudic. delegat.* Vel saltem non durauit, nisi ad annum, *Vt in cap. Querenti, eod. tit.* Ex consequenter illi ea defectu iurisdictionis non possunt amplius se immiscere dicto negocio, sed grauati debent adire Superiorem, prout de iure.

9 At dicendum. Hoc dubium non videtur posse resolui, nisi exhibeatur indultum. In abstracto tamen dicendum arbitror, posse dictos executores vti iurisdictione semper quandocumque casus huiusmodi contigerit, quia sunt dati in materia, quæ habet tractum successiuum, & perpetuum, Menoch. *de retinen. remed.* 1. *quæst.* 16. *num.* 91. qui se fundat in clausulis habentibus tractum successiuum prout fortè debent esse in hoc Indulto, in quo solent apponi clausulæ: *Vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Capituli fuerint requisiti &c. faciant authoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta &c. inuiolabiliter obseruare.*

10 Neque obstat, quòd potiùs dicendi sunt Conseruatores, quorum potestas restricta est à Concilio *sess.* 14. *cap.* 5. *de refor.* ad quinquennium, & sublata per Constitutionem Gregorij XV. Nam respectu Concilij, cùm dictum Indultum emanauerit post ipsum Concilium, & habeat iuxta stylum solitam clausulam derogatoriam generalem, dicitur illi derogatum, quia non est necesse, quòd in specie ei derogetur, sed sufficit generalis derogatio. Respectu verò constitutionis Gregorij, puto eam loqui de Conseruatoribus priuilegiorum Regularium, non autem de executoribus, qui dantur à Sede Apostolica pro executione suorum Indultorum extra Regulares.

CONSVLTATIO XXX.

1 *An sit valida consuetudo diuidendi præbendas vacantium Canonicatuum inter Canonicos superstites, exclusis nouiter prouisis Canonicatu? Vbi posito, quòd sit inualida, à quo die earum fructus debeantur?*

2 *Et quid si huiusmodi consuetudo sit ex concordia inter Episcopum, & Canonicos per Sedem Apostolicam confirmata?*

AD primum. Consuetudinem hanc esse illicitam, disertè statuit Sac. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 14. *de reform.* illam improbans, non obstantibus quibuscumque statutis, & constitutionibus, eamque detestatur Pius V. constitutione sua 104. quæ incipit, *Durum nimis*, & in terminis cuiusdam consuetudinis Leodiensis, quod Canonici nullos fructus ea suis Canonicatibus percipiant ad triennium, sed deinceps inter alios Canonicos diuidantur, tradit Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *nu.* 84. vbi refert declarationem S. Congregationis Concilij quæ censuit, neque quandam summam florenorum, quæ soluebatur, neque fructus canonicales posse exigi, & multò minus inter alios diuidi posse. De quibus etiam Monet. *de distrib. p.* 2. *quæst.* 18. *num.* 54. & Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 15. *num.* 33. vbi distinguit consuetudinem tendentem in vtilitatem Canonicorum à consuetudine in vtilitatem Ecclesiæ, ad cuius fauorem sustinetur. Quod approbarunt Abb. & Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis num.* 20. *de constitut.* Vnde S. Congregatio Concilij sub die 13. Decembris 1659. reprobauit similem consuetudinem, siue statutum, etiam confirmatum à Leone X. 1

Ratio autem duplex est. Prima quia ea hisce consuetudinibus cultus Ecclesiæ negligitur, dum Canonici nulla vtilitatis, & fructuum spe allecti, omittent illius seruitium, in cuius tamen altare iuxta *Leuit.* 6. *v.* 12. ignis semper ardere debet, quem nutriet Sacerdos, subijciens ligna manè per singulos dies. Vnde D. Gregorius 21. *Moral. cap.* 72. ait, quòd ignis semper ardere debet, quia necesse est ex illo ad Deum charitatis flamen indesinenter ascendere, cui per singulos dies Sacerdos ligna subijcier, ne extinguatur. Altera, quia datur, votum captandæ mortis in Canonicis recens prouisis, qui seruientes altari, & de illo non viuentes, seniorum Canonicorum mortem desiderabunt, vt sibi emolumenta necessaria acquirant. Quod non solùm in iure ciuili est prohibitum ea deductis per Rotam in Romana renunciationis 23. Martij 1650. coram Eminentissimo Cerro, & in Bononien. fideicommissi 11. Decembris 1651. coram Dunozetto, & hoc pactum à iure reprobatur in Eugubina testamenti 28. Iunij 1652. §. *Et quia*, coram eodem Eminentissimo Cerro, sed etiam ius canonicum detestatur, ita vt quæcumque promissio, per quam directè, vel obliquè aperiri potest via ad beneficia vacatura, declaretur irrita, & inualida, vt per Lap. Abb. Archid. Gemin. Io. Andr. & Monach. *in cap. detestanda, de concess. præb. in* 6. *& in cap.* 2. *& vlt. eod. tit.* Idque ne quis videatur desiderare mortem proximi, Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 4. *num.* 514. Garz. *de benefic. par.* 10. *cap.* 1. Grat. *discept.* 692. *num.* 27. Reginald. *in prax. lib.* 30. *tract.* 3. *nu.* 247. Quod etiam improbauit S. Congregatio Concilij in vna Troiana sub die 13. Decembris 1659. inquiens, consuetudinem introductam vigore afferti priuilegij Leonis X. in exclusionem Canonicorum nouiter prouisorum à participatione fructuum portionum præbendalium esse illicitam, & in casu exposito non esse obseruandam. Vnde in eadem Troiana sub die 24. Aprilis 1661. censuit, fructus omnes ad dictos Canonicatus, & Dignitates spectantes, sublato iure accrescendi, & in communem massam redactos, esse æqualiter inter omnes Capitulares distribuendos. Ad tertium sub die prima Octobris eiusdem anni censuit, standum esse in decretis, & fructus deberi à die instan-

tiæ, redactis omnibus in massam communem, & à die instantiæ diuidendi. Quod est contra Guttier. *lib. 1. q. can. cap. 29. num. item 29.* quatenus ait, portiones præbendales deberi a die præstiti seruitij.

3 Ad secundum. Quamuis consuetudo diuidendi inter Canonicos fructus, & reditus ad Canonicos defunctos spectantes, seu aliam portionem, aut deductionem ex fructibus applicandam in ingressu noui Canonici ad commodum Canonicorum superstitum sit abrogata à S. Concilio Trid. *d. cap. 14. sess. 24. de ref.* & à citata Constitutione Pij V. id tamen locum habere non potest in casu, quo diuisio, ac distributio præbendæ, ac portionis Canonicorum defunctorum ratione iuris accrescendi fauore superstituor firmata, & stabilita fuerit in concordia, per Sedem Apostolicam ex certa scientia, & cum insertione totius tenoris confirmata, & approbata, ideòque obseruanda, *l. 1. §. si conueniat, ff. deposit.* Rot. *decis. 111. num. 2. p. 1. diu. & dec. 74. num. 1. & seqq. p. 5. & dec. 352. num. 2. & 3. p. 9. tom. 2.* passimque alibi. Eo enim casu non intrat textus Concilii, neque constitutio Pii V. nedum propter duplicitatem vinculi, pacti scilicet, & confirmationis Apostolicæ, iuxta ea, quæ notat Glossa antep. *in Clem. Dudum, de sepul.* D. Fagnan. *in cap. Veniens, de transact. num. 6.* referens S. Congregationis Concilii resolutiones, & Rot. coram Eminentiss. Cerro in Vicen. iurisdictionis 9. Decembris 1650. *§. Iustitia.* Sed etiam, quia Concilium non derogat concordiis initis inter Episcopos, & Canonicos, & per Summum Pontificem confirmatis, iuxta decisionem Achil. 3. *de pact.* vbi vtrumque optimè firmatur, & latè Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. num. 214. & seq.* vbi *num. 321.* subdit contrarium procedere in ijs concordijs, in forma communi duntaxat confirmatis. Hoc igitur casu nedum potest collator fructus beneficij sibi reseruare, absque eo, quòd simoniam committat, Rebuff. *in pr. benef. de requis. ad collat. 8.* ibi: *limitatur cùm illos fructus reciperet ex constitutione, vel statuto ex indulgentia Papa,* & ad tradita per Cassad. *decis. 2. num. 4. de Simon.* Ea ratione, quia confirmatio, si emanauerit in forma specifica, perinde est ac si res fuisset à Principe facta, & de nouo concessa iuxta Rot. *decis. 743. num. 42.* coram Merlino, sed etiam non censetur ei derogatum, nisi expressè dictum fuerit iuxta dictam magistralem decisionem Achillis, approbatam à S. Congregatione Concilii, vt testatur D. Fagnan. *in cap. licet, de præb. num. 59.* vbi in fine ait; *Sanctissimus his auditis iussit seruari statutum confirmatum,* & *in cap. Veniens, de transact. num. 6. & seqq.* ac Tondut. *quæst. benef. cap. 56. num. 5. tom. 1.* quod idem plures decisum fuisse à dicta S. Congregatione testatur Garz. *vbi suprà num. 214. cum seqq.* & Rot. *dec. 329. num. 13.* coram Royas, & in Barchinonem iurisdictionis 8. Aprilis 1647. coram Bichio, diciturque confirmata ex certa scientia, dum facta fuit cum insertione totius tenoris de verbo ad verbum, iuxta Rot. *decis. 166. num. 6. & decis. 292. n.* etiam *6. p. 5. rec. & dec. 485. num. 12. p. 4. tom. 2. & dec. 608. num. 21. p. 4. tom. 3.* Quinimò adhuc dicitur confirmata ex certa scientia, licèt totius tenor rei confirmatæ non fuerit insertus, si tamen tenor, & substantia rei fuerit narratus, Rot. *dec. 297. num. 17. p. 4. tom. 2. rec. & dec. 608. nu. 24. tom 3.* Barbos. *lib. 3. not. decis. 90. num. 4. & in coll. lib. 2. in cap. cum dilectus 4. num. 15. de confirmat.* vbi refert, quòd circa hoc, re maturè discussa, Clemens VIII. edidit specialem Constitutionam, & addit id maximè procedere stante clausula *ex certa scientia* apposita in ipsa confirmatione,

4 Neque idem locum habet in casu, quo diuisio fructuum ex iure accrescendi per obitum aliorum Canonicorum conuenta fuerit in ipsa erectione Ecclesiæ, ac respectiuè in limine erectionis Canonicatuum, & Dignitatum. Nam sicuti in hoc casu non intrat ratio prohibitiua Concilij, fundata in labe simoniaca, quoties aliqua portio in admissione noui Canonici ad possessionem applicatur alijs siue in ingressu, siue post, cùm non dicatur simonia, quando per viam pacti, seu statuti initio imponitur aliquod onus præbendæ vacanti ad textum *in cap. significatum 11. de præb.* vbi D. Fagnan. *num. 1. & seq.* & tradit Paris. *de confid. quæst. 38. num. 34.* ita quoque cessare debet dispositio eiusdem Concilii, & abrogatio contrariæ consuetudinis simoniacæ, cùm omnes ordinationes in erectione quomodolibet factæ non censeantur derogatæ ad textum eiusdem Concilii *cap. 5. sess. 25. de ref.* & tradit Garz. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 216.* vbi refert per Sacr. Congregationem ita decisum, quod etiam refert Corrad. *in pr. lib. 2. cap. 14. num. 46.* Ac proinde transeunt in omnes successores cum sua causa & onere. Quandoquidem omnis pactio, seu conuentio, & si de iure inualida, sustinetur propter authoritatem Papæ, nec cadit cum generali derogatione duplex vinculum, vt per Garz. *num. 214. & seq.* vbi refert resolutiones S. Congregationis Concilii, & Rot *in d. Vicen.* iurisdictionis, *§. Quin vltra.* Et per authoritatem Papæ confirmantis ex certa scientia cum insertione tenoris concordiæ, quæcunque simoniæ suspicio tollitur, vt per Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 35. dub. 15. num. 93.* Rot. *dec. 701. num. 1. p. 4. & diu.* & in Compostellana Coadiutoriæ 9. Maii 1653. coram Zarate, & in Toletana Archiepresbyteratus 3. Iunii 1658. *§. respectu verò simoniæ* coram Albergato, vbi receditur à decisis in contrarium coram eodem 23. Iunii 1657. Et quamuis, teste D. Fagnano *in d. cap. licet, sub num. 58. de præb.* aliàs fuerit dubitatum in S. Congregatione Concilii, an subsistat id, quod aliqui firmant, nempe quòd per constitutionem generalem nunquam censeatur derogatum fundationi, id procedat in fundatione facta à laico patrono, ne retrahatur a fundatione, tamen à Congregatione sub die 25. Febr. 1576. declaratum fuit, non esse sublatum priuilegium in fundatione concessum, non obstante dubitatione Congregationis generalis, immò ipse Pontifex, qui licèt alias possit derogare qualitatibus in beneficiorum fundationibus appositis, adhuc non censetur derogare, nisi expressè deroget, vt pluribus relatis firmat Viu. *de surep. lib. 14. cap. 3. num. 17.* Atque adeò in hoc solùm sunt specialius priuilegiatæ fundationes laicorum, quod illis non censetur derogatum, etiamsi dictum sit, non obstantibus fundationibus iuxta Caputaq. *decis. 122. p. 1.* vbi clausulę quantumcumque prægnantes non sufficiunt ad derogationem fundationis factæ per patronum laicum, sed oportet, quòd nominatim, & non per clausulas prægnantes derogatio fiat.

5 Non obstat, quòd, si permitteretur huiusmodi conuentio, negligeretur seruitium Ecclesiæ, & daretur votum captandæ mortis canonicorum seniorum contra dispositionem *d. cap. 1. & cap. fin. de concess. præb. in 6.* Quoniam cessat suspicio negligentiæ seruitii ex distributionibus ad congruam sustentationem debitis interessentibus, vt aduertit D. Fagnan. *in d. cap. Cum M. Ferrarensis sub num. 12. de constit.* Præsertim si huiusmodi Canonicatus habeant proprias præbendas, tunc enim talis ratio nil aliud operari posset iuxta clàram dispositionem Concilii Trid. *sess. 21. cap. 3.* nisi aliquale supplementum ex ipsis præbendis, quatenus massa distributionum esse valde tenuis. Sicuti etiam dicta iura cessant, quoties concurrit indultum Apostolicum, vt per Barbos. *in collect. ad d. cap. fin. num. 4.* Neque res aliter se habere potest: alioquin inter Canonicos essent prohibitæ optiones, nec amplius possent eligi Canonici supranumerarii, neque Coadiutores cum futura successione: Quod est contra praxim. Immò in terminis longè difficillimis Pontifex quotidiè mandat, vt quis recipiatur in Canonicum, licèt præbenda non vacet, vt testatur D. Fagnan. *in d. cap. Cum dilectus sub num. 10. de præb.*

6 Et quidem quod dispositionem S. Concilii, illa tantum reuocat, atque damnat solutiones, & promissiones in actu collationis beneficiorum, vel electionis, vel admissionis ad possessionem, ac eas, in quibus potest cadere suspicio simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ, sunt eius verba *d. cap. 15.* Quo verò ad Constitutionem Pii, ipsa quoque loquitur de exactionibus, & retentionibus illicitis, & ad fauorem ipsorum collatorum, in quibus possit cadere suspicio simoniæ propter actus correspectiuitatem iuxta Sarnen. *de trien. quæst. 12. num. 2.* ibi: *num in beneficialibus actus reciproci*, & Redoan. *de simon. p. 2. cap. 11. num. 16.* vt patet ex illius initio his verbis, *aut ex praua consuetudine*, & ex verbis, quæ sequuntur, in quibus refertur dispositio Concilii Tridentini.

7 Vnde liquet nos versari extra casum vtriusque dispositionis. Nam Canonici antiquiores sibi non appropriant aliquam partem fructuum ad Canonicatum, vel beneficium spectantium, & substantialiter, ac perpetuò annexorum ratione præbendæ, id est distributionum quotidiana-

Digitized by Google

dianarum, quo easn intrat ratio labis simoniacæ considerata per Coocilinm, & per constirutionem Pii. Quia talis appropriatio videtur certo modo præmium ob receptionem Canonici, dum ab eo aufertur quod proprium est, & sic verè vtraque dispositio procedit in illis fructibus Canonicatui, vel beneficio perpetuo annexis, atque ab eis separatis, qui tamen aliquo tempore per alium, quàm per prouisum percipiuntur, sed tantùm in præsenti sibi sppropiant quandam partem fructuum, quam Canonicus defunctus obtinebat simpliciter ex iure accrescendi ratione antianitatis, & sic in præmium personalis, ac longioris seruitii præstiti suæ Ecclesiæ. Quæ ratio cùm non militet in Canonico successore, vtique ipse non poterit prætendere, nisi id, quod eius prædecessor obtinebat ratione Canonicatus, non autem illud augmentum, quod in instanti vacationis abdicatur à Canonicatu, & euanescit quosd defectum accidentalis qualitatis, & euadit proprium aliorum Canonicorum superexistentinm, ob acquisitionem illius qnalitatis. Et propterea ex hoc dici non potest, quòd Canonici nouiter prouisi dicantur pati diminutionem fructnum Canooicatus, sed potius quòd illos non acquirant ob dictum defectum causæ longioris seruitii, quæ in antecessoribus concurrebat, vt in iuncto pro validitate similis constitutionis, seu consuetudinis egregiè respondit Garz. *de benef. p. 11. cap. 5.* sub *num. 166.* ibi: *Nam in terminis talium statutorum Capitulum non percipit illos fructus tanquam fructus Canonicatus, nec prabenda noui residentis, sed potius iure proprio.* Quia præbenda noui residentis non videtur habere tonc fructus, nec dictus nouus residens eos lucratur ex forma dicti statuti, seu consuetudinis. Et sic tunc non potest dici auferri ei fructus, sed potiùs non dari. Idemque ait *p. 1. cap. 5. n. 210.* ibi: *militat vbi Canonicus vigore statuti, vel aliàs tenetur dare Capitulo medietatem fructuum sua prabenda primorum annorum, cùm tunc Capitulum illas percipiat non iure proprio, sed tanquam alterius, ad quem spectant ratione sua prabenda, & residentia.* Secùs esset si statutum diceret, quòd Csnonicus non lucraretur illam medietatem fructnum primorum annorum. Et confert Rot. *decis. 12. nu. 28. p. 6. rec.* dum ait, maximam esse differentiam inter deficere per diminutionem, vel per non acquisitionem.

Quod sanè procedere debet in hoc casu, vt aduertit idem Garz. *d. cap. 5.* Quia cùm omnes Canonicatus habeant distributiones quotidianas sufficientes, constitutio Ecclesiæ non potest dici, quòd auferat aliquod ius proprium, & firum, sed solùm distrahit ipsam portionem, quæ prædecessori propter continuatum ius accrescendi, ob longæuam vitam, seu ratione longioris seruitij paulatim obuenit, ita vt sicuti in specie notat D. Fagnan. *in d. cap. Cùm M. Ferrariensis, de const. n. 33.* non est simoniacum recipere aliquem io Canonicum eo pacto, vt de præbendis distinctis nihil percipiat, & *n. 35.* addit; secùs verò reciperetur cum pacto, vt nec de Canonia, nec de præbendis distinctis, neque de omnibus prouentibus aliquid perciperet. Hoc enim esset simoniacum. Idemque repetit ex mente Concilij *in cap. dilectus 1. n. 10. de prab.* Vnde nulla potest considerari simoniacæ labis possibilitas, cùm agatur de assignatione merè temporali prorsus distincta ab ipso beneficio, & iure spirituali, ex quo non fit annexa cuicumque Canonicatui, neque ex ista ratione debeatur, sed solùm, sine aliqua tamen certitudine, & vniformitate, ratione cuiusdam accidentalis optionis iuxta antianitatem instar domorum Canonicalium, seu vinearum, & bonorum, quæ cum ordine antiquitatis optantur, absque eo, quòd in quo dicatur contrauenire dispositioni tam Concilij, quàm Constitutionis Pij, vt optimè conuincitur ex Rot. *dec. 166.* coram Canalerio cum alijs relatis per Add. ad Gregor. *dec.* … *nu. 6.* & in Romana pensionis 19. Ianuarij 1656. coram Em. Cerro.

Ponderando præsertim constitutionem, quòd Canonicus nouiter prouisus non participet de huiusmodi massa, habere optimum finem, vt scilicet remunerentur ij, qui longius seruitium præstiterunt, & ad formam seruitij stipendia augeantur, vt æquum esse ait Monet. *de apt. Ca… cap. 2. q. 2. n. 1. & 2. & de distrib. quotid. p. 2. q. 4. n. 2. &* in potioribus terminis ait D. Fagnan. *in d. cap. dilectus de prab.* ibi: *Declara primò, prafatam conclusionem … dere, dummodo receptio in Canonicum sine prabenda*

fiat ex causa, puta, vt receptus instituatur in moribus, & officijs, ac inseruiat prioribus, & antiquis Canonicis, & Ecclesia, cuius rei rationem reddit ante *nu. 6.* notando idem factum, veluti sententiam, compositionem, donationem, & alia huiusmodi posse diuersis respectibus approbari, & reprobari. Potest enim reprobari respectu modi, seu medij, & approbari respectu finis. Et in specie fortiori, quòd statutum, seu consuetudo ne Canonici, vel beneficiati, qui non sunt promoti ad presbyteratus, vel diaconatus, vel subdiaconatus ordinem lucrentur fructus, sit valida, & nullo modo reprobata per dictum decretum Concilij, & constitutionem Pii, sed valdè rationabilis, firmat Garz. *de benef. d. p. 11. c. 5. n. 167.* & Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 15. n. 34. & in collect. Apost. dec. 223. n. 8.* Vbi refert, quòd interrogata S. Congregatio Concilij, an consuetudo Ecclesiæ Astensis, quòd fructus spectent ad Capitulum, donec beneficiatus sit sacerdos, sit obseruanda, ipsam respondisse per hæc verba. *Valere huiusmodi consuetudinem, quia intentio Concilij d. cap. 14. fuit, ne ratione collationis aliquid reciperetur.*

Idipsum in casu longè difficiliori eadem S. Congregatio aliàs decreuit, dum respondit, valere consuetudinem Ecclesiæ Melphitanæ, siue Amalphitanæ authoritate Apostolica Leonis X. confirmatam, quòd Canonici non admittantur ad participationem massæ communis, nisi prius præstito Ecclesiæ seruitio per decennium, neque esse sublatam per Concilium, neque per Constitutionem Pii, eò quòd in diuersis terminis procedunt, vt testantur Garz. *de benef. d. p. 11. cap. 5. n. 168*, Gallemart. *v. Interponatur*, & comprobat Barbos. *de Canon. & dignit. c. 23. n. 7.* dum absolutè inquit, tam Concilium *d. cap. 14.* quàm Constitutionem Pii V. non comprehendere statuta de seruitio per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de massa grossa, nisi peracto dicto seruitio, & tunc solùm has consuetudines non procedere, & intelligi abrogatas, quando Canonicus nouiter prouisus nihil percipit, vt tradit Gallemart. vbi suprà, & probatur ex textu *in extrau. suscepti, de elect. & elect. potest.* 10

CONSVLTATIO XXXI.

Cùm ex Constitutione fel. rec. Innocentii X. plures Ecclesia parochiales, aliàs possessæ per Regulares, fuerint redactæ ad Vicarias curatas perpetuas sæculares cum totali animarum cura, & Sacramentorum administratione, nec non cum onere omnium expensarum pro Ecclesiarum cultu, & manutentione, ideò quæritur primò, Quænam portio annua sit à Regularibus assignanda huiusmodi Vicariis curatis perpetuis?

Secundò. An electio Prædicatorum in eisdem Ecclesiis parochialibus spectet ad Episcopos, an potius ad eosdem Regulares?

AD 1. Certum est, ad Episcopos pertinere, vt assignetur congrua Vicariis ex dispositione Sac. Concilii *sess. 7. cap. 7. de ref.* Vnde B. Pius V. statuit, vt non minor centum scutorum statuatur, & Rota coram Mantic. *dec. 269.* dixit, esse taxandam in ducatis quinquaginta, & in ducatis septuaginta quinque non computatis omnino incertis, ceu funeralibus, eleemosynis, oblationibus, & huiusmodi, atque extat magistralis decisio Coccini inter *recent. dec. 230. n. 2. & seqq. p. 6.* vbi hoc fuit dictum cum suppositione, quòd omnes expensæ spectabant ad Monasterium, & non ad Vicarium. Ideòque in casu, quo expensas facit Vicarius, censeo, iustam esse regulariter taxationem in scutis centum, nisi aliter Episcopus iudicauerit, cui multum in hac materia tribuendum est, Rot. *dec. 5. n. 2. p. 2. diu. & dec. 240. in fin. p. 1. recent.* ac declarauit S. Congregatio Concilii in Ferrarien. sub die 16. Febr. 1658. nempè, sufficere congruam scutorum nonaginta monetæ illarum partium liberam ab omni onere. Porrò S. Congregatio super statu Regularium sub die 8. Octobris 1670. declarauit, quòd superioribus Regularibus minimè fas sit cum ipsis Vicariis iam deputatis, seu deinceps deputandis publicas, aut secretas pactiones, seu conuentiones inire super diminutione, aut alteratione, seu variatione dictæ Congruæ, easq; pactiones, seu conuentiones tanquam de simoniaca labe, atque auaritia suspectas S. Congregatio omnino reiicit, atque interdicit, eosque 1

Digitized by Google

qui contrafecerint pœnis aduersus simoniacos editis teneri decernit, quibuscunque non obstantibus.

2 Ad 2. Videtur eiusmodi electionem spectare ad Episcopum ex dispositione *cap. Inter cætera* 15. *de offic. ord.* & S. Concilii *sess.24. cap.4.* idque priuatiuè quoad omnes, Rot. *dec. 234. n.59. & seqq. p. 6. rec.* Et in Vicaria erecta in parochiam vnitam Monasterio. Quia cùm onus concionandi spectet ad curam animarum, quæ pertinet ad Episcopum, sequitur, vt ad eum spectet electio Concionatorum, etiam in Ecclesiis Conuentualibus, *ut ait textus in d.cap. Inter cætera*. Præsertim, quia Regulares non habentes curam animarum, nequeunt ex iure communi prædicare, nisi ex priuilegio Apostolico id eis concedatur, Abb. *in d.cap. Inter cætera sub n.1.* & alii per Felin. *in c. Excommunicamus n.4. de heret.* cùmque in curam actualem non possint se ingerere, sed tota sit penes Vicarium. Imol. *in Clem. 1. n.8. de offic. Vic.* Abb. *in cap. extirpanda*, §. *qui verò n.15. de prab.* Lotter. *lib.1. q.33. n.111. & seqq.* sequitur, quòd non possint se immiscere concionibus in Ecclesia vnita, & proindè spectat omnino ad Episcopum.

3 Confirmatur id ex ratione diuersitatis inter casum, quando parochia exercebatur per Monachos, & quando per Vicarium perpetuum. Tunc enim cura ad eos spectabat; igitur & prædicatio. Item Ecclesia erat ipsorum; ergo & prædicare in ea licebat eis sine licentia Episcopi. Ablata autem eis Ecclesia, eiusque cura, non spectant amplius ad eos cura, neque ipsa Ecclesia, & ideò non possunt in ea prædicare, sed spectat ad Episcopum, à quo nunc curam habet Vicarius, vt benè aduertit Barbos. *in cap. ex parte n. 13. de offic. Vicar.* Approbata est enim distinctio, vt in suis Ecclesijs possint Regulares prædicare sine licentia, sed in alienis non possint, vt declarauit S. Congregatio Concilij teste Pegna *dec.1052.* & clarè decernitur à Concilio *sess.5. cap. 22.* atque exornat Barbos. *de Episc. p.3. alleg.76. n.17. & seqq.* ac Constitutio S. D. N. Clementis X.

4 Non obstat, quòd Constitutio Innocentij non præiudicet Religionibus. Quia contrarium ex ea deducitur, dum Conuentus isto extinguit, & ad statum sæcularem reducit, solùmque dat facultatem asportandi profana. Si enim omnino eos liberat à quocunque iure Regularium, & sæcularizat, sine dubio præiudicat Regularibus. Vnde sicuti in Ecclesia sæculari concionatorem deputare potest Episcopus, ita etiam in istis, quæ ab omni Regularium iure sunt liberæ, ibi: *Innocentius &c. Omnes, & singulos Conuentus quorumcunque Monachorum, & Religiosorum virorum bona immobilia possidentium, &c. in quibus ob paruum numerum Religiosorum regularis disciplina seruari non potest, authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo extinguimus, supprimimus, & abolemus vnà cum omnibus eorum dignitatibus, officijs, ministerijs, illosque ab omni proprietate, dominio, superioritate, iurisdictione, & alio quocumque iure Regularium eximimus, & totaliter liberamus, &c. reseruata eis facultate secum asportandi profanam, non autem sacram supellectilem, &c.* Quæ verba sunt nimis præcisa, vt de dictione *totaliter*, quòd ea nihil excludat, & absolutè intelligatur, firmat Paris. *de resignat lib.14. in præfat. n.4.*

5 At verò tenendum est, ius eligendi prædicatorem spectare ad Regulares, quatenus Vicarius perpetuus non voluerit, vel non valuerit per se concionari. Ita declarauit eadem S. Congregatio Concilii in dicta Ferrariensi 16. Febr. 1658. Quia cura habitualis in huiusmodi Ecclesijs residet apud Regulares. Qua de re vide *to.1.*

CONSVLTATIO XXXII.

An pro Capellania, seu Missa celebranda in Ciuitate debeatur maior dos, siue taxanda sit maior eleemosyna, quàm pro Capellania in aliquo castro?

1 ITa censeo. Primò, quia maior summa requiritur pro substentatione Capellani Missam quotidianam celebrantur in ciuitate, in qua maiores sunt expensæ alimentorum, quàm in aliquo paruo Castro, vbi ob minores expensas victus, Capellania triginta ducatorum reputatur de maioribus. Secundò, quia cùm in ciuitate testatores sepulturam sibi eligere soleant, de iure anniuersaria, & Missæ honestiùs celebrari debent in Ecclesia sepulturæ. Licèt enim animæ eodem modo prosit, si Missæ alibi celebrentur, nihilominus tam ratione honestatis, quàm ratione affectionis, ac verisimilis voluntatis defuncti, celebrari potiùs debent in illa Ecclesia, in qua corpus est sepultum, vt ex Abb. *cons. 99. p.2.* & alijs firmat Caualer. *dec. 494 num.3. & 4*

Hinc quando designant Doctores materiam diminutionis, vel contributionis inter plures legatarios, ponderant maiorem, vel minorem pietatem causæ, ac etiam verisimilem testatoris voluntatem, seu affectionem, vt liquet ex plenè deductis per Franch. *dec.246. nu.11.* & Rouit. *dec. 87. num.5.* Roland. *cons. 25. lib. 4.* & Rub. *de testam. ad pias caus. cap.66. à n.141.* 2

CONSVLTATIO XXXIII.

Caius putans matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum cum Berta, & per eum consumatum, ex defectu consensus, alijsque de causis esse nullum, fretus consilio quorundam Theologorum, nulla tamen super præfati matrimonii nullitate iudiciali declaratione præmissa, aliud etiam in facie Ecclesiæ cum Iulia contraxit, & consumauit, sobole suscepta. Dehinc ad instantiam Bertæ lis introducta est coram Iudice, qui finali sententia declarauit, primum illud matrimonium substineri, & allegatas nullitatis causas non satis esse probatas. Aduersus hanc sententiam non aliter licuis Caio, quàm ab ea simpliciter prouocare. Interim Berta diem suum clausit extremum, sicque obstare desiit quominus Caius & Iulia ad secunda vota transirent. Illi igitur locorum distantia segregati, coniugalem affectum, Iudicis sententia velut extinctum, Bertæ morte quodammodo rediuiuum inuicem exuscitarunt, ac demum pro dignitate familiæ, & quiete conscientiæ matrimonii vinculum inter se redintegrare cupierunt. Cùm autem subdubitarent, ne ex ea coniunctione, quæ Iudicis sententia fuerat improbata, tametsi ab ea appellassent, nihilominus ob reiudicatæ authoritatem sibi forsan obijceretur impedimentum quoddam dirimens, idcircò dispensationis, si qua opus esset, apud Sanctam Sedem imploranda animum, & impetrandæ spem habuere. Quia verò ipsa Iulia ineluctabili morbo afflicta pertimescebat, ne mors gratię concessionem, aduentumque pręuerteret, Ordinarium loci supplex adit, desiderium explicat, vrgentem casum, & pungentem honeris causam exponit, periculum imminens medicorum testimonio comprobat, suam & Caii mentem aperit, eam esse quidem, nihil vt agere vellent, nisi quòd Summi Pontificis beneplacito firmaretur. Verùm sub spe illius postmodum consequendi sibi interim prouideri postulabat, vt nuptias actu, ac de pręsenti celebrare permitteretur. Permittit Ordinarius ea lege, vt postea, & quamprimum partes id possent, dispensationem, seu quamlibet necessariam confirmationem sibi à Sancta Sede expediri sedulò procurarent. Contractę sunt nuptię, & illicò Romam missum est eo fine, qui supra. Iulia medio tempore fato fungitur; superstes Caius tum vt suę, & defunctę coniugis famę, cùm etiam familię dignitati consulatur, enixis precibus petit matrimonium ita contractum suę Sanctitatis beneplacito ratum haberi, eiusque validitatem Apostolica authoritate declarari, vel per gratiam, vel ob rationes.

PRimò quidem videri posset, nullam prorsus in hac specie dispensationem fuisse necessariam, nec vllum obstitisse impedimentum ditimens, quominus mortua Berta, nuptiæ inter Caium, & Iuliam legitimè contraherentur, quod hoc præsertim argumento comprobatur. Ad inducendum illud, quod appellatur criminis impedimentum, necesse est, adulterium formale interuenisse, quia videlicet eiusmodi impedimentum habet rationem pœnæ, quæ non infligitur, nisi ob completam malitiam, quam in materiali adulterio reperiri nemo dixerit. Hæc conclusio ita est euidens, vt 1

super-

etfluum videatur eam scriptorum testimonio con-nare; plusquam satis est adducere definitionem peti- 1ex *cap.1. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* non authoritatem S. Antonini *3. p. sum. tit. 1. cap. 5. cir- in.* Arm l. *v. matrimonium n. 33.* Nauar. *in manual. cap. m. 46.* Candelabr. *aur. de matrim. nu. 213.* Henriq. *lib. cap. 19.* Bon cin. *de impedim. matr. q. 3. punct. 6. num. 8.* il. Ponc. *de matrim. lib. 7. cap. 45. n. 5.* Trullench. *de Sa- m. lib. 7. cap. 9. dub. 10. de impedim. crim. circa fin.* & Hur- . *de matrim. disp. 23. diff. 2. vers. circa adulterium.*

dque adeò verum est, vt illud criminis impedimen- a non inducatur, nisi ex vtriusque contrahentis adul- o formali, nec vnius quidem malitia, delictumue ficiat iuxta communem Theologorum, Iuristarumque tentiam, quam tuetur Sanch. *lib. 7. de matrim. disp. 79. n. 31.* vbi multos producit Authores post D. Thom. *dist. q. vn. in fin. in exposit. lit.* Quin etiam asserit Basilius ncius, dubitationem de subsistentia primi matrimonij ;efficere, vt qui secundum contrahunt ab adulterio :usentur. Atqui in hac specie, quando post solemnem repetitam Doctorum consultationem, qui responde- it matrimonium cum Betta esse nullum, nuptiæ inter ium, & Iuliam contractæ sunt in facie Ecclesiæ, spe- nte etiam postmodum & approbante Episcopo ordina- , non potest dici neque ex vna, neque ex altera parte ılterium formale esse commissum. Quia non modò de stantia primi matrimonij dubitabatur, imò planè re- nsum erat, illud non subsistere. Ergo, quamuis illa eologorum sententia fuerit extraiudicialis, quia ta- n eorum nutu, & authoritate regebatur partium ıscientia vsque ad iudicialem ac definitiuam Iudicis tentiam, potuit contrahentes excusare, si non à qua- culpa, saltem ab adulterio formali, quia semper sub lice lis erat, ac sperabatur omnino alius, quàm qui utns est iudicij euentus. Igitur cùm post illam fina- ı sententiam nulla copula intercesserit, consequens est, dicamus, nullum in hac specie formale adulterium in- ıenisse, ac proinde nullum obijci posse impedimen- n dirimens.

Verùm posito, quòd, reiectis hisce rationibus, & at- ıentis impedimentum dirimens in hac causa occurre- statuatur, probari potest in facillima illı dispensatio- causa, quæ aliàs nemini denegaretur, tum ob circum- ıtias omnes superiùs positas, tum quia nulla vnquam chinationis suspicio intercessit, potuisse Episcopum , ındoquidem per tempus, & longa locorum interualla ı licebat summum Pontificem adire in extremo illo, 'd mulieri imminebat vitæ discrimine, ad euitandum ilis familiæ dedecus irreparabile, quæ summa videtur essitas, præcipuè verò ad componendam in fœmina oè moriente conscientiæ tranquillitatem, quæ maxi- est pietas, dispensationem, seu contrahendi licentiam ertiri, adhibita ea, qua vsus est modestia & lege, cum etiam concurrebat contrahentium commune votum rendi ad Summum Pontificem statim atque illud op- unè exolui posset.

uic sententiæ adstipulatur authoritas duodecim Do- ım, quos citat Sanchez *lib. 2. de matr. disp. 40. num. 5.* ıs adde Bonacin. *de legibus disp. 1. quæst. 2. pun. 5. num.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 31. cap. 27. n. 206.* & ez etiam *de legib. lib. 6. cap. 14. in fine.* Dian. *p. 5. tr. sol. 18.* Gasp. Hurtad. *de Sacram. disp. 26. de matrim.* . Coninch. *disp. 33. dub. 3.* Vasquez *t. 2. disp. 178. cap.* ebel. *p. 2. de oblig. iust. lib. 3. q. 5. n. 20.* Salas *disp. 20. de sect. 3. n. 25.* Ricc. *in pr. decis. 261.* Cortad. *in pr. disp. cap. 4. n. 35.* Poncium *lib. 8. de matr. cap. 13. nu. 3.* qui nt etiam in impedimentis dirimentibus posse Epi- m dispensare, quando periculum est in mora con- li summum Pontificem, adeòque necessitas vrget, ı possit eius dispensatio expectari. Vnde paucis ex- , nempè Sot. *lib. 5. de iust. q. 7. ar. 3.* Cordub. *lib. 1. q. in sum. q. 45.* Veracruce *p. 3. sect. art. 18. in fin.* Me- ı. q. 97. ar. 4. Garz. *p. 11. de benef. cap. 5. nu. 343.* qui ea ur ratione, quòd non potest inferior dispensare in perioris, videtur esse communis. Et generaliter de atione in quacunque lege, stante graui necessitate, pum posse dispensare, quando non patet recursus tificem, tradunt Abb. *in cap. At si Clerici, n. 9. de* Lignan. *ibid.* Felin. *in cap. 1. fall. 7. de constit.* Bald. *in l. omnes populi, num. 8. ff. de iust. & iur.* Mil. *in repert. v. Dispensare,* Roman. *singul. 486.* Cotta *in memor. v. Episcopus;* Speculat. *tit. de dispensat. §. nunc de Episcopo num. 30. in fin.* Rebuff. *in pr. benef. eod. tit. num. 30. & 31.* Diaz. *reg. 238,* Duegn. *reg. 248. limit. 2.* Gratian. *reg. 433. nu. 8.* Staphil. *de litt. grat. tit. de qualit. & stat. benef. §. 1. quod sit, n. 5.* Lambert. *de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 7. ar. 19. n. 2.* alijque communiter.

5 Nam in tali casu censetur cessare lex, qua prohibetur tale matrimonium. Quoniam lex ordinatur ad bonum communitatis, *cap. Erit autem d. 4.* & docent Plato *in dialog. de pulch.* & Aristot. *4. Eth. cap. 1.* Vnde quando lex desinit esse bona, & potiùs euadit perniciosa, habet locum epicheia, quòd non obliget, vt docent D. Thom. *1. 2. q. 96. ar. 6. & 2. 2. q. 120. per tot.* Caiet. ijsdem in locis, Sot. *lib. 1. de iust. q. 6. ar. 8. & q. 7. ar. 3.* Couar. *in 4. p. 1. §. 9. n. 8.* Ledesm. *p. 4. q. 17. ar. 3. dub. 3 & q. 18. ar. 2. dub. 12. & 14.* Nauar. *in sum. cap. 16. nu. 37.* passimque alij. Quia quòd est ordinatum ad bonum, non debet esse perniciosum, neque est de intentione legislatoris obligare, quando quòd præcipitur ratione subiectæ materiæ incipit esse præiudicale. Tunc enim si lex obligaret, non esset recta, sed iniusta, & peccaret, vt inquit Aristoteles loco citato. Et proinde superior immediatus, licèt inferior legislatore, potest in tali casu dispensare, seu potiùs declarare, quòd lex non obliget.

6 Confirmatur. Quando concurrunt duo præcepta, minus cedit maiori. Vnde concurrente lege humana cum iure naturali, cedit lex humana, tanquam minus digna. In hac autem specie concurrit lex humana prohibens matrimonium, & ex alia parte lex charitatis, quæ est lex naturalis, obligans Episcopum, tanquam Pastorem ad subueniendum subdito in tanta necessitate constituto. Quare, cùm non possit recurrere ad Pontificem pro remedio, ne sine remedio sit, lex charitatis obligat Episcopum ad dispensandum, & præualet legi humanæ. Rursus ex parte coniugum concurrit ius tuendæ propriæ famæ, quòd est naturale, atque adeò præualet legi positiuæ humanæ, ac proinde ab Episcopo relaxanda est, tanquam illa, quæ in tali casu debet cedere.

7 Præterea tenetur Princeps procurare vtilitatem subditorum, *l. Imperialis, C. de nupt. & auth. quomodo oporteat. init.* Vnde non præsumitur habere voluntatem contrariam vtilitati subditorum, & si haberet, inefficax esset, vtpotè irrationabilis, quia voluntas superioris debet regi à ratione, vt sit actus potestatis, siquidem potestas omnis regi debet secundùm leges æternas. Si autem Pontifex nollet in tali casu dispensationem concedi Episcopo, esset voluntas contraria vtilitati subditorum, & non respiceret bonum, sed malum, quia esset causa scandali. Quod præcipuè verum est in hac materia; quia reseruatio dispensationis respicit rectam administrationem Reipublicæ, & fit ob charitatem erga subditos, & ob bonum ipsorum. In tali autem casu, si non cessaret, induceret malam administrationem, & relinqueret subditos sine remedio in casu extremæ necessitatis, quod est contra charitatem, & bonum regimen Reipublicæ.

8 Et quamuis plerique ex hisce Authoribus loquuntur tantùm de impedimentis occultis, nonnulli tamen inter illos id generaliter, & indistinctè definiunt, itaut eorum sententiam non minus de manifestis intelligi debere tam ex verbis, quàm ex rationibus eluceat. Præsertim quando mors instat, postquam nullum superest remedium, neque aliter insigne dedecus vitari potest, nisi concessa præter ordinem ab ipsis locorum Ordinarijs eiusmodi dispensatione. Quod hac ratione etiam confirmatur, quia benignissimam Ecclesiæ mentem ita debemus interpretari, vt fideles in extremis positos necessarijs auxilijs destitui non permittat. Ergo, cùm in hac specie ob instantes mortis angustias, atque itineris longitudinem, Summum Pontificem adire per tempus non licuerit, consequens est, vt dicamus, Episcopum esse potuisse illius supremæ mentis idoneum interpretem, & saltem vice instrumenti, gratiæ non insolitæ dispensatorem legitimum, itaut eius dispensatio potiùs à Sancta Sede, & tacito intellectu, & præsumpta Summi Pontificis voluntate, quàm ab Episcopo ex simplici eius declaratione profecta videatur.

9 Et verò à maiori ad minus sic licet argumentari. Nil

tam proprium est Sanctæ Sedis authoritati, quàm vt causæ omnes Ecclesiasticæ ad supremum eius tribunal per appellationem deuoluantur, attamen *can.* 22. Concilij Mileuitani, præsente D. Augustino, cautum est, vt propter difficultates transmarinæ peregrinationis vltimus ille iurisdictionis gradus in Africa ipsa reperiretur, vtque ibi Iudices vice Pontificia fungerentur adeò, vt non opus esset, immo quodammodo prohibitum videretur Romam appellare, non quòd præsumerent Africani Patres, illam summam & vltimam iurisdictionem proprio sibi iure vindicare. Quis enim Catholicus hoc attentare ausus esset? Verùm ob viarum difficultates, nauigationisque pericula existimabant, se in sua Prouincia Summi Pontificis vices gerere meritò posse, ac debere. Et certè longè minus est dispensationem aliquam semel in casu perurgente impertiri, quàm in omnibus causis appellationes suprema authoritate terminare.

10 Idque eo magis obtinere debet, quomodestiùs hoc iure Episcopus vtatur, qui, quamuis præmente necessitate, causisque grauissimis exigentibus, matrimonij actu contrahendi licentiam possit indulgere, velit tamen, vt contrahentes, vbi primùm hoc fieri posset, explicitum suæ Sanctitatis beneplacitum rei gestæ accedere omni studio procurarent; quo facto, & exigentiæ partium efficaciter consulit, & quatenus fieri potest supremam sanctæ Sedis authoritatem seruat intactam.

11 Neque dici potest, hoc exemplo, si admittatur, locorum Ordinarios in præiudicium Pontificiæ authoritatis sibi deinceps multum arrogaturos. Nam casus eiusmodi ita debent esse singulares, ita suis modis, & circumstantiis attemperati, vt nullo modo possint, aut debeant in consequentiam trahi. Quod etiam expressè vitari potest rescripto gratiæ, si imploretur.

12 Minus videtur obstare S. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reform. matr. cap.* 5. vbi præcipit, separationem fieri coniugum, quando scienter intra gradus prohibitos contraxerunt, & vult carere spe consequendæ dispensationis, non enim dignus est qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cuius salubria præcepta temerè contempsit. Vnde per huiusmodi decretum ponitur inhabilitas ad contrahendum de nouo in pœnam temeritatis, & proinde aufertur etiam Episcopis facultates dispensandi. Ideòque esse necessariam bonam fidem contrahentium, vt possit Episcopus dispensare, docent Barth. Ledesma *de matr. dub.* 50. *in fin.* Lopez *p.* 2. *instr. cap. vlt.* §. *Porro hic etiam*, Veracrux *p.* 3. *specul. coniug. ar.* 18. *in fin.* Cordub. *in quæst. lib.* 1. *qu.* 11. & alij communiter contra Henriquez *lib.* 2. *sum. cap.* 3. *n.* 2. qui oppositum censet, sed absque vllo idoneo fundamento.

13 Quoniam respondetur, quòd non sumus in casu Concilii Tridentini, nam loquitur de contrahentibus intra gradus prohibitos cum præsumptione. Vtitur enim verbo, *præsumpserit*. Præsumptio enim opponitur timori ex D. Thom. 2. 2. *q.* 21. *ar.* 3. & importat quandam audaciam. Vnde in hoc casu debet importare audaciam eundi contra sanctiones Ecclesiasticas circa matrimonium. Et quia Ecclesia non iudicat actus internos, sed tantùm externos, idcircò accipiendum est Concilium de præsumptione in actu exteriori. In hoc autem casu non adest præsumptio in actu exteriori, quia non fuit contractum matrimonium in foro externo, tanquam intra gradus prohibitos, manente prohibitione, sed sub colore nullitatis primi matrimonii. Vnde cùm cesset præsumptio, cessat etiam dispositio Tridentini, tanquam contra ipsum procedens.

14 Deinde, vt possit Episcopus dispensare in tali casu necessitatis, sufficit bona fides alterius ex coniugibus, vt docent Poncius *d. lib.* 8. *de matr. cap.* 13. *n.* 4. Gasp. Hurtad. *de Sacram. disp.* 16. *de matrim. diffic.* 3. *num.* 2. Quia non est æquum, puniri innocentem ob alterius delictum, vt etiam ait Sanch. *lib.* 2. *de matr. disp.* 40. *n.* 4. & indicat Tridentinum, dum prohibens dispensari, loquitur de coniugibus coniunctim. Et quia non militat in coniuge bonæ fidei ratio, propter quam Tridentinum prohibet dispensationem, quòd nimirum non sit dignus, vt Ecclesiæ benignitatem experiatur, cuius salubria præcepta temerè contempsit. Quare subintrat ius commune, quòd bona fides vnius faueat matrimonio, & priuilegium illius extendatur etiam ad coniugem malæ fidei, *cap. cum inhibitio, de clandest. de spons. & cap. ex tenore, qui fil. sint legit.*

Atque ex his facilè colligitur, æquitatem omnino suadere, vt dispensationem ab Episcopo hisce circumstantiis, ac legibus circumscriptam Summus Pontifex sua suprema authoritate ratam habere velit, idque posse facillimè, non quidem ea doctrina eorum, qui, licèt contrahentes, dirimente impedimento præpediti, nullam omnino ad contrahendum licentiam, aut dispensationem impetrauerint, generaliter tamen asserunt Summum Pontificem, vt supremum iuris Canonici arbitrum, quodlibet impedimentum dirimens iure positiuo constitutum tollere posse, vt cum Couarruuia, & alias alibi dicebam, neque opus esse nouo consensu, ex Pyt. Corrad. *in pr. dispens. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 51. Butr. *in cap. super eo* 5. *de condit. appos.* Boet. *dec.* 264. *nu.* 27. Adeò vt etiam post mortem alterius ex coniugibus, quando non potest subsequi nouum consensus, hæc dispensatio nihilominus concedi possit, vt per eosdem Authores, quibus adde Anchar. *cons.* 408. Peregrin. *de fideicom. ar.* 24. *nu.* 83. multosque alios, quos adducit Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 7. *nu.* 6. idque dumtaxat quoad effectus merè ciuiles, non autem quoad valorem Sacramenti, vt ibidem tradidi. Sed quia in nostra specie post concessam ab Ordinario in casu extremæ necessitatis vice quodammodo Pontificia licentiam, post vtriusque partis votum recurrendi ad Sanctam Sedem, post præstitum ex lege coram Parocho, & testibus de præsenti consensum, intendimus Sacramentum matrimonii ab initio constitisse, nec quidquam intrinsecum ei defuisse, sed tantùm ab extrinseco supereminentem quandam Suæ Sanctitatis approbationem, ac beneplacitum desiderari. Ergo cùm in hoc casu nouo partium consensu opus non sit, neque Iuliæ obitus, neque aliud quidquam obstare potest, quominus illud matrimonium, iam per se constans, supererogatò Summi Pontificis beneplacito confirmetur. 15

Instabit aliquis, esse igitur superfluum in isto casu recurrere ad Summum Pontificem; siquidem absque eius dispensatione, matrimonium ritè celebratum esse dicitur atque perfectum. Respondeo, immò tam ex contrahentium voto, quàm ex Ordinarii iussu necessarium fuisse, vt matrimonio ita contracto quamprimum ad Summi Pontificis pedes recurreretur, quo ipse suam rei gestæ authoritatem dignaretur accomodare, itaut dispensatio in hoc extremæ necessitatis casu concessa, sit quid mistum, partim ex Ordinarii indulgentia in ipso negotio actu habita, partim ex ratihabitione Summi Pontificis postmodum adhibenda, quorum primum cum voto ad Sanctam Sedem sufficiens fuit ad esse matrimonii simpliciter constituendum, alterum verò ad melius esse requirendum videbatur. 16

Si verò quis dixerit, consensum contrahentium fuisse conditionatum, quatenus non nisi sub beneplacito Summi Pontificis contrahere voluerunt; ergo sponsalia dumtaxat, non matrimonium contraxisse. Respondetur, actus agentium ex eorum intentione regulari. Atque in hac specie, & ex simplici libello, qui Ordinario loci fuit oblatus, constat perspicuam fuisse mentem contrahentium, vt interim dum expectaretur beneplacitum Summi Pontificis, actu & de præsenti matrimonium contrahere ipsis permitteretur, vt de facto præmissum est, ne gratiæ Pontificiæ impetrationem mors perueniret. Ergo neque Ordinarius, neque contrahentes intendebant vllo modo actum suspendere, sed illum purè impletum optarunt suæ Sanctitatis beneplacito postea confirmari. Quamuis igitur ad rei gestæ substantiam nihil ipsi defuisse videatur, tamen famæ, & dignitati interest, eam primariæ authoritatis nutu approbari, eiusque oraculo palàm inclarescere. 17

CONSVLTATIO XXXIV.

An ius conferendi habitum Tertii Ordinis S. Francisci personis secularibus in sæculo existentibus in domibus priuatis extra Congregationem absque vllius voti obligatione, Ordinariorum iurisdictioni, & Iudicum sæcularium potestati subiectis, cùm verè non sint personæ Ecclesiasticæ, neque religiosæ, spectet ad Fratres Capucinos, qui in Concilio Tridentino dicuntur esse verè Fratres Minores, quique ab Vrbano VIII. declara-

Digitized by Google

clarati sunt, esse ex verâ, & nusquam interrupta linea ipsius S. Francisci, & ab omnibus sic censeri debere, an verò spectet ad Fratres Tertiarios in Congregatione viventes cum votorum obligatione, qui à S. Francisco non sunt instituti, & qui ex declaratione expressa Clementis VII. in Bulla, Ad vberes, inceperant in Italia habere loco in communi plusquam ducentis, & septendecim annis post mortem S. Francisci, Congregatio verò Galliæ, incepit tantum sub anno Domini 1596. *aut* 1625?

ET quidem cùm ad Fratres Minores declarauerit Nicolaus IV. spectare de iure dirigere tertium Ordinem à Francisco institutum pro personis sæcularibus his verbis: *Cum ratio naturalis persuadeat, & æquitas rationi conformis acquiescat, vt prædicti Tertij Ordinis professores ipsius Confessoris reuerentiam, dilectorum nostrorum filiorum Ordinis fratrum Minorum dirigantur, & regulentur doctrina.* Quorum Fratrum Minorum Guardianis præscribit idem Pontifex *cap.* 16. Regulæ, quam ipsemet in scriptis tradegit pro Tertio Ordine, vt Visitatoris, & reformatoris officium libenter accipiant, & exequantur. Et Innocentius IV. præcipit Generali, & Prouincialibus, vt deputent Religiosos, qui sint de suo Ordine, qui dictos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis instruant, corrigant in capite & membris; ideòque ad Fratres Capucinos de iure Summis Pontificibus explicato vel priuilegio, & consuetudine spectat ius, & auctoritas conferendi habitum Tertij Ordinis personis sæcularibus in sæculo existentibus, & ab his professionem solitam recipiendi.

Primò, quia sunt verè Fratres Minores, & omnibus iuribus primo Ordini D. Francisci acquisitis, & omnibus priuilegijs aut iam concessis, aut concedendis vti, & gaudere possunt, vt patet ex Diplomate Clementis VII. quod incipit: *Religionis Zelus*, dato sub annum Domini 1528. nona Iulij his verbis: *Omnibus, & singulis priuilegijs, Indultis, & gratijs Ordini Fratrum Minorum in genere, vel in specie hactenus concessis, & in posterum concedendis, & quibus ipsi quomodolibet vtuntur, & gaudent, ac vti, & gaudere poterunt in futurum, vos quoque æquè principaliter, sicut ipsi vti, & gaudere liberè, & licitè valeatis.* Ex quo euidenter sequitur, quòd si dirigere Tertium Ordinem sit ius acquisitum Fratribus Minoribus, illo vti debeant Capucini, cùm sint verè Fratres Minores. Si autem sit priuilegium, non potest eis denegari, cùm omnibus priuilegijs què principaliter, sicut & alij Fratres Minores, gaudere debeant.

Secundò. Quia S. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium, Regularium negocijs præpositorum, declarauit anno 1620. posse Fratres Capucinos vestire Fratres, Sorores Tertij Ordinis, etiam eas, quæ vota emittunt, omnibus priuilegijs circa hanc concessionem factis, vti, gaudere.

Tertiò. Quia sic fuit contradictoriè iudicatum in consequentiam talis decreti à Reuerendissimo Promotore generali Episcopatus Serenissimi Principis, & Cardinalis Lotharingiæ, & prohibitum Pœnitentibus, ne circa hanc facultatem Capucinos amplius audeant molestare.

Quartò. Quia hæc sententia contradictoriè lata, acceptata fuit ab eorum Procuratore generali in Curia Romana, qui declarauit, suæ Congregationis professores non potuisse, neque debuisse se tuti Capucinorum opere.

Quintò. Quia emanauit decretum ab eodem Serenissimo Principe ac Cardinali à Lotharingia, qui viso decreto Eminentissimorum DD Cardinalium, de quo supra, ac viso consensu prædicti Procuratoris, confirmauit prædictam sententiam, & de nouo fratribus Pœnitentibus prohibuit, ne Capucinos audeant amplius super hoc inquietare.

Sextò. Quia emanarunt duæ sententiæ ab Illustrissimis DD. Episcopis Lixouiensibus in hac parte, à Sancta Sede delegatis, scilicet à Nicolao IV. qui *in cap.* 11. Regulæ, quam ipse composuit pro dicto tertio Ordine his verbis: *Episcopum recurrant, & eius sistant iudicio.* Quibus sententijs declaratur, hanc facultatem spectare ad Capucinos, & prohibetur Fratribus Pœnitentibus, ne se immiscea\-

ceant in conferendo tali habitu in Vrbe Iuliobonensi diœcesis Liaouiensis, in qua domicilium non habent.

Septimò. Quia sententia Officialis dictæ diœcesis fuit ipsis Pœnitentibus iniunctum, vt obtemperant Illustrissimorum DD. Episcoporum sententijs. 7

Octauò, ex consuetudine immemorabili ab initio institutionis Religionis, etiam vltra montes. Habentur enim testimonia fide dignissima, omnes Patres Generales Capucinorum, scilicet P. Hieronymum à Sorbo, P. Laurentium à Brundusio, qui in vita & post mortem claruerunt miraculis, P. Hieronymom à Castelferretto, Romanæ Curiæ notissimum, P. Angelum à Ioyosa, Prouincialem Parisiensem, & Diffinitorem Generalem, P. Honoratum Parisinum, non solùm approbasse hunc vsum conferendi habitum Tertij Ordinis S. Francisci personis sæcularibus, sed ipsummet contulisse. Non est autem verisimile, quòd tot, & tanti nominis, ac virtutis Religiosi aliquid contra formam iuris, & contra Constitutiones Capucinorum suis permissionibus, & exemplis approbassent. 8

Et licèt à sententijs contra se latis appellauerint Fratres Tertiarij, & ad Sanctam Sedem Apostolicam Capucinos prouocauerint, ac supplicem libellum tenoris sequentis S. Congregationi Em. DD. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum porrexerint, quo petebant confirmationem decreti dati anno Domini 1616. 9

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini. Aliàs die 20. *Decembris anni* 1616. *instantibus Fratribus Pœnitentibus tertij Ordinis S. Francisci emanauit decretum ab hac S. Congregatione in hæc verba; Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sancta Sede Apostolica suffultis (exceptis Capucinis) licere, mulieres ad huiusmodi habitum, recipere, atque ad ipsos eas vestiendi officium pertinere. Sed quia contra formam prædicti decreti non solùm ad dictum habitum recipiunt, sed etiam authoritate cuiusdam Episcopi freti dictos Fratres Tertij Ordinis, ne ad huiusmodi habitum recipiant impedire prætendunt in Gallia, maximè in Prouincia Normaniæ. Ideo, &c.* 10

Tamen in hoc libello multa enunciantur à veritate alienissima, & plura supprimuntur, quæ ad decisionem iuris, & facti in hac re sunt absolutè necessaria. 11

A veritate primò alienum est, quòd ad instantiam fratrum Pœnitentium emanauerit tale decretum, vt legenti constabit, non solùm quia de ipsis Fratribus in eo ne verbum quidem, sed ex subiecto, de quo agitur, apparet, esse decretum generale pro quolibet primorum Ordinum tam S. Francisci, patris Minorum, quàm S. Dominici, aut S. Francisci de Paula in quo Eminent. DD. Cardinales explicant ius, & facultatem, quam habent dicti primi Ordines supra Tertios respectiuè à se dependentes. Vnde cùm tertiarij nec sint, neque possit dici esse de primo Ordine, non potest etiam agi in hoc decreto de illorum iure, sed verè agitur de illorum subiectione, & quando huius decreti petierunt confirmationem, suæ subiectionis obtinuerunt decretum. 12

Secundò à veritate etiam abhorret, quòd Capucini illis vnquam impedierint facultatem vestiendi illas mulieres, de quibus loquitur decretum, & expressè reticuit, & suppressit Procurator in suo libello maiorem partem decreti. Agit enim decretum de mulieribus, quæ aut in Congregatione viuunt, aut in domibus consanguineorum in primo gradu, quæ habeant ad minus quadraginta annos, quæque ad minus votum castitatis emiserint, quæ habitum religiosum Ordinis, à quo dependent patenter deferant, & quæ non recipiantur absque licentia Episcopi. Et agebatur inter ipsos Tertiarios, & fratres Capucinos de personis sæcularibus vtriusque sexus, vxoratis, & non vxoratis, iunioribus, ac senioribus, quæ in domibus priuatis, etiam cum extraneis degunt, & quæ sunt non solùm liberæ ab omni voti obligatione, sed etiam quibus prohibentur vota. Ex quibus omnibus apparet Sole clarius, quàm sit alienum. Capucinos contra formam prædicti decreti illos impedire. 13

Vera autem suppressa ad Iuris & facti decisionem necessaria sunt. Primò, quod, licèt tale decretum anni 1616. non interdiceret Capucinis Tertij ordinis, vt est à S Francisco institutus pro personis sæcularibus directionem, sed tantùm earum mulierum, de quibus loquitur, tamen fuit absolutè, & expressè reuocatum per decretum subsequens anno Domini 1620. quòd declarat, Capucinos pos- 15

se, sicut & omnes alios primos Ordines, vestire eiusmodi mulieres.

16 Secundò celauerunt, introductum esse processum, se appellasse à sententijs prædictis, & rem debere diffiniri contradictoriè, & partibus auditis tam in facto, quàm in iure.

17 Quinimmò Pœnitentes Religiosi Tertii Ordinis cùm votorum obligatione ius nullum habent, nec validum priuilegium conferendi dictum habitum Tertij Ordinis personis sæcularibus.

18 Primò, quia cùm non sint à S. Francisco instituti, vt concors est omnium Doctorum, & Scriptorum Ordinis sententia, nullo iure, suis successoribus acquisito, gaudere possunt;

19 Secundò, declarauit Nicolaus IV. hoc spectare de iure naturali ad fratres Minores, quales non sunt Tertiarij.

20 Tertiò, hoc fuit declaratum contra ipsos per Commissarium Apostolicum sententia contradictoriè lata anno 1636. ad instantiam Fratrum de Obseruantia his verbis: *Super iure conferendi habitum Tertij Ordinis personis vtriusq; sexus in sæculo degentibus, rebusque alijs, dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, declaramus ius conferendi habitum Tertij ordinis S. Francisci personis vtriusq; sexus in sæculo degentibus pertinuisse, atque spectauisse, spectare, atq; pertinere ad RR. PP. Fratres Minores de Obseruantia priuatiuè quoad dictos RR. PP. fratres Tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupatos, inhibendumque fore, & esse, prout inhibemus, & prohibemus dictis Patribus Tertij Ordinis, ne sub pœna excommunicationis, & interdicti in prædicto iure conferendi habitum, & professionem recipiendi se se modo aliquo intromittant.*

21 Vnde, cùm Fratres Capucini omnibus, & singulis iuribus, & priuilegijs, quibus vtuntur, & gaudent Fratres de Obseruantia, & ipsi æquè principaliter gaudere possint, & cum Fratres Pœnitentes non habeant aut ius, aut aliud priuilegium præter id, contra quod iudicatum, & declaratum est, apertè sequitur, quòd spectet ad Capucinos priuatiuè quoad dictos Pœnitentes, & æquè principaliter sicut ad Fratres de Obseruantia.

22 Tertiò hoc fuit illis expresè prohibitum auctoritate Illustriss. DD. Episcoporum Lixouiensium, in hac parte à Sancta Sede Commissariorum in sua diœcesi, vbi incepit hæc controuersia.

23 At opponunt primò Fratres Pœnitentes, præcipuè Congregationis Gallicanæ, sed obtinuisse duo decreta, quibus declaratur, ipsos posse conferre prædictum habitum priuatiuè quoad Capucinos. Responsio patet ex supradictis. Sunt enim obtenta sub falsi enunciatione, & veri suppressione, ac per consequens nulla sunt secundùm regulam iuris, quæ vult, vt quod sub veri suppressione, & falsi enunciatione est obtentum, habeatur irritum & inane.

24 Secundò opponunt, Clementem VII. anno 1526. subiecisse Fratres, & sorores Tertij Ordinis in sæculo viuentes Generali Tertiariorum in Congregatione viuentium, ipsique facultatem, & licentiam concessisse conferendi dictum habitum. Ad quod respondetur, quòd malim credere, ac dicere, Aduersarium non vidisse, neque legisse hanc Bullam, quàm illum apertæ falsitatis conuincere. Expresè enim reticet, ac supprimit verba, quæ illam Congregationi Gallicanæ reddunt & declarant inutilem. Dicit enim hic Summus Pontifex, se illam concedere pro Regnis Castellæ, Legionis, Galliciæ, Andalusiæ, seu Vandaliæ, & ad instantiam fratris Antonij de Tablada moderni Generalis. At cum Pœnitentes Congregationis Gallicanæ non sint de his Regnis, & Generalem nusquam habuerint in sua Congregatione distinctum a Generali de Obseruantia, euidenter sequitur, quòd tali priuilegio gaudere non possint, præcipuè cùm esset concessum plusquam septuaginta annis antequam incepisset illorum Congregatio in Gallia.

25 Sed gratis concedo, quòd hoc priuilegio vti potuissent quandiù viguit; at verò non solùm fuit reuocatum à Pio V. sed & prædictus Generalis cassatus, annulatusque fuit, & perpetuò inhibitum vniuerso Tertio Ordini, ne Generalem vnquam eligeret, vt patet ex prædicta Bulla. Nec potest ignorari, quòd etiam Congregationi Gallicanæ sublatus sit Visitator generalis, quem eligere præsumpserat, & absolutè imperatum, vt in omnibus sub obedientia Patris Generalis de Obseruantia viuerent, vt patet ex Constitutione Apostolica Vrbani VIII. data anno 1641. 21. Februarij, & quæ incipit, *Saluatoris Domini*, cùm fuerit ipsis legitimè significata ad instantiam P. Lucæ Vuadinghi.

26 Tertiò opponunt, S. Franciscum, vt constat ex Chronicis, dedisse facultatem Bartholomæo Baro recipiendi ad dictum Tertium Ordinem. Respondetur primò esse concessionem specialem, factam à proprio Institutore, cui nemo successit. Secundò, hanc concessionem factam fuisse ante dispositionem iuris a Nicolao IV. explicati, qui vult & præscribit, vt Visitatores, & Reformatores sint Sacerdotes de Religione approbata. Vnde cùm nullus successerit huic Commissario, standum est iuri communi.

27 Quartò opponere possunt fratres Pœnitentes Congregationis Gallicanæ concessionem ipsis factam à R. P. Ioanne del Hiero recipiendi ad dictum Tertium Ordinem. Sed ipsius nullitas ex proprijs Procuratoris verbis conuincitur. Dicit enim, quòd eam non concessit, vt Generalis Fratrum de Obseruantia, sed quatenus subrogatus in locum Generalis Tertiariorum. Ex qua responsione apertè nulla est hæc concessio. Primò, quia talis subrogatus, vt sic, erat delegatus, & non poterat delegare. Secundò, quia vt subrogatus non potuit habere maiorem potestatem, quam is, in cuius locum subrogatus est. Certum est autem, quòd talis Generalis Tertiariorum Italiæ, in cuius locum volunt esse subrogatum prædictum Generalem de Obseruantia, nullam omnino habet, nec vnquam habuerit, ex quo restitutus est, iurisdictionem in Pœnitentes Congregationis Gallicanæ.

28 Addo, quòd licèt hanc facultatem concesserit vt Generalis de Obseruantia, non sequitur, quòd non sit inualida. Quia ad priuilegii validitatem duo requiruntur. In concedente authoritas, & in subiecto recipiendi capacitas. At deficit ex vtroque capite. Generalis enim de Obseruantia, quamuis habeat priuilegium de iure, non potuit illo vti contra præscriptum Summorum Pontificum. At Innocentius IV. expresè ipsi imperat, vt assignet Visitatores, & Reformatores, qui sint Religiosi de suo Ordine. Secundò ex parte subiecti, quia tunc temporis, quando scilicet facta est hæc concessio, non erant indubitanter professi fratres Tertiarii Congregationis Gallicanæ, cum tredecim post annis, scilicet anno 1625. maximum dubium ortum sit de votorum validitate, & remaneret adhuc, si professionem non renouassent ex Indulto Eminentissimi D. Cardinalis Francisci Barberini. Denique quando hæc concessio foret valida per priuilegium, non potest derogare iuri Capucinorum, quibus competit ex iure ordinario, & ex consuetudine immemorabili.

29 Referam denique decretum S. Congregationis Concilij tenoris subsequentis. *Sacra &c. sæpius censuit, minimè posse Sacerdotes Regulares mulierum tertij ordinis, quas de Pœnitentia, vel Bizochas vocant, confessiones Sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas. Quemadmodum nec posse illis Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis S. D. N. Iesu Christi. Quo vero ad sepulturā, atque alia priuilegia fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosq; similes ita demum Ordinis, cuius tertia Regula habitum assumpserunt, priuilegiis potiri, & ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur constitutione Concilij Lateranensis sub Leone X. qua habetur sess. 21. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi. Quinimmò huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, expresséque vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes, supradictis priuilegijs Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauit constitutione edita die prima Martij 1518. An autem prædicta qualitates in huiusmodi Tertiarijs concurrant, Ordinarij loci esse iudicium. Præterea si contingat aliquas ex supradictis Tertiarijs sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes ita demum in Ecclesijs Ordinis, cuius habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, sin minus in Ecclesiis Parochialibus sepeliendas esse decreuit. Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suf-*

fultis

lti (Capucinis exceptis) licere mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertine- t. Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas es- -, nisi probata vita, & bonis moribus praditas, atque in ata- saltem quadraginta annorum constitutas, qua de proprio ibeant unde sufficienter viuere possint, & non cum alijs vi- s quàm cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum adu sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licen- aprius impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de pra- ictis pranio examine diligenti, sibi constiterit. Verùm in hu- smodi habitu concedendo, & respectiuè deferendo omnino à tlo supra caput, quod supraiectum vocant, à pectorali, od vulgo dicitur sottogola, & à patientia abstinendum esse. Quinimo eas, qua supradicta tria, vel aliquid ipsorum de- rro deprehensa fuerint, illa dimittere, etiam per censuras cclesiasticas ab Ordinarijs locorum compellendas esse, de- rnit. Supradictis verò decretis mulieres tertij Ordinis, qua llegialiter viuunt non comprehendi, quinimo eas dispositi- onis Constitutionis Pij Papa V. edita anno 1566. quarto Ca- ndas Iulij, qua incipit, circa Pastoralis, penitus subiacere, cpressè declarat, non obstantibus quibuscumque in contra- um facientibus.

Hoc ipsum decretum confirmanit, & inuiolabiliter ser- ri mandauit Sacra Episcoporum, & Regulatium Con- egatio 20. Decembris 1616. quæ postea sequens decre- m, quod etiam Capucini de cætero vti possint priuilegio, quod babent, dandi babitum buiusmodi, emisit tenoris quentis. *Cum aliàs à Sacra, &c. decretum super babitu, qualitatibus Tertiariorum emanauerit, in quo inter alia uebatur, vt superioribus Regularibus sufficienti facultate l id ab hac sancta Sede suffultis (Capucinis exceptis) mu- ros, aliàs iuxta decretum qualificatas, ad Tertiariorum ibitum recipere liceret. Verùm quia Capucini auctoritate hac sancta Sede eorum Religioni concessa primari, ac pro- eroa maitiam apud bonos trahi, conquerebantur, Illustriss. ısdem S. Congregationis Patres eiusdem Capucinis priuile- s circa pramissas eis quomodolibet competentibus, vti & us licere, decreto huiusmodi non obstante, censuerunt, dum- odo mulieres ad Tertiariarum Capucinorum habitum ad- ittenda ad formalem, materialemque eiusdem Religionis ha- tum, & seruatis reliquis omnibus eodem decreto, admit- ntur 31. Ianuarij 1620.*

At nihilominus fuit postea declaratum, nulla priuilegia apucinis citea præmissa competere, vtpotè sublata per eue Pauli V. in quo fuit eis hoc ad instantiam Tertiario- m expressè prohibitum. Ita Sac. Congreg. Episcop. & egul. in Mazaren. 3. Decembris 1655. & in vna Capuci- orum 9. Iunij 1656.

An verò Moniales Capucinæ manutenendæ sint in asi possessione exemptionis à quibusuis vectigalibus, que oneribus, in qua reperiuntur, Sac. Congregatio munitatis in Bisinianen. proponente Reu. P. D. Meth- , respondit iuxta Bullam Leonis X. & interim Episc. eatur.

Porrò decreto *cap. 15. sess. 23.* Concilij Tridentini non mprehenduntur Regulares ratione suorum subditorum, Sac. Congregatio respondit, ex cuius etiam sententia ælati regulares, siue alij Religiosorum Confessores au- e possunt confessiones sæcularium, qui sunt de familia, continui commensales, non item eorum, qui defer- unt in eorum monasterijs, ad hoc *cap. 11. in princ. sess. 25. Regul.*

Cùmque Fratres monasterij S. Dominici de Lugo Imo- lsis diœcesis declarari postulassent, an ipsis liceret, præ- tim ex suis priuilegijs, audire Confessiones virorum, mulierum professorum Tertij Ordinis S. Dominici, que in Paschate Sacramentum Eucharistiæ ministra- , Viaticum præbere, atque Extremam vnctionem, ;ra Congregatio considerauit, præsupposito, quòd hu- modi professi eodem iure censeantur cum alijs profes- Tertij Ordinis S. Francisci, de quibus in Glossa *Clem. s ex eo de sent. excom.* eorum non esse aliquam Religio- m, sed modum quendam viuendi approbatum à Sede Apostolica nec dici plenè translatos ad Ordinem, vt desi- nt asse de sæculo Cardinal. *in Clem. per litteras num. 9. de b.* Quod cum ita vt sit, non magis horum, quàm alio- s sæcularium confessiones prædictos Religiosos audire se iuxta *cap. 15. sess. 23.* vbi priuilegijs quibuscumque derogatum est, & amplior derogatio habetur in Bulla Pij IV. reuocatoria omnium priuilegiorum sub quibusuis formulis in his, quæ Sacro Tridentino Concilio sunt contraria. Ex quo sequitur, tales Religiosos non esse proprios Sacerdotes horum professorum, ac proindè non posse eisdem Sacramentum Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ in Paschate ministrare iuxta *cap. Omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss.* Idemque iuris esse de Viatico. Siquidem præcedente confessione exhiberi debet *cap. 7. de prapar. qua adhibenda est sess. 13. in decreto de Sanctiss. Euchar. Sacram.* De Extrema vnctione non esse iudicium Sac. Congregationis, sed tamen constare eius administrationem, sicut aliorum Sacramentorum pertinere ad Parochum, de cuius parochia dicuntur esse tales professi, nisi speciali priuilegio sint exempti.

CONSVLTATIO XXXV.

An Clerici pro sui ordinis gradu vestibus sacris sepeliendi sint?

1 NOn licere Sacerdotum corpora cum sacris vestibus sepelire, tradunt Palud. *in 4. d. 24. quæst. 5. art. 2. concl. 4.* Syluest. *v. Benedictio num. 8.* quo in loco absolutè dicit, non esse mortuos prætextu pietatis sacris vestibus induendos, & loquitur etiam de sacerdotibus, subditque, quando Sacerdotes, vel Episcopi huiusmodi vestibus sepeliuntur, illas non debere esse benedictas, Azor. *p. 1. l. 10. cap. 28. quæst. 14. in fin.* qui tamen id excusat ratione consuetudinis. Probatur ex *cap. Nemo, de consecr. d. 1.* ibi: *Nemo per ignorantiam Clericum mortuum credat obuoluendum, aut Diaconus scapulas operire velit palla, qua fuit in altari, aut certè qua Diacono data est in mensam Domini.* Et ex Concilio Atuernense *cap. 3.* ibi: *De opertorio Dominici corporis, seu palla altaris numquam Sacerdotis corpus, dum ad tumulum deuehitur, obtegatur, quia sacro velamine vsibus suis reddito dum honerantur corpora, altaria polluuntur.* Hinc ex *cap. Vestimenta, de consecr. d. 1.* vestes sacræ non sunt adhibendæ, nisi in Ecclesijs officijs Deo gratis, & ideò non possunt inseruire pro sepultura defunctorum.

2 At verò licere, atque debere sepeliri vestibus sacris, tenendum videtur. Concilium namque Valentinum celebratum in Hispania tempore Ioannis Primi anno Domini 524. & Theodorici Regis 15. de quo Binius *tom. 3. pag. 420.* rectè monuit in fine *cap. 4.* quod mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus obseruetur, nempè eos sacerdotali vestimento indutos exponendi, & sepeliendi exemplo sacerdotum legis Mosaicæ iuxta animaduersionem Nicolai de Lyra dicentis *Leuit. cap. 10.* Ex hoc autem, quòd Nadab, & Abiu fuerunt sepulti cum vestibus sacerdotalibus inoleuit consuetudo, quod Sacerdotes nouæ legis cum vestibus sacerdotalibus sepeliantur, qualem ex Beda testante, Cuthibertum ita sepultum in Anglia arguit fuisse morem in Ecclesia Romana antiquum Amalaricus Fortunatus, Episcopus Treuerensis *de Eccles. offic. lib. 4. cap. 21. Biblioth. Sacr. tom. 10. col. 497. cum seq.* inquiens, non est dubitandum, quin ipse mos esset apud Romanam Ecclesiam in hac re, qui apud Anglos fuit, præsertim cum ex illa primum Episcopum Augustinum haberent Angli Saxones, & eo tempore, quando celeberrima fuit Romana Ecclesia propter auctoritatem doctissimi eius Episcopi Gregorij, cuius moris etiam ex antiquis Ritualibus meminit Durand. *Ration. lib. 7. de offic. defunct.* idemque nouissimè comprobauit Io. Baptista Casalius *de veterib. Sacris Christian. ritib. cap. 67. §. Mos quoque.*

3 Idemque asseruit Gloss. *in d. c. nemo 40. v. mortuum, de consecr. d. 1.* ibi: *Nam Clerici mortui induuntur vestibus sacris, & in cap. 2. v. sepeliri, de auct. & vsu pall.* inquiens prohibitionem iuris ciuilis *in l. Et si quis impediat 14. §. funeris causa, v. non autem oportet, ff. de relig. & sumpt. funer.* quòd ornamenta, & alia huiusmodi non debeant cum corporibus condi, non procedere in Clericis, quia speciale est, vt sepeliantur cum vestimentis sacerdotalis spiritualibus, quam sequuti sunt Abb. *quæst. 3. num. 7.* subdens, non esse hoc prætermittendum in Episcopis, & Sacerdotibus, Asinius *d. §. funeris causa in fin.* Lancellot. Corrad. *in templ. omn. Iud. lib. 2. cap. 5. de Episc. num. 17.* Iulius Lauor. *elucubr. var. tit. 2. cap. 1. num. 11.* & Anton. Mo-

Digitized by Google

Monach. *de execut. in vestib. cap.9. de vestib.mortui num.*19. & alios referunt.

4 Hinc in Concilio Mediol.6. *tit. quæ ad funera pertinent*, §.2. *tom.9.* Binij cautum fuit, quòd Clericus mortuus vestitu clericali, quem Ordinis sui ratio deposcit, indutus efferatur, diaconali veste Diaconus, sacerdotali Sacerdos, clericus superpelliceo, tonsuraque ornatus, itidemque alij pro Ordinis ecclesiastici gradu.

5 Idque ita etiam legitur expressum in Theatr. vit. hum. *lit. C. tit. Cadauerum cura*, §. *vestitu ornata litt.H. vers. Principum* defunctorum, & Sacerdotum cadauera sui, vel ordinis, vel Principatus insignibus ornata certo tempore exponuntur conspicienda, priusquam tumulo inferantur, quin Sacerdotes passim ornamentis sui ordinis tumulantur, & feretro calicem aureum vna cum aqua, & vino imponi mos obtinuit.

6 Latiùs verò à Iulio Lauotio *d. tit.2. cap.1.* dicente *num.94.* nostris temporibus Romani Pontifices, Cardinales, Episcopi, & alij in Ecclesiastico ordine constituti, vestibus suo ordini congruentibus in morte induuntur, addito *num.98:* Sacerdotes primum vestibus suis ordinarijs vsque ad vestem talarem inclusiuè, posteà amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, & planeta violacei coloris induuntur, Ritual. Roman. *de exeq. in princ.* Et licèt ibi de deferendis calice, & missali oolla fiat mentio, nihilominus vbi adest consuetudo, prout est Romæ, quoad calicem seruanda erit, reddendo rationem, quia vestes sacerdotales virtutes significant, cum quibus præ cæteris Sacerdotes sunt Deo præsentandi *num.99.* Diaconus, amictu, alba, cingolo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quæ sub axilla dextra annectatur, & dalmatica violacea, *num.* 100. Subdiaconus amictu, alba, cingulo, manipulo, & tunicella, *num.* 101. Alij verò inferiorum ordinum Clerici superpelliceo super vestem talarem ornari debent, singuli prædicti com tonsura, & biretis suis ex Rituali *loc. cit.* Inde colligendo, quòd Clerici indui debeant illis indumentis, quæ requirunt ordines ab ipsis suscepti, cum declaratione tamen, quòd licèt in alijs Ordinibus propter paupertatem hæc sæpius omittantur, in Sacerdote tamen, & Episcopo nullo modo prætermittendum est, teste Durando *in rational. d.lib.7. cap.35. num.*40. qui præterea in præcitato *num.*111. concludit, quòd Clerici sepeliri debent cum sacris vestibus congruentibus Ordini singulorom, animaduerso quoque *num.*103. ex Liuio *de bell. Macedon. lib.*4. quod olim apud Ethnicos Sacerdotes defuncti purpura condebantur. Eundem morem apponendi calicem, & crucem supra pectus defuncti, legimus de S. Birinio Episcopo apud Surium *tom.6. die 3. Decembris.*

7 Atque ideò licitum esse defunctos Sacerdotes indui ornato sacerdotali, docent Gloss. *in d. c. Nemo, v. mortuum, de consecr. d.*1. Suarez *disp.*91. *de Euchar. sect.*8. §.4. *ad denuum*, Regional. *lib.29. prax. for. pœnit. cap.9. sect.8. num.*203. Richar. *tract.5. de Sacrament. disput.4. dub.*11. *num.*229. Ludou. à S. Ioan. *in summ. quæst.*11. *de Euchar. art.*20. *dub.2. concl.*1. Faust. *lib.2. de Euchar. quæst.*261. Et pro confirmatione potest sufficere praxis, & obseruatio, de qua constat seruatam fuisse vsque à temporibus S. Gregorij *lib.4. dialog. cap.*40. vbi Cardinalis Diaconus Paschasius in feretro dalmatica fuit indutus, *& lib.4. Registr. epist.*44. eadem dalmatica induebantur Summi Pontifices. Legiturqoe apud Damasum in Pontificali *cap.*28. & apud Platinam, & alios in Eutychiano, Eutichianum ordinasse, vt Martyres sine dalmatica, seu colobio purpureo non sepelirentur, traditque Baronius *ann.283. num.*4. Fitque mentio de plurimis Sanctis, qui sacerdotalibus vestibus fuerunt sepulti, vt de S. Gebardo Episcopo Constantiensi, Canisius *antiq. lect. tom.*6. de S. Annono Archiepiscopo Coloniensi apud Surium *tom.6. sub die 4. Decembris*, ac de S. Corbiniano Episcopo Frigiensi *tom.4. die 8. Septembris* apud eumdem Surium, & alios. Accedit etiam ratio. Nam pietas erga defunctos exigit, quòd cum honore sepeliantur, & ideò Sacerdotes non debent sepeliri sicut sepeliuntur ordinariæ personæ, sed tanquam personæ Deo consecratæ, & tamquam publici ministri Christi, & Ecclesiæ in ordine ad offerendum sacrificium, & ideò, vt pro talibus cognoscantur, sepeliri debent. Vnde hanc consuetudinem licitam esse, ac religioni, & pietati satis consentaneam conuincitur. Nam actus sepeliendi defunctum est actus pietatis, seu misericordiæ, & circa personam sacram potest esse actus religionis.

8 Non obstat *can. Vestimenta, de consecr. d.*1. Nam cùm vestes sacræ adhibentur ab ornandos defunctos Sacerdotes, adhibentur in officio Ecclesiastico, quia sepultura est pars illius officij, quod consistit in exequijs, & consequenter etiam ornatus corporis defuncti, quando tanquam persona Deo consecrata illis ornatur, ac proinde illis vti ad hunc actum non est adhibere illas in vsibus profanis, sed in actu pietatis, & religionis. Quod si quando huiusmodi vestes iam sunt attritæ, religiosè comburuntur, vtique maiori ratione possunt, vt ait idem Suarez loco allegato, cum persona sacram sepeliri, & illam simol decenter ornare.

9 In textu autem *cap. Nemo, eadem d.* disponitur tantùm de laicis defunctis, vt ibi notat Gloss. *d.v. mortuum*, non autem de Sacerdotibus. Rursus non disponitur, quòd non induantur Sacerdotes vestibus sacris, sed loquitur solùm de palla, hoc est de corporali, vt ibidem notat Glossa, & Suarez eo loco, ac desumitur *ex citato can.* Concilij Aruernensis, his verbis: *De opertorio Dominici Corporis, seu palla altaris*, qua prohibet cooperiri, aut obuolui defunctos. Id autem prohibetur de corporali, quia tangit Corpus Domini, & quia nihil pertinet ad indumenta sacra, respectu quorum adest congruentia, quòd tanquam propria insignia concedantur ijs, qui illis vsi sunt in vita. Concilium autem Aruernense eo *cap.*2. tollit abusum cooperiendi corpus defuncti Sacerdotis palla, seu corporali ea ratione, quia polluuntur altaria, dum corporali, quod prius defuncti corpus texit, redditur pristino vsui altaris. Vnde non habetur in consideratione, quod ipso tegatur corpus defuncti Sacerdotis honoris causa, sed quod postquam huic muneri inseruiuit, inseruiat rursus altari. Quæ ratio non habet locum, quando sacris vestibus induuntur corpora defunctorum Sacerdotum, siquidem cum ijs sepeliuntur. Neque etiam in præsenti casu locum habet dispositio, quia non disponit de ornatu sacerdotali, sed de palla, seu corporali.

10 At nihilominus non esse saltem necessarium, quòd corpora defunctorum Sacerdotum sepeliantor cum sacris vestibus, sed satis esse, quod illis solùm induantur, donec fuerint exposita, statuendi fiduciam præbent in primis dictus textus *in can. Vestimenta, & in can. Nemo, de consecr. d.*1. qui licèt loquatur de palla altaris, siue corporali, ad vestes tamen sacerdotales non immeritò extendunt Paludanus, Syluester, & Azoriùs anteà citati, quibus concinit Rituale Romanum iussu Pauli V. editum, in quo apertè habetur, Sacerdotem, aut cuiusuis ordinis Clericum defunctum vestibus suis quotidianis communibus vsque ad talarem vestem inclusiuè, tum desuper sacro vestitu sacerdotali, vel clericali, quem Ordinis sui ratio deposcit, indui debere. Idem decernit Concilium Mediolanense. Non igitur sepeliri. Id, quod etiam D. Hieronymos in vita Pauli primi Eremitæ ad finem minimè probare videtur, his verbis: *Parcite quæso vobis, parcite saltem diuitijs, quas amatis. Cur & mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? An cadauera nisi in serico putrescere nesciunt?*

11 Accedit ratio. Nam honor, qui debetur viuo, debetur & mortuo per textum *in l. apud Celsum*, §. *aduersus, ff. de excus.* Vnde pietas erga defunctos exigit, quòd cum honorem patentetur. Hic autem honor non potest Sacerdotibus exhiberi, nisi dum publicè exponuntur cum vestibus sacris, & ideò sufficit, quòd pro talibus cognoscantur in funere, non autem in sepultura.

12 Neque refragatur mos antiquus. Primò, quia illi contraria consuetudo derogauit, præsertim cùm Sacerdotum, nullam plebem sibi subiectam habentium numerus auctus fuerit. Secundò, quia mos ille non fuit promiscuè obseruatus, nisi solùm, vel vt plurimum in Sanctis, vel in Episcopis, vel in Cardinalibus, vel denique in Summis Pontificibus, vt de S. Guthberto apud Amal. Fortunat. *de Eccles. offic. lib.4. cap.*41. De Martyribus cum dalmatica, seu colobio sepultis, D. Gregorius apud Baronium *ad ann.283. num.* 3. De S. Birino Episcopo apud Suriom *tom.6. die 3. Decembris.* De S. Gebardo Episcopo Constantiensi, Canisius *antiq. lect. tom.6.* de S. Annono Archiepiscopo Coloniensi idem Surius eo *tom.6. sub 4. die Decembris.* De S. Corbiniano Episcopo Frigiensi idem *tom.4. die 8. Septembris.*

De

ꝛe Cardinali Diacono Paschasio, D. Gregorius *lib. 4. Diag. cap. 40.* tametsi in feretro tantùm dalmatica fuisse indutum dicat, *& lib. 4. Regstr. cap. 44.* eadem dalmatica indutos fuisse Summos Pontifices testatur.

Verùm, quia dictum *can. nemo de consecrat. d. 1.* notat Glossa, *v. mortuum*, intelligi de laico, quia inquit, & Clerici mortui benè induuntur vestibus sacris, extatque *can. nullus mortuus 18. 13. quæst. 2.* qui tamen id non dicit, sed tantùm ait, nullum laicum intra Ecclesiam sepeliri debere, nisi sint fideles laici, aut Episcopi, aut presbyteri. Panormitanus quoque *quæst. 3. num. 3.* sequitur dictam Glossam, & ait, sepeliendos Clericos cum vestibus proprij ordinis, maximè Episcopos, & presbyteros, quamuis D. Clemens in *epist. 2.* ad Iacobum Fratrem Domini, vnde sumptus est Canon, absolutè de omnibus loquatur. *Nemo*, inquit, *per ignorantiam Clericus palla mortuum cedat obuelendum, aut Clericus scapulas operire velit, quæ fuit in Altari, aut certè, quæ data est in mensam Domini*, vt putarem Clementem loqui de palla tantùm, & non prohibere, quin alijs vestibus ordinis quis sepeliatur indutus.

Hoc probat etiam in sepultura Episcoporum, & presbyterorum, quos negat sepeliendos sine vestibus Ordinis Rebuffus *in præfat. tractat. de sentent. prouisional. num. 48. & seq.* Quia, inquit, vestes sacerdotales significant eorum virtutes. Mos tamen fuit aliquando gentium sepeliendi cum vestibus, & alijs rebus pretiosioribus, vnde & orta actio sepulchri violati in eos, qui spoliassent sepulta cadauera, *l. Prætor ait 7. §. aduersus eos de sepul. viol. lib. 47. ff. tit. 2.* Morem hunc reprobauit Vlpianus *in l. & si is impediat 14. §. non autem de relig. & sumpt. fun. lib. 11. tit. 7. non oportet*, inquit, *ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud huiusmodi, quòd homines simpliciores faciunt*. Et Lactant. *lib. 2. de orig. error. cap. 4.* Vnde rectè respondisse videtur Rebuffus, non restitui executori testamenti expensas, quas fecit pro emendis vestibus, vt in his mortuus sepeliretur, exceptis presbyteris, & Episcopis. Quia ista etiam mandata, vt aliæ inanes voluntates defunctorum contemni ab hæredibus impunè possunt, vt *l. fin. de aur. & arg. leg. lib. 34. tit. 2.* Atque ita Marianus in seruo alieno *l. 13. §. fin.* ex auctoritate Papiniani *de* ... *13.* statuit ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam, veluti vestes, & similia superuacua, non valere. Ipsumque sanxisse Lygurgum, refert Alex. ab Alex. *lib. genial. cap. 2. & lib. 6. cap. 4.* & consentit S. Scriptura secundùm Baldum. Vide Tholosan. *lib. 33. syntagm. cap. 33. num. 29. & seq.* Hinc tamen existimet vestes lugubres pauperibus elargitas in sepulturis prohiberi. Quia istæ ad eleemosynas pauperum pertinent, nec sepeliuntur cum mortuo, quamquam quidam ad pompam solùm abutantur, sed abusus malorum bonis institutis non officiunt. Ideò concludo Clericos pro sui Ordinis gradu vestibus sacris sepeliendos esse.

CONSVLTATIO XXXVI.

An, & quatenus Canonico absenti causa litis debeantur distributiones quotidianæ?

REgula est, quòd distributiones dentur interessentibus diuinis officijs, quia sunt fructus laboris, & operæ, ... ius *in cap. vn. de Cler. non resid. in 6.* ibique Gloss. *verbo veritas*, cæterique Doctores, Sac. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform.* & prosequuntur Monet. *distribut. par. 1. cap. 1. num. 13. & part. 2. quæst. 14. num. 97.* Seraph. *decis. 1131. & 1140. num. 1.* Gregor. XV. *decis. 154. num. 2.* Gonzal. *super regul. 8. Cancell. §. 6. proœm. num. 165.* Mellio. *decis. 113. num. 1.* Rota in Romana pensionis 23. ... 1644. coram Meltio. Suorque constitutæ ad augendum diuinum cultum, vt nimirum Canonici, alijque Beneficiati ei debitum omnibus in rebus obsequium præstent, *num. 1. in fin. de reliq. & vener. Sanctor.* Abb. *in cap. licèt in* ... *tot ab. de præb.* Rota in d. Romana pensionis coram Mel... *§. vltimo.*

Aduersus hanc regulam ad hoc, vt absens distributiones lucrari possit, duo copulatiuè requiruntur, licentia Episcopi, & iusta causa. De licentia loquitur Gloss. *in cap.* ... *atum, v. Prælatorum, de Cler. non resid.* Abb. *in cap. Inter quatuor num. 4. eod. tit.* Felin. *in cap. fin. limit. 6. de mag.* Rot. *decis. 468. num. 3. & decis. 608. num. 1. in fin. par. 1. recent.* Adeò quòd ne sufficiat quidem licentia tacita, sed debeat esse expressa, Add. ad Gregor. *decis. 154. num. 8.* De iusta verò causa est textus *in d. cap. vn. de cler. non resid. post med.* ibi: *exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret*, quod in vsum reuocauit Tridentinum *dicta sess. 24. cap. 12.* & tradunt Seraph. *decis. 1131. & 1140. num. 1.* Gregor. XV. *decis. 104. num. 2.* omninò videndi. Et de vtraque est Rota *decis. 401. num. 2. par. 1. & d. decis. 608. num. 1.* & in Burgen. residentiæ coram Plato apud Marchesan. *par. 1. fol. 132. num. 1.* & Addun. ad Gregor. *loco citato*, ac declarauit Sacra Congregatio Episcoporum in Lancianen. 4. Aprilis 1607. inquiens, quòd causa iusta debet approbari non solùm à Capitulo, sed etiam ab Ordinario.

Vt autem ex causa litis, quis dicatur iustè abesse, ac proinde distributionibus gaudere, distinguendum est. Aut 3
enim lis est super iuribus beneficij, præbendæ, dignitatis, &c. & hoc casu, quia agitur de vtilitate Ecclesiæ, concurrente Episcopi, & Capituli licentia, lucratur distributiones. Congruum quippè rationi est, quòd qui pro vtilitate sui Canonicatus absens est, illius distributionibus non priuetur. In his terminis loquitur *decis. 662.* Seraphin. *num. 2.* Aut lis est super titulo, & eo casu, quia non agitur de aliqua vtilitate Ecclesiæ, lis dicitur fieri ad proprium commodum, & non lucratur distributiones. Sic idem Seraph. *decis. 462.* Gonzal. *super Regul. 8. gloss. 6. num. 267.* Garz. *de benef. par. 3. cap. 2. num. 47. cum binis seq.* vbi in additione refert, ita decisum fuisse dubium transmissum à S. Congregatione, firmatque quòd absens causa suæ litis nunquam potest lucrari distributiones. Quia nihil interest Ecclesiæ, quod hic potius, quàm ille Canonicus habeat pinguiorem præbendam, quandoquidem è Collegio Canonicorum res exire non debet, Felin. *in cap. ex litteris num. 6. de præb.* & ita declarauit sæpissimè Sac. Congregatio super Episcopis. & Regularibus, nempè pro tempore litis concernentis principaliter commodum Ecclesiæ, vel Capituli, secus si secundariò, deberi distributiones, vt in Mediolanen. 17. Septembris 1602. in Firmana 14. Iunij 1606. in Neritonen. 6. Decembris eiusdem anni, in Papien. 7. Septembris, & in Lancianen. 17. Nouembris 1628. Idem censuit per textum *in cap. ex parte 13. & cap. vn. de Cler. non resid. in 6.* ac per Rot. in Burgen. coram Seraphin. 4. Maij 1584. quod pro lite, vel seruitio Ecclesiæ licitè quis possit abesse, ac fructus, & distributiones quotidianas percipere, licèt in Ecclesia residere iussisset, nec propterea priuari possit, vt in Iuuenacen. 1. Octobris 1602. & sub 4. Februarij 1603. etiam censuit, Sanctissimo approbante, Canonico absenti pro euidenti suæ Ecclesiæ vtilitate deberi distributiones quotidianas, nisi ipsi Canonico esset constitutum salarium, vel nisi adesset consuetudo in illa Ecclesia, quòd distributiones huiusmodi Canonico minimè deberentur. Præsertim cùm æquè benè possit litem suam prosequi constituendo Procuratorem in Curia, sicuti fuit resolutum in Licien. fructuum 25. Aprilis 1603. coram Card. Pamphilio *& dict. decis. 468. num. 2. par. 1. recent. & decis. 1131. num. 1.* Seraphin. *& decis. 401. num. 3. par. 3. recent.*

Verùm quoad licentiam obtinendam ab Episcopo, & 4
Capitulo requisitam *ex d. cap. Relatum, de Cler. non resid.* atque ex Concilio Tridentino *cap. 1. sess. 23. de reform.* dicendum est, solùm esse necessariam in Episcopis, & Curatis, non autem Canonicis non exercentibus curam animarum, sed habentibus legitimam absentiæ causam de iure permissam, vt ex Barthol. de S. Faust. *de hor. canon. lib. 3. quæst. 9.* Ricc. *in collect. decis. 2437. par. 6.* & pluribus alijs tradit Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 4. sub num. 26.* Et ideò Doctores tenentes, requiri causam, & licentiam, non debent intelligi de causa, quæ reperitur in iure speciatim expressa, sicuti est causa defensionis propriæ dignitatis, vel præbendæ, vel Ecclesiæ per textum *in cap. ex par. 2. de Cler. non resid.* Quia tunc dubitari non potest de causa legitima, tanquam à iure approbata. Vnde sic absens dicitur habere licentiam ab ipso iure, vt distinguendo probat Garz. *de benef.* postquam paulò antè contrarium dixisse videbatur *par. 3. cap. 2. num. 9. & 96.* Præsertim si Canonicus litigaret cum suo Capitulo; quia Capitu-

lum

Digitized by Google

lum ea propria culpa lucraretur cum iactura Canonici, vt in specie Rota in Salmantina fructuum 2. Iunij 1611. coram Remboldo, quam refert, ac sequitur Add. ad Gregor. *decis.* 154. *num.* 8. *in fin.* Quare, vt distributiones quotidianæ debeantur Canonico absenti ex iusta causa, satis est, quòd faciat suas protestationes, saltem si causa non est notoria, secus autem quando est notoria, Rota apud Farinac. *par.* 2. *tom.* 1. *decis.* 244. *num.* 1.

5 Non obstat Monet. *par.* 1. *quæst.* 3. *num.* 3. Quia loquitur in genere de causa iusta. Neque Gratian. *discept.* 591. *num.* 34. *& seq.* Quia loquitur, quando Canonicus fuit iniustè impeditus quominus resideat, vel deiectus à sua possessione. Neque Seraph. *decis.* 662. *num.* 2. Nam agit de fructibus, qui sunt longè diuersi à distributionibus, quia illos percipit omnis beneficiatus, etiamsi non resideat, distributiones verò quotidianæ non dantur, nisi ijs, qui statis horis intersunt, vt firmat idem Monet. *par.* 2. *quæst.* 2. *num.* 27. *&* 39. Neque Buratt. *decis.* 694. *num.* 5. Quia loquitur de causa necessaria absentiæ, nullum verò facit verbum de lite particulari in proprium commodum. Neque Gregor. XV. *decis.* 154. *num.* 8. Quia nedum non commemorat litem aliquam, sed Rota ibi *num.* 2. tenet expressè contrarium, quòd scilicet distributiones non debeantur non interessentibus, nisi concurrente vna ex tribus hisce causis, nempè infirmitas, iusta, & rationabilis corporis necessitas, aut euidens vtilitas Ecclesiæ. Neque tandem Beltram. *in addit. ad d. num.* 8. Nam, vltrà iustam causam, requirit licentiam Episcopi, & quidem expressam non suffragante tacito consensu ex pluribus decisionibus ab ipso relatis.

6 Secus verò dicendum est de distributionibus, vt aiunt, massæ grossæ, quas absens pro defensiona iurium sui Canonicatus, & præbendæ, vel ea alia legitima causa lucratur, per Glossam singularem *in d. cap. vn. v. receperit, post med. de Cler. non resid.* & ibi notant plures ex Canonistis, quos sequitur Monet. *de distribut. par.* 1. *qu.* 3. *& seqq.* ac latè Gratian. *d. discept.* 591. *à num.* 34. *tom.* 3. Seraphin. *d. decis. lib.* 2. *num.* 2. Buratt. *dict. decis.* 694. *num. etiam* 2. Rot. *decis.* 467. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* & declarauit Sac. Congregatio Concilij in vna Bononien. 20. Aprilis 1653. *ad dict. cap.* 12. *sess.* 24. *de reform.* & anteà declarauerat Sacra Congregatio super Episcopis 4. Septembris 1592. per *cap. Postulastis*, §. *Licet, de præb.* per hæc verba: *Sacra, &c. censuit, absentes iusta causa ex quo non dantur distributiones, lucrantur suam partem massæ grossæ, quæ non sunt propria distributionis, sed diuiditur inter capitulares in locum præbendæ, demptis tamen punctaturis, quæ subrogantur distributionibus.* Etiamsi litigaret contra Capitulum suæ Ecclesiæ, cùm speciale sit, posse Canonicum litigare cum suo Capitulo ad consequendum fructus suæ præbendæ, vt in puncto respondet Rota præallegata *dec.* 467. *num.* 1. *& seq. vers. secus est in casu nostro*, quo lis erat pro defensione propriæ dignitatis. Ac ita vt, neque obstet statutum denegans fructus ei, qui non præstitit integrum seruitium, quique non repetitur præsens illorum diuisionibus. Nam intelligi debet cum exceptione legitimi impedimenti iuxta intelligentiam iuris communis, Rot. *cit. dec.* 467. *num.* 3. & Buratt. *d. decis.* 694. *num.* 4. *&* 5. ac censuit eadem Sac. Congregatio Concilij sub die 27. Martij 1634. in alia Bononiensi.

CONSVLTATIO XXXVII.

An Regularis, prætendens professionem suam emisisse per vim, & metum, aliamue causam, possit etiam post quinquennium, dare de nullitate suę professionis? &

An professio sit nulla, si non emittatur in Monasterio, in quo Nouitiatus peragitur?

1 AD primum. Videtur posse, si durante toto quinquennio perseuerauerit impedimentum cùm de iure communi, licet daretur annus ad reclamandum *cap.* 2. *de Regul.* si tamen Monachus intra annum reclamare non potest, puta, quia semper perdurauerit metus, illi non imputatur, vt *in d. cap.* 2. notat Glos. *fin.* & facit textus *in cap. constat* 1. *qu.* 1. cum notatis *in cap. ad id, de sponsal. & in cap. de illis, de despons. impub.* Ex regulis enim iuris, impedito non currit tempus, *cap. imputari*, vbi latè Gloss. *de reg. iur. in* 6.

2 At nihilominus censeo, non esse recedendum à contraria opinione, nempè quòd post Concilium Tridentinum non possit dari de nullitate professionis post quinquennium. Ea est ratio, quia præfatum Concilium *sess.* 25. *de regul. cap.* 19. quadam veluti præscriptione decreuit. *Quod quicumque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit duxerit coram Superiore suo, & Ordinario.*

3 Ex his namque verbis generalibus, quæ omnem casum comprehendunt, quilibet post quinquennium excluditur ad textum *l. in fraudem*, §. *fin.* vbi Bald. *de milit. testam.* Dec. *cons.* 5. *num.* 1. *& cons.* 536. *num.* 9. Loquitur enim per dictionem taxatiuam *tantum*, cuius natura est, id solùm concedere, quod affirmat, & præter id omne aliud excludere *l. fin. C. de patrib. qui fil. detrax. l. contractus, de regul. iur.* Bartol. *in l. vn. num.* 1. *&* 13. *ff. si quis iurisd. non obtemp.*

4 Præterea cùm de iure communi fuerit prouisum omnibus alijs casibus, nec dari possit instantia causæ, vel casus, qui de iure communi non sit decisus, oportet, quod verba Concilij aliquid operentur, restringendo textum Concilij ad dictam præscriptionem quinquennij, aliàs hoc decretum euanesceret. Et hanc fuisse mentem Patrum Concilij certum est, qui, cùm non ignorarent dispositionem iuris communis, moti sunt ad ita disponendum propter tot scandala, quæ ex licentijs illuc vsque concessis, & ex causis huiusmodi in dies oriebantur.

5 Hinc meritò Sac. Congregatio Concilij declarauit in similibus casibus denegandam audientiam. Quam declarationem fa. me. Gregorius XIII. confirmauit in hæc verba. *Felicis recordationis Gregorius XIII. ex sententia Congregationis Concilij declarauit, eos, qui per vim ac metum se ad Religionem professos prætenderint, nisi intra quinquennium reclamauerint, eo elapso, non esse audiendos, tametsi allegarent vim, ac metum semper durasse.*

6 Et aliàs etiam eadem Sac. Congregatio ita declarauit. *Quæritur, vtrum vigore Constitutionis Sixti V. sub annum 1587. incip. Cùm de omnibus, possint nunc hi Capucini reclamare, non obstante illius reuocatione, quam reuocationem in Ordine non fuisse receptam, aut saltem nunquam sibi innotuisse affirmant? Sacra Congregatio Concilij respondit, obstare lapsum quinquennij eiusdem Concilij decreto præfixi, ac proinde non posse reclamare.*

7 Non obstant in contrarium adducta. Quoniam post Concilium non habent ampliùs locum.

8 Ad secundum affirmatiuè respondendum videtur. Quia Capitulum, seu Prælatus Conuentus, ad quem Nouitius transfertur ad professionem emittendam, non probauit illum per annum, vnde non potest eum admittere ad professionem. Quod quidem confirmatur ex Tridentino *sess.* 25. *cap.* 11. *de Regular.* Ibi enim irritantur omnes professiones, quas non præcesserit anti.is integer probationis ab habitu suscepto. Hæc autem probatio per totum annum non requiritur à Tridentino, vt materialiter, ac mortuo modo se habeat, sed vt formaliter influat in admissionem ad professionem. Quia finis legis est experiri Nouitium, & cognoscere, an sit habilis pro Religione. Non potest autem Capitulum Conuentus, ad quem Nouitius transfertur, hoc experiri, atque adeò totum illud probationis tempus, in quo Nouitius fuit in domo Nouitiatus materialiter, ac mortuo modo se habuit, nec influit aliquo modo iuxta mentem Concilij in admissionem ad professionem, sed proinde se habuit, ac si non præcessisset. Vnde non potest dici, quòd præcesserit integer probationis annus eo modo, quo requirit Concilium.

9 Verùm communis sententia est, professionem huiusmodi esse validam. Quia nullo iure cautum est; vt professio fiat in eodem loco, vbi paratus est Nouitiatus. Hanc probant Dian. *par.* 9. *tract.* 7. *resolut.* 4. ibique Bordoo. & Pellizzarius, Lezan. *cons.* 8. *num.* 30. & antè eos Sanch.

lib.

ſ. *in Decal. cap.3. num.12.* Armill. *v. Profeſſio num.2.* gel. *eod. v. num.3.* Lopez *lib.2. tit.7. part.* 1. Rodriq. .2. *ſumm. cap.8. num.12. & tom.3. quaſt. regul.a. art.8.* in. Gloſ. *in cap. porrectum, v. Monachum, de Regul.* ue Abb. *num.7.* Henric. *in cap. fin. num.5. qui Cler.* ue.

ad rationem obiectam reſpondeo ſufficere, quòd ha-tur informatio de Nouitio a Prælato Monaſterij, in illeſuum nouitiatum petegit, quæ informatio eo ip-quòd ab illius Superiore tranſmittitur ad emittendam feſſionem in alio Monaſterio, cenſetur obtenta, cùm transfetatur ad profitendum, niſi qui repertus fuerit neus.

CONSVLTATIO XXXVIII.

authoritate Metropolitani al qua diſcutiuntur?

An Metropolitanus punire poſſit crimina notoria ſub-ditorum, præſertim officialium Suffraganeorum?

An inferatur à Suffraganeo concubinarijs grauamen, lum eos monens ſub pœna pecuniaria, & in iuris ſubſi-lium excommunicationis, eos excommunicat?

An iuſtè Suffraganeus excommunicare poſſit, tanquam contumaces, allegantes, non poſſe accedere ad Curiam Epiſcopalem ob non tutum acceſſum ad ſe examini ſubi-ciendum?

An à ſententia declaratoria excommunicationis ob bratenſam Clerici percuſſionem Metropolitanus rectè admittat appellationem?

AD primum affirmo ex deductis à Gennenſi *in prax. cap.88. num.12.* per hæc verba: *Vndecima autho-as notabilis eſt, quòd Archiepiſcopus poteſt in tota Pro-cia punire omnia delicta notoria ſubditorum ſuffraganeo-, cap.1. §. notoria, de cenſ. in 6. qui textus communiter Doctoribus extenditur, vt procedat extra viſitationem om-tempore.*

Non obſtant decreta Sacræ Congregationis ſuper Epi-pis incip. *Ad tollenda.* Quia in illorum principio præ-uatur, vt Metropolitani poſſint procedere contra ſub-os Suffraganeorum in caſibus à iure expreſſis, qualis eſt us iſte.

Præſertim ſi dicti ſubditi proruperint in hæc crimina ucia, ſine colore officiorum tanquam officiales Suf-ganeorum, iuſtitiam contemnendo. Quo caſu ea-n Sac. Congregatio aliàs ſub die 15. Februarij 1642. de-rauit, Metropolitanum, etiam in prima inſtantia eſſe dicem competentem in cauſis contra officiales Suffraga-orum.

Ad ſecundum affirmatiuè. Tum quia dum in monitorio comminata pœna excommunicationis, niſi præuio man-to pœnæ pecuniariæ, & præcedentibus diligentijs de illo equendo, excommunicatio ferri non poteſt, idem Ge-en. *loc.cit. cap.68. num.1.* cum vulgò alijs. Tum quia forma S. Concilij Tridentini *ſeſs.24. de reform. matrim.* .8. etiam contra indubitatos concubinarios non poteſt eniri ad remedium excommunicationis, niſi prius præ-ſerit trina monitio diſtinctis temporibus, Auendag. *de min. Eccleſ. lib.6. cap.29. num.3.* Gennen. *cap.37. num.2.* 3. vbi notat, quòd iſta trina monitio debet eſſe ſpecialis perſonam ſacta.

Ad tertium nego. Quia pro excuſanda contumacia ficit quælibet cauſa, etiam colorata, & quolibet impedi-ntum, Farinac. *quaſt.18. num.28. & 42.* Vermigliol. *conſ.* . *num.7.* Chartar. *deciſ. crimin.72. num.15.* Excuſatio em non tuti acceſſus eſt iuſta, & legitima, quia nemo nparere tenetur in loco non tuto, Farinac. *quaſt.18. num.* *& quaſt.34. num.55. & 60.* Vnde citatio ad comparen-m in loco non tuto non arctat citatum, *Clem. Paſtoralis, Eſto igitur, de ſent. & re iud.* Et ſi excommunicatus ad pertorem appellet, & antè omnia ab eo petat abſolui ex , quòd probare coram eo velit locum, in quo compare-debebat, non exiſtere ſibi tutum, in hoc eſt proculdubio diendos, verba ſunt *cap. Venerabilibus, v. & hoc ipſum,* *ſent. excomm. in 6.*

Neque in hoc læditur iuſtitia. Quia Suffraganeus po-committere examen in loco eorum domicilij, prout etiam prouidere debet, ne indebitè contra ſtylum euocen-tur per longum iter, prohibente textu in *l.3. §. teſtes, ff. de teſtib.*

6 Ad quartum affirmatiuè. Quoniam à ſententia decla-ratoria ob delictum, eò quòd Iudex poteſt decipi in facto, datur ſine controuerſia appellatio, *cap. peruenit 1. de appel-lat.* Farinac. *quaſt.17. lim.22. num.36.* ac latè Sperell. *deciſ. 98. num.9. & deciſ.160. num.15.*

CONSVLTATIO XXXIX.

An in caſu neceſſitatis pro ſacro viatico miniſtrando cele-brari poſſit Miſſa Sacrificium à ſimplici Sacerdote in do-mo priuata? Et quid ſi celebretur ab Epiſcopo etiam in aliena Diœceſi?

1 PArtem affirmatiuam tradunt Tolet. *lib.2. cap.2. num.* 1. Fernandez *p.3. theol. moral. cap.5. §.10. num.2.* Nugn. *p.3. quaſt.83. art.3.* Thom. Hurtad. *p.2. reſol. moral. tract.12. cap.1. in digreſ. §.1. dub.1. num.2197.* & Paſqua-lig. *dec. moral.169. num.1. ac de de Sacrif. Miſs. tract.1. quaſt.453. num.2.* Rationes plures ſunt. Prima, quia ſicut Eccleſia dat in caſu neceſſitatis iuriſdictionem ſimplici Sa-cerdoti, vt moribundus ſatisfaciat præcepto confeſſionis, ita etiam cenſendum eſt, date facultatem celebrandi in domo infirmi, vt ſatisfaciat præcepto communionis. Se-cunda, quia in concurſu duorum præceptorum debet ce-dere præceptum inferioris ordinis. Præceptum autem non celebrandi in domo priuata eſt purè humanum, ſumendi verò viaticum eſt diuinum. Tertia, quia etiam in admini-ſtrando extremæ Vnctionis Sacramento in hoc caſu remit-titur ritus cæremonialis, & ſufficit ſi ſeruetur ritus eſſen-tialis. Quarta, quia, vt moribundus poſſit recipere Sa-cramentum pœnitentiæ, remittitur ex cauſa integritas con-feſſionis, quæ eſt de iure diuino. Ergo, vt poſſit percipere viaticum, cenſendum eſt, remitti ab Eccleſia prohibitio ce-lebrandi in domo priuata, quòd eſt minoris momenti.

2 At nihilominus hodie pars negatiua tenenda eſt. Ratio huius ſententiæ deſumitur primum ex decreto Concilij Tridentini *de ſeruand. & vitand. in celebrat. Miſsar. ſeſs. 22.* vbi *præcipit S. Synodus Epiſcopis, ne patiantur priua-tis in domibus, atque omninò extra Eccleſiam, & ad diui-num tantùm cultum dedicata Oratoria, ab eiſdem Ordina-rijs deſignanda, & viſitanda, ſanctum hoc Sacrificium à ſa-cularibus, aut Regularibus quibuſcumque peragi.* Quibus ex verbis conſtituit abſolutè, ac indefinitè legem prohibi-tiuam celebrandi in priuatis domibus, & committit Epiſ-copis illius executionem. Deinde, quia etiam in tali ca-ſu non licet celebrare non ieiunus pro miniſtrando via-tico, neque ſine ſacris veſtibus, altari, & alijs ritibus ab Eccleſia præſcriptis, vt præ cæteris docet Tolet. *dict. lib. 2. cap.13. in fin.* Suar. *de Sacram. diſp.68. ſect.5. dub.2.* Ga-briel. *in 4. d.8. quaſt.2. art.5.* Victor. *in ſumm. nu.83.* Sylu. *v. Euchariſtia 3. num.6.* alios citans, Tabien. *v. Commu-nicare num.48.* Armill. *eod. v. num.18.* Henriq. *lib.8. ſum. cap.50. num.1.* Sot. *in 4. d.13. quaſt.2. num.2.* Palud. *dict. 12. quaſt.1. art.4. concl.4. caſ.3. num.21.* D. Antonin. *3.p. tit.13. cap.6. §.2.* Ledeſm. *p.1. ſumm. tract. de Euchar. cap. 13. concl.5. dub. vltim.* Nauar. *in man. cap.25. num.51.* Po-ſtremò, quia Eccleſia poteſt præſcribere certas conditio-nes pro celebratione, quæ ne prætermitti quidem poſ-ſint pro viatico miniſtrando; talis autem eſt conditio Ec-cleſiæ, vel Oratorij. Atque ita cenſuit, ac declarauit Sac. Congregatio Concilij ad dictum locum *ſeſs.22.* Cùm enim Cardinalis Legatus Portugalliæ petijſſet concedi licentiam celebrandi Miſſam in domo priuata decenter inſtructa, dum infirmus aliquis pro viatico debeat communicare, & hoc quia in illis regionibus ſunt multa loca adeò diſperſa, & remota à Parochijs, vt non ſine maximo incommodo poſſit Euchariſtiæ Sacramentum circumferri, Sac. Congre-gatio reſpondit, *non eſse concedendam.* Item, cùm petijſ-ſet Cardinalis Paleottus, an poſſit concedi licentia, vt Miſ-ſa domi celebretur cauſa communicandi pro viatico infir-mum? Reſpondit S. Congregatio, *non niſi in Oratorijs Miſsas eſse celebrandas.*

3 Non obſtant rationes aduerſæ. Ad primam enim reſ-pondetur, id fieri ab Eccleſia, quia Sacramentum pœni-tentiæ eſt maioris neceſſitatis, quàm Sacramentum Eu-cha-

charitiæ. Non enim integrè fidelium necessitati prospexisset, si quemadmodum in eo casu iurisdictionem cuicumque Sacerdoti dederit, loco cuicumque denegaret, præsertim, quia hoc Sacramentum consistit in vsu. Ad secundam: Præceptum diuinum non obligare ad viaticum, quando non potest ministrari iuxta praxim Ecclesiæ, ad quam pertinet diuinorum præceptorum declaratio. Vnde, licèt præceptum non celebrandi in domo priuata sit humanum, quia tamen respicit publicum, ac supremum cultum, quo tremendum illud mysterium, super diuinissimum, vt ait S. Dionysius Areopagita à Christi fidelibus tractandum est, potest Ecclesia illud priuatæ necessitati infirmi, quoad viaticum præferre: Publica enim priuatis præferenda. Et ideò necesse est, quòd talis actio associetur signis externis reuerentiæ summæ etiam quoad locum, qualis non ostenderetur, si celebraretur in priuatis domibus. Ad tertiam: Hoc contingit, tum quia id Sacramentum non est tantæ Sanctitatis, atque adeò nec tantæ reuerentiæ, vt est Eucharistia, in qua verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguis vnà cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totus Christus continetur, ex Trident. *sess. 13. can. 1. & cap. 3.* Tum etiam quia cùm sit Sacramentum infirmorum, quod in vsu consistit, non potest confici, & administrari, nisi in priuatis domibus, ac vbi infirmi reperiuntur, decenter quidem, quoad fieri potest. At verò Eucharistia, cùm sit Sacramentum permanens, & quoad suam essentiam independens ab vsu, & prius illo, non potest, neque debet peragi, nisi in locis deputatis. Ad quartam: Satis est quod ad adimplendum confessionis præceptum, illa sit integra formaliter, quando ex iusta causa fieri non potest materialiter integra, idque ob eius necessitatem, ac vtilitatem. Quod non contingit in sacro viatico, cuius præceptum non obligat, nisi iuxta praxim Ecclesiæ, quæ pro illo ministrando prohibet celebrari in priuatis domibus, vt dictum est.

4 Quòd autem ad Episcopum, secus dicendum est. Primò quia permissum est Episcopo pontificalia exercere in aliena diœcesi absque licentia Ordinarij, quando, vt in hoc casu, exercitium non habet admixtam aliquam iurisdictionem, tradente Fagnano *in cap. Quia nos num. 5. & 6. de auctor. & vsu pall.* Deinde quia quilibet Episcopus potest celebrare in quocumque loco, vel celebrari facere, & vti altare portatili etiam extra propriam diœcesim, præsertim cogente necessitate, vt apertè disponitur *in cap. fin. de priuil. in 6.* his verbis: *Si habent diuersis ex causis à suis Ecclesijs, & diœcesibus absentare frequenter, nec semper possunt ad Ecclesias accedere.* Si ergo causa concedendi huiusmodi priuilegium est, quia Episcopi se absentant à proprijs diœcesibus, necesse est, quòd sit concessum, etiam extra proprias diœceses, quia debuit concedi iuxta mensuram causæ aut mouentis, aut impellentis. Et ita docent Vgolin. *lib. 1. de offic. & potest. Episcop. p. 1. cap. 2. §. 2. num. 4.* Barbos. *eod. tit. alleg. 23. num. 7.* Rodriq. *quæst. regul. 28. art. 2. tom. 1.* Alzed. *de præcell. dignit. Episcop. p. 1. cap. 13. num. 6.* Portel. *p. 5. responf. cas. 20. num. 7.* Maudos. *de signat. grat. tit. de altar. portat.* Venet. *lib. 4. exam. Episcop. cap. 17. num. 11.* Dian. *p. 4. tract. 4. resol. 15. & par. 9. tract. 1. resol. 39.* Verricell. *de Apost. mission. tract. 8. quæst. 145. num. 14* Francisc. Lug. *lib. 5. de Sacram. cap. 6. §. 3. num. 24.* Graff. *consf. 5. num. 3. de celebr. Missar. vol. 2.* Gauant. *in man. Episcop. v. Episcopus num. 8. & 9.* Tambur. *opusc. de Sacrif. Missæ lib. 1. cap. 4. §. 12. num. 8.* Quart. *in rubr. missal. p. 3. tit. 10. n. 1. dub. 2.* & Squillant. *de oblig. & priuil. Episcop. p. 1. cap. 4. num. 2.* Cui priuilegio non fuisse derogatum à S. Concilio Tridentino in dicto decreto *de seruan. & vitan. in celebr. Miss. sess. 22.* declarauit eius S. Congregatio die 1. Iulij 1628. decernens, quòd neque decretum S. Concilij, neque alia decreta de priuatis Oratorijs edita sustulisse priuilegium *cap. fin. de priuil. in 6.* Episcopis concessum. Idque etiam in diœcesi, vt in Martyrana 6. Augusti 1617. Quo priuilegio gaudet etiam Episcopus titularis in diœcesi, cuius est Suffraganeus, vt eadem declarauit 8. Aprilis 1623. Immò in quocumque loco ex eadem S. Congregatione in Valentina pro Episcopo Cosonen. eodem die & anno. Non autem Administrator Episcopatus, nisi sit consecratus Episcopus, vt in Varmiensi 12. Aprilis 1625.

5 Neque obstant Nauar. *consf. 16. num. 1. de priuil. lib. 5.* Sà *v. Episcopus num. 24.* Bcia *p. 4. cas. 33.* Antonel. *de regimin. Eccles. p. 1. cap. 14. §. 1. num. 6.* tradentes, non posse Episcopos vti, saltem vbi est receptum Concilium Tridentinum, altare portatili absque licentia Diœcesani. Fundantur, quia Tridentinum eo decreto *sess. 22.* putat abusum celebrare extra loca deputata, & constituit Episcopos, etiam vt delegatos Sedis Apostolicæ, vt hoc prohibeant, & ideò censetur id prohibitum Episcopos.

Nam si hoc fundamentum subsisteret, neque cum licentia Diœcesani possent Episcopi vti altare portatili, quia Diœcesanus non habet facultatem à Concilio, aut aliunde concedendi abusus. Quare falsum est esse abusum, quòd Episcopi celebrent extra loca deputata, etiam in aliena diœcesi. Quia non potest esse abusus, quod fit ex speciali priuilegio Summi Pontificis, præsertim inserto in corpore iuris, sed solùm est abusus, quoad priuatas personas. Immò cùm Concilium intendat solùm tollere abusus, non intendit auferre Episcopis hanc facultatem, quæ fundatur in dicto priuilegio. Et quando Concilium constituit Episcopos Apostolicæ Sedis delegatos, constituit in ordine ad exemptos, & Regulares, non autem in ordine ad alios Episcopos exteros. Hinc possunt Episcopi vti hoc priuilegio in aliena diœcesi, siue ibi sint in transitu, siue diù morentur, aduertit Verricell. *loco alleg.* Quia priuilegium dicti *cap. fin. de priuil. in 6.* est absolutum, nec restringitur ad transitum per alienam diœcesim, & quia militat semper ratio finalis priuilegij, siue sint in transitu, siue diù morentur, & ideò etiam semper habere locum priuilegium. 6

CONSVLTATIO XL.

An diebus Dominicis possint celebrari Missæ votiuæ de Sanctissima Resurrectione Domini?

Affirmandum videtur, atque adeò posse ex causa rationabili in diebus Dominicis, duplicibus, festis de præcepto, & solemnibus celebrari Missas votiuas tradunt Quart. *in rubr. Missal. quæst. proœm. sect. 2. pun. 7.* & Tambur. *opusc. de Sacrif. Miss. lib. 2. cap. 6. §. 1. num. 12.* Mouentur ex eo, quòd Rubricæ præscribunt id, quod est regulariter seruandum. Imitantur enim leges, quæ disponunt de eo, quod vt plurimum fit *l. 4. ff. de leg.* Quia non possunt de singulis casibus disponere, *l. iura, ff. eod.* Et ideò relinquunt casus extraordinarios regulandos regulis prudentiæ. Quando igitur occurrit aliqua causa rationabilis celebrandi aliam Missam ab ea, quæ esset secundum præscriptionem Rubricarum, cessat illarum dispositio, quippe quæ non comprehendunt illum casum, tanquam extraordinarium, & in quo non habet locum finis earumdem Rubricarum. Confirmant, quia in festis duplicibus celebrari possunt Missæ defunctorum pro implenda testatorum voluntate, vt declarauit Sac. Rituum Congregatio die 1. Septembris 1607. & die 20. Iunij 1626. referente Gauanto *in rubr. Missal. p. 1. tit. 5. num. 2.* Ergo præscriptio Rubricarum, quòd non celebrentur Missæ defunctorum in duplicibus, admittunt restrictionem, vt scilicet non extendatur ad casus, in quibus adest rationabilis causa eas celebrandi. Eandem igitur restrictionem admittet etiam quoad Missas votiuas in diebus Dominicis. 1

At verò de hac re breuiter statuendum est, non posse huiusmodi Missas celebrari. Ratio perenda est tum ex rubricis Missalis, quæ de Missis votiuis §. 3. ita disponunt. *Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ votiuæ in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum quocumque die officium non est duplex, aut Dominica, &c.* Tum ex decreto Sac. Rituum Congregationis sub die 23. Martij 1630. quæ ad hoc dubium negatiuè respondit, & ideò agendum cum Sanctissimo pro commutatione voluntatis, qui die 6. Aprilis annuit, Missas solitas celebrari de Resurrectione Domini in Dominicis diebus totius anni pro adimplendo legato, celebrari die lunæ, & ita per Sac. Congregationem Visitationis Apostolicæ decerni debere, prout decretum die 7. Aprilis eiusdem anni 1630. Tum etiam, quia in festis duplicibus, & diebus Dominicis Missa debet esse conformis officio. Nam hi dies maiorem cultum exigunt ex institutione Ecclesiæ, præsertim in celebratione diuino- 2

rum

i officiorum. Hic autem cultus, qui ex institutione lebitus Deo in his diebus, valdè deformaretur, si non braretur Missa diei, quia non redderetur honor Deo, ancti, qui est ipsis assignatus pro tali die, ac proinderet adesse quidam virtualis contemptus cultus iuris pro illa die in honorem Dei, & Sanctorum. : ratio non habet locum in cæteris diebus, in quiconceduntur Missæ, quæ sunt in Missali, aut aliàs robatæ.

lon obstat ratio in contrarium adducta. Nam Ru- *loc. alleg.* cùm disponant Missas votiuas diei posse ;umque die officium non est duplex, aut Dominica, commemoratione eius, de quo factum est officium, ommemoratione item festi simplicis, si de aliquo ocat eo die fieri commemorationem in officio, mox ad- ; *id verè passim non fiat, nisi rationabili de causa.* Ex us verbis non permittitur, quòd ex rationabili causa ismodi Missæ celebrari possint in diebus Dominicis, aut licibus, sed quòd extra ipsos dies id passim non fiat, nisi onabili de causa. Quare etiam si existeret aliqua ratioilis causa, in ijstamen diebus dici non possunt, nisi a sit adeò rationabilis, vt etiam sit de re graui, & pu- . Quare cùm Rubricæ de hoc casu speciatim dispo- t, debet iuxta illas regulari.

linus obstat confirmatio. Tum quia idest contra Ru- as *tit.5. num.2.* quæ absolutè disponunt, quòd Missæ atæ pro defunctis quocumque die dici possint, præter- n in festis duplicibus, & Dominicis diebus. Cuius rei itio esse potest, quia & suffragatur defunctis eadem a, quæ in his diebus dicitur, & simul conformatur a cum Officio. Tum quia, licèt concedamus, quòd orari possint Missæ defunctorum pro implenda vltiroluntate testatorum, quando officium est duplex, id ominus intelligi deberet, quando officium duplex non stum de præcepto. Ita Gauant. *in rubr. Missal. p.1. tit. m.2. lit. A.* Garz. *in summ. tract.3. diff.8. dub. vlt. pun. m.21.* Tambur. *opusc. de Sacrif. Miss. lib.2. c.6. §.2. t.* Quart. *in d. rubr. p.1. tit.5. dub.2. diff.3.* Ea quidem ne, quia licèt Rubricæ generaliter excludant celebraem Missarum priuatarum pro defunctis, hæc tamen isio, non se extendit ad infringendas vltimas volunta- Quia cùm vltima voluntas sit valdè priuilegiata, itaut uum Regina primum locum teneat, & ad vnguem ari debeat, nec sit circumuenienda, sed debeat esse certi , vt per *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr.* pro- Io. de Castil. *de coniect. vlt. vol. cap.18. num.1. & seq.* in a dispositione censetur comprehensa, nisi de ea fiat speamentio, siquidem est digna speciali nota iuxta *cap. fin. rab. c. Cum Clerici, de verb. signif. ac l. eos, C. de aquad.* bseruant Alex. *cons.104. num. fin. lib.1.* Crauet. *cons.880.* & Afflict. *dec.111. num.9.* Tum etiam quia hodie andum est decretum de non celebrandis Missis priuato defunctis in festis duplicibus, quod est huiusmodi.

Sanctissimus D. N. in visitatione Ecclesiarum Vrbis perit in plerisque Ecclesijs abusum irrepsisse celebrandi ssas priuatas pro defunctis; etiam in festis duplicibus conpræscriptum Rubricarum Missalis Romani, eundemabusum decreto Congregationis eliminari præcepit. otuerit verè Sacrorum Rituum Congregationis huiusmodi am etiam in alijs Ecclesijs, vbique gentium existentibus ictum pariter reperiri. Sacra eadem Congregatio, vt ssalis Rubricæ inuiolatè seruentur districtè præcipit omni- & singulis Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quàm Reribus cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & uuis, etiam necessariò exprimendi vt in posterum omninò am Rubricam seruent, ita vt Missas priuatas pro defun- seu de Requiem in duplicibus nullatenus celebrare au- t, vel præsumant.

Quod si ex benefactorum præscripto Missæ huiusmodi celeide incidant in festum duplex, tunc minimè transfeur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus agia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de feurrenti cum applicatione Sacrificij iuxtà mentem eodem benefactorum. Curentque Ecclesiarum Rectores, istæ, alijque, ad quos pertinet, vt huiusmodi decretum latè seruetur, & in Sacristia affixum retineatur, vbi modè ab omnibus celebrari volentibus conspici, & legi . In eos autem, qui contrafacere ausi fuerint, vel prædimplere neglexerint, locorum Ordinarij tum Sæculares, tum Regulares pro modo culpæ animaduertant, die 3. Augusti 1662.

Et facta de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas sua annuit, & cum applicatione Sacrificij satisfieri, ac benefactorum mentem impleri voluit eadem die 3. Augusti 1662.

CONSVLTATIO XLI.

An, & quatenus deceat, Ecclesiam vti in suis diuinis officijs harmonica musica?

1 AVctor quæstionum ad Orthodoxos inter opera Iustini Martyris *quæst.17.* cantum vocalem laudat, sed ad cantum adhiberi instrumenta non permittit. Sancti quoque Patres Ioannes Chrysostomus *in Psalm.150.* & Isidorus Pelusiota *lib.2. epist.176.* solis Hebræis permissa olim instrumenta scribunt ob eorum imbecillitatem. Quod constat ex *1. Paral. cap.15. 16. & 25.* & ait D. Augustin. *lib. 17. de ciuit. cap.14.* Sanctiora namque ea Apostolorum tempora, & quæ successere proximè sæcula, nullos habuisse istiusmodi ad lyram concentus nullis non litteris constat. Inuecti subinde fuere, cùm ijs vti aurium lenocinis hæretici instillare per ea vocum frequentamenta in piorum animos lucem occœpere. Opponenda siquidem, vt *lib.9. cap. 16.* Nicephorus suis in historijs adnotauit, cantica canticia, cytharæque cytharis veluti pilam insutia pilis, fuere, inductique expugnandis nouatorum artibus chori castrorum. Idem tradit Theodoretus *lib.1. hist.* Et hoc ipsum non multò post Flauianus Antiochiæ, Constantinopoli Chrysostomus, & Ambrosius Mediolani fecerunt, musicos canendi modos contra cantiones hæreticorum admittere, & vsurpare coacti. Vide Cassiodorum *lib.5. cap. 32.* Georg. in Vit. Chrysost. & Augustin. *Confession. lib. 9. cap.7.* Immò, vt idem Theodoretus Cyri Episcopus *in psalm.50.* notat, veteri ipsi Hebræorum Synagogæ musica instrumenta permissa sunt, vt Iudæi ab Idolorum fanis, vbi talium illecebrarum erat vsus, auocarentur. Permissa est itaque musicæ modulatio, non iniuncta, aut præcepta. Cæterùm nullæ prisco æuo attemperatæ modis musicis eiusmodi cantillationes. Quin Diuus Athanasius vsu iam recepta, ac personante Sacra per omnes Ecclesias symphonia, cum degenerasse in theatralem quendam cantum, ac molliorem omninò quàm Templorum maiestas posceret, aduertisset, facescere ab Alexandrina Ecclesia illam iussit, ac pro delicatiore, quæsitaque nimium modulationis illecebrae, intulit postliminio, vt ait D. Augustinus *Confes. lib.1. cap.33.* pristinum, ac virilem cantum, qui parum à simplici pronunciatione distaret. Qua etiam de causa parum abfuit, quin fuit, quin hic idem Augustinus, vt ibidem refert ipsemet, huiuscemodi eruditi gutturis minuritiones, ac modulos à suo Hipponensi choro ablegaret. Et Leo quidem Pontifex *serm.4. de ieiun. sept. mens.* æquè moribus, ac dictione grauissimus ita lasciuientes, ac fractas, infuscatasque muliebriter canentium voces carpit. *Insidiose*, inquit, *sono, & mollibus ictibus pulsantur auditus, vt animi soliditas illecebrosa modulatione soluatur, & letaliam consuetudine suauitatum incanta, & parum sobria corda capiantur.*

Damnat eadem instrumenta elegantissima oratione Sanctus Aereldus Abbas Rieuallis, Bernardi synchronus, & discipulus *lib.2. specul. charit. cap.23.* *Vnde*, inquit, *cessantibus iam typis, & figuris, vnde in Ecclesia tot organa, tot cymbala? Ad quid, rogo, terribilis ille follium flatus tonitrui potius fragorem, quàm vocis exprimens suauitatem? Ad quid illa vocis contractio, & infractio? Hic succinit, ille discinit, alter supercinit alter medias quasdam notas diuidit, & incidit. Nunc vox stringitur, nunc frangitur, nunc impingitur, nunc diffusiori sonitu dilatatur. Aliquando, quod pudet dicere, in equinos hinnitus cogitur, aliquando virili vigore deposito in fœmineæ vocis gracilitates acuitur; nonnunquam artificiosa quadam circumuolutione torquetur, & retorquetur. Videas aliquando hominem aperto ore quasi intercluso halitu expirare, non cantare, ac ridiculosa quadam vocis interceptione quasi minitari silentium, nunc agones morientium, vel extasim patientium imitari. Interim histrionicis quibusdam gestibus totum corpus agitatur, torquentur labia, rotantur oculi, ludunt humeri, & ad singulas quasque notas digitorum flexus* 2

re-

Digitized by Google

respondet. Et hæc ridiculosa dissolutio vocatur religio, & vbi hæc frequentius agitantur, ibi Deo honorabilius seruiri clamatur?

Proinde mirum videri non debet, quod à Iustino Martyre traditur *epist. 10. in Ecclesijs sublatus est vsus talium instrumentorum, & relictum est canere simpliciter.* Et quod scripsit idem Author ad quæstiones orthodoxorum quæst. 107. *consuetudinem canendi in Ecclesia per instrumenta inania sua ætate sublatam fuisse, & retentas simplices cantiones, eo quod cantilena ad crepitacula, & organa non viderentur decere Ecclesiam.* Causamque affert D. Bernardus his verbis: *Non est enim leuis iactura gratiæ spiritualis leuitate cantus abduci à Sacra Scriptura sensuum vtilitate, & plus sinuandis intendere vocibus, quàm insinuandis rebus?* Quod expertus S. Augustinus *Confes. lib. 10. cap. 33. hæc*, inquit: *Cùm mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res, quæ canetur, moueat, pœnaliter me peccare confiteor, vt tunc mallem non audire canentem.*

3 At alij è diuerso hanc canendi rationem, atque vsum admittunt, & laudant. Et primò quidem Clemens Alexandrinus *lib. 2. pedag. cap. 4.* Deinde Prudentius, qui viuebat sub Theodosio seniore, & filijs eius aduersus Iudæos. E Scriptoribus denique recentioribus Ioannes Sarisberiensis, Carnotensis Episcopus, qui eodem, quo Aelredus sæculo vixit, tempore scilicet Alexandri III. Is *lib. 1. Policrat.* Musicam instrumentalem commendat his verbis. *Ad mores itaque instruendos, & animos exultatione virtutis trajciendos in cultum Domini, non modo concentum hominum, sed etiam instrumentorum modos censuerunt Sancti Patres Domino applicandos, cùm Templi reuerentiam dilatarent. Et simulitantis Ecclesiæ tibi parua videtur authoritas, vel triumphatrix illa præconia musica non tacebit, cuius seniores vidit, & tibi monstrauit tonitrui filios, & voces eorum sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Quod si illos nondum audisti, Regem audias exultantem, qui te Regni, & exultationis suæ vult esse participem. Ait enim: Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cum cithara. Ad quid inquis? Vt laudetis Dominum in tympano, & choro, in chordis, & organe?*

4 Et sanè constat familiarem iam esse in Ecclesijs à vocum numeris voluptatem, ac nullibi non cani organis, ac symphonia Numen. Exhilarati nempè, intendique pietatem, amoremque ad Deum Sacra modulatione, & populos quidem assuetos sacra inter hymnodias vsurpare, vix alio diuertere, quàm vbi argnta hæc aotium oblectamenta concilient, amplificentque religionem, ac pios animi motus. Præter communem mortalium consensum, vsumque Ecclesiarum esse a vetere disciplina exempla, quæ suadeant. Nam, quamuis multi fuerint prisci Patres in proscindendis ijs modis, qui, posita grauitate, ac modestia, in aurium dumtaxat titillationem, illusa, fucataque nimium arte, laborant, nihil inde bonis moris, virtutisque in audientium pectora deriuantes; nihilominus dilaudarunt maximè concentus illos, qui intra quandam harmoniæ seueritatem ita auribus acciderent, vt interim casta quadam illecebra erudirent ad cœlestium amorem animos. Enumerare os aureum Chrysostomi musicæ bona, ac fructus, qui sunt, expurgare animum, efferre cœlo tenus mentem, docere Sacra, prouocare diuinorum sensum, ac pietatem, honestissimam denique voluptatem implere, quæ mœrorem dispellat, serenetque afflatu quodam auræ melioris conscientiam. Diuum verò Basilium disertè affirmare, inexplicabili quadam diuini Numinis sapientia adhibitos rebus sacris modulos, vt facili, suauique eo numerorum ductu Cœli monita altius in animum descenderent.

5 Hæc eadem vetustissimi Patres omnes communi suffragio prononciarunt, qui rhythmos, modulososque suis in Ecclesijs probarunt, miscueruntque cum Angelorum, cœlique concentu choros suos. Quin, & Rupertus *lib. 7. cap. 24.* quo loco de diuinis officijs agit, quò Sanctiores, ac sanctiores dies festi sunt, eò suauiorem, gestientemque magis musicam approbat. Celebrantor siquidem pro dignitate huiusmodi solemnia, dum cantus (Ruperti verba sunt) tetradi garrulitate concinnus, agili recursu festiua dicta suspendens, frequenter tripudiat, & læta pronuncians velut alauda matutina per vocum suarum sæpè volitat acumina. S. Augustinus id tandem eo *cap. 33.* probat. *vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis exurgat.* S. Basilius *homil. 1. in psalm. 1. vt auribus permulctis, ac delinitis, medio vocum concentu, clam velut aliud agentes sineremus in animos nostros irrepere eloquiorum vtilitatem.* Et de his planè cantibus Dionysius *de Eccles. Hierarch. c. 6. th. 2.* loquutus ait, quod *eos quidem, qui minus perfecti sunt, obstetricum instar, fouent, & educant ad vitalem adoptionem.* Lege plura de his apud Chrysostomum *præf. ad psalm. 41.* Seuer. Boetium *de musica*, Amal. Fortunat. *l. 3. de Offic. Miss. cap. 11.* Vnde organicum sonum, & cantum in Dei Ecclesia licitum, & laudabilem esse sapienter ostendunt Suar. *lib. 4. de hor. can. c. 8.* Sanchez *in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 37. num. 6.* Roderic. *tom. 1. q. regul. 40. ar. 1. & 2.* Tambur. *de iur. Abb. disp. 15. q. 3. n. 6. to. 1.* Mirand. *to. 3. man. qu. 37. ar. 6. sect. 22. passimque alij.*

Et quamquam constet nec statim ab initio, nec vbique 6 recepta fuisse musicalia instrumenta; nam etiamnum Romæ in Sacello Summi Pontificis semper sine instrumentis officiorum solemnia celebrantur, & Ecclesia Lugdunensis, quæ nouitates nescit, semper organa repudiauit, neque in hunc diem asciuit; non tamen damnari debet moderatos eorum vsus cùm à Sanctissimis, & sapientissimis viris, ac nouissimè à Sacro Tridentino Concilio *sess. 22. in decret. de obser. & euit. in Sacr. Miss.* approbatus, & permissus sit. Lætificat enim organorum concentus tristes hominum mentes, & supernæ ciuitatis insinuat iucunditatem: solicitat pigros, recreat diligentes; prouocat iustos ad amorem, peccatores ad compunctionem. Qui Deum diligont, ait Climacus *grad. 25.* ad hilaritatem, & diuinam dilectionem, atque ad lacrymas, & ex mundanis, & ex spiritualibus canticis, ac melodijs excitari solent. Qui verò voluptatibus addicti sunt, sibi colligunt materiam perditionia.

Porrò in publica diuini Corporis adoratione, cultuque, 7 id sapienter permissum puto. Satis enim liquet, in hac præcipuè celebritate adbibitos prisco æuo Sacræ hymnodiæ numeros, vt in latentis, præsentisque Dei maiestatem excitaretur animorum ardor, ac veneratio. Tunc enim, vt ait Cyrillus, canebatur illud: *Gustate, & videte, quod Christus est Dominus.* Planè congruenter ad Regij vatis verba, qui longè ante cœlestem hunc cibum appellauerat Hostiam laudis, ac vociferationis, hoc est, Hostiam dignam, quæ lectissimis vocibus, atque ad citharæ modos celebretur.

Organa verò pneumatica ætate Iuliani Apostatæ adin- 8 uenta fuisse docet Bulengerus *lib. 2. de theatr.* Extat autem eiusdem Iuliani epigramma in organum à Martinio Morentino relatum præfatione in eius Misopogonem. Hæc organa statim audiri cœperunt in Ecclesia, permittente Damaso Pontifice, vt quidam aiunt apud Crosolium in Mystagogo *lib. 3. cap. 27.* Sed verior, & communior sententia Platinæ est, asserentis, eorum vsum tempore Vitaliani Papæ circa annom Domini 660. in Ecclesijs incepisse.

Decet igitur Ecclesiam in suis diuinis officijs harmo- 5 nica musica vti, sed cum hac admonitione, ne Cantores ad vsum illicitæ voluptatis assumant, quod Sancti Patres ad affectum pietatis instituerunt. Talis enim debet esse sonus, ac concentus, tam grauis, tam moderatus, vt non totum animum ad sui rapiat oblectationem, sed eorum, quæ cantantur sensui, & pietatis affectui maiorem relinquat portionem, vt rectissimè consulit sapientia, & dignitate Eminentissimus Cardinalis Bona *cap. 17. diuina psalm. §. 2. num. 4. in fine.* Ab Ecclesijs verò musicas eas, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut imporum aliquid miscetur, quod Caietanus *in summ. v. organorum vsus*, ait esse per se loquendo crimen superstitionis sacrilegæ, arceant Ordinarij, ex allato decreto Concilij Tridentini, cui concinit Concilium Aquisgranense *cap. 132. & seq. cap.* in Sancta Romana 92. Extrauagans Ioannis XXII. *de vit. & honest. Cler.* quæ incipit *Doctam*, liber Cæremonialis Episcoporum *lib. 1. cap. 28.* Stephan. Durantus *lib. 3. de rit. Eccles. cap. 21. num. 11.* Lindanus *lib. 4. panopl. cap. 78.* Concil. Mediolan. *par. 1. cap. de musica, & cantoribus*, ac præ cæteris S. Hieronymus *in cap. 5. ad Ephes.* Quam etiam in rem extat grauissima Constitutio Alexandri VII. omninò legendi.

Porrò ne psalmi vulgati lingua inter officia diuina 10 ca-

Digitized by Google

canantur, prohibet Concilium Laodicenum *cap. vlt.* Concilium Bracharense, ac docet Suar. *de Her. can. l. 4. c. 7. n.* 8. De hymnis extat *cap.* 12. Concilij Toletani Quarti, qui refertur *can. de Hymnis, de consecr. d.* 1. Concilium Turonense 2. *cap.* 24. & Philo *lib. de supplic. virt.* D. Thom. 2. 2. *qu.* 91. *art.* 2. *ad* 5. vbi Caietanus, Anaclet. *cap.* 18. Trul. *in can. regul. Ordin. lib.* 2. *cap.* 13. & alij.

CONSVLTATIO XLII.

An, & quo pacto coniux adulter ingredi possit Religionem?

2 *Quid de vtroque coniuge innocente in Religionem ingressuro? Vbi, an ad hoc necessariò requiratur licentia Episcopi?*

3 *Quid de altero coniuge ad Sacros Ordines promouendo?*

4 *Quid ad Episcopatum, vel Cardinalatum?*

Hic sanè nobis valdè desudandum esset, nisi certa totius Ecclesiæ auctoritas clarè præiret, ex qua istæ quæstiones expeditæ sunt, vt & illa alia de marito ethnicam vxorem dimittente ex ipsis Scripturis. Quoties enim manifesto sacratum litterarum testimonio deficimur, dubitationes in huiusmodi quæstionibus ex Romani Pontificis, ex Conciliorum, ex Ecclesiæ vsu, & magisterio, hærentibus animis eximi rectè solent, vt anxiæ mentea in solida quiete ab omni fluctuatione, atque iactatione liberæ collocentur. Non est igitur, quòd hic animis ampliùs fluctuemus post expressam Ecclesiæ vocem. Est & alia ratio valdè vtilis, & ad id, quod quærimus, accommodata, nempè, vt Dei certam voluntatem in huiusmodi rebus ambiguis, quoties Scripturarum, & Conciliorum præsidio destituimur, ex probatis Sanctissimorum hominum exemplis, quos vitæ Sanctitate, & miraculorum præstantia Deus honestauit, colligamus; vt rectè, & prudenter scripserit Augustinus *de mendac. ad Consent. cap.* 15. *tom.* 4. quòd pleraque in verbis Scripturarum intelligere non valentes, in factis Sanctorum colligimus, quemadmodum oporteat accipi, quod facilè in aliam partem duceretur, nisi exemplo reuocaretur.

Ad primum ergo affirmatiuè respondeo, nempè præcedente prius sententia super diuortio, ac consensu, & voto continentiæ viri, licere vxori adulteræ ingredi Religionem, ibique profiteri, viro in sæculo permanente. Quòd porrò liceat innocenti propter adulterium, coniugem quoad torum, & cohabitationem dimittere, tradit Christus Matth. 5. & 19. & Apostolus 1. Corinth. 7. Ex quo complura Ecclesiæ decreto emissa sunt, Nicænum *cap.* 15. *&* 66. Anglicanum sub Adeodato *cap.* 10. Toletanum *cap.* 8. Agatense *cap.* 25. Veneticum *cap.* 2. Parisiense *lib.* 5. *cap.* 2. Triburiense *c.* 38. Suesionense sub Papino Rege, Stephanus Papa *ex.* 240. Romanum III. sub Nicolao I. *Epist.* 22. *& epist.* 27. *col.* 3. *& epist.* 32. *col. vltim. & epist.* 51. *col.* 3. & ad Consulta Bulgarorum *cap.* 6. Adrianus II. *epist.* 6. Ioannes VIII. *epist.* 65. *col.* 2. *& epist.* 188. *ac* 198. Moguntinum sub Alexandro II. Gregorius VII. *lib.* 1. *epist.* 48. & Moguntinum sub Paulo III. *cap.* 36. habeturque *cap. significasti* 4. *cap. ex litteris* 5. *& cap. gaudemus* 8. *de diuor.* præ cæteris August. *lib.* 1. *de adult. coniug. cap.* 1. *& seq.* Idque ex ipso iure naturæ. Quia cùm coniux naturali iure teneatur fidem seruare, quando ille debitam fidem violat, ex naturæ iure conceditur, vt separari possit, & abijci; frangenti enim fidem, fides seruanda non est, *cap. peruenit* 2. *de iureiur. & can. si infidelis* 28. *quæst.* 2. Ex eo igitur adulterio, quemadmodum posset maritus innocens Religionem profiteri etiam inuito vxore, *can. Agathosa* 27. *quæst.* 2. *cap. constitutus, & cap. veniens, de conuers. coniug.* ita, consentiente viro, potest mulier adultera professionem emittere. Quia cùm innocens, quamdiu ipse non mutat statum per ingressum in Religionem, vel susceptionem sacrorum Ordinum, habeat ius integrum reuocandi ad se nocentem, nequit nocens quidquam agere, vel disponere contra hoc ius. Et cum diuortium fiat in fauorem innocentis, cui per adulterium illata est iniuria, vnde non tenetur ampliùs ad reddendum debitum, & ad cohabitandum, non autem in fauorem coniugis nocentis, quia iste non efficitur liber; ideò quoties innocens vult, alter est ad ipsum reuocandus. Quod si præcessit Iudicis sæcularis sententia intrudentis coniugem adulteram in Monasterium, tunc conceditur innocenti biennium, vt deliberet, an velit coniugem repetere, & intra illud biennium professio adulteræ nulla est, secus elapso eo termino, vt habetur *ex auth. sed hodie, C. ad leg. Iul. de adult.* quæ à iure canonico non est abrogata. Hodie tamen sufficit annus, quo completo ad professionem quisque est admittendus, ex decreto S. Concilij Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *de Regul.*

Et quamuis, vt adultera cum consensu viri profiteatur, 3
vel adulter cum licentia vxoris innocentis sacris quoque initietur, non esse necessarium, quòd innocens votum castitatis emittat, sed posse manere in sæculo absque vllo voto, quàm plures auctores censeant; attamen S. Congregatio S. Concilij Tridentini, ac super Episcopos, & Regulares huiusmodi votum requirit saltem in quibus est periculum incontinentiæ, vt ex subiectis declarationibus. In Romana ex libello per Sanctissimum ad Sac. Congregationem Concilij remisso pro voto, vt sequitur. *Espone Vittoria Panara, che essendo stata nel principio del suo matrimonio abbandonata dal marito, fu necessitata di prostituirsi, & in questo stato è perseuerata quattro anni. Hora in età di anni venti desidera di ritirarsi à penitenza nel monastero delle Conuertite, à che suo marito consente con esibirsi anco di far voto di castità, non essendo habile per la sua dapocagine per Religioni. Onde l'Oratrice supplica la Santità Vostra d'ordinare alla Congregatione del Concilio, ò de' Regolari, ouero al Prelato delle Conuertite, che vogliano conceder la licenza con il consenso del marito di monacarsi conforme la dispositione dell'Autentica, Sed hodie, C. ad leg. Iul. de adult. che obliga la donna adultera à perpetua clausura, quando il marito non la vuol riceuere.*

Sacra, &c. die 26. *Aprilis* 1653. *censuit, seruan-* 4
dum esse decretum de anno 1616. *quod præcedat sententia super diuortio, adsit consensus, & votum continentiæ viri, &c.*

Sacra Congregatio Episcoporum, ac Regularium negotijs, &c. censuit committendum, prout Episcopo Forosemproniensi committit, vt si, & postquam apud acta eius Tribunalis fuerit per maritum, vel eius legitimum procuratorem petita separatio thori ex causa adulterij per vxorem, vt dicitur, commissi, secutaque sententia eiusdem separationis perpetua, ac postmodum apud eadem acta per ipsum maritum, vel eius procuratorem fuerit præstitus consensus, dataque licentia suæ vxori, vt possit habitum regularem Monialium suscipere, ac professionem emittere, ipse D. Episcopus eidem mulieri habitum regularem, seruatis seruandis in monasterio Conuertitarum Vrbini suscipiendi, atque in eo congruo tempore professionem emittendi, vitamque religiosam ducendi, licentiam, & facultatem concedat, & impartiatur. Ita in Tudertina 13. Iunij 1642. & 7. Septembris eiusdem anni, ac in Bononiensi 18. Aprilis 1643. & iterùm in Bononiensi 25. Augusti 1656. & in Mediolanensi 18. Augusti 1634. & 3. Februarij 1640. At verò fuit votum requisitum in Anconitana 16. Augusti 1603.

Nec obstat *cap. cum sit, cap. vxoratus, & cap. Ad Aposto-* 5
licam, de conuers. coniug. cum similibus, in quibus disponitur, quòd, matrimonio consumato, non licèt alteri ad Religionem transire, nisi alter coniux Religionem pariter profiteatur, si sit iuuenis, vel saltem, si sit senex, votum castitatis emittat in sæculo remanens. Nam loquuntur vbi matrimonium integrum, atque illæsum permanserat, secus autem vbi per adulterium factus est locus diuortio. Cùm enim innocens liber sit à iugo debiti coniugalis, potest independenter ab vlla mutatione status adulteræ ad Religionem, vel ad sacros ordines transire, vel in sæculo remanere. At si id non posset ita liberè adultera, certè prouenit ob fauorem innocentis, ne scilicet iuri reconciliandi, quod habet, derogetur. Renunciante autem innocenti huic fauori, poterit nocens ita liberè transire ad ordines, vel ad Religionem, vt ipse innocens, vt fusè per Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disput.* 10. *per tot.* ac præcipuè *num.* 15.

Sciendum verò, parem esse viri, ac mulieris hac in parte 6
libertatem, vt Apostolus 1. Corinth. 7. significat, dum ait: *Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, & vir vxorem non dimittat*, Concil. Mileuitan. *can.* 13. Innocent. I. *epist.* 3. *c.* 4. & D. August. *lib.* 2. *de adult. coniug.*

*cap.*8. Hinc coniugi innocenti licitum est ad Religionem transire, inuito coniuge adultero, vel simplex votum castitatis emittere. Constat ex *cit. cap. Constitutus, & cap. veniens, conuers. coniug. ac can. Agathosa 27. quæst.*2. Nam adulter omne ius coniugale amittit, quod solum obstaculo erat ingressui in Religionem innocenti, nec oportet adulterum simul ingredi, aut voto castitatis se adstringere. Similiter potest innocens, adultero inuito, votum simplex castitatis emittere, quia adulter iure exigendi destitutus, id prohibere nequit. Estque notandum, tunc licere innocenti ad Religionem transire, adultera inuita, itaut non possit repeti ab adultera, neque ei restituendus, quando vel præcessit sententia diuortij, vel, ea non expectata, adulterium ita notorium est, vt possit innocens propria authoritate diuertere absque metu restitutionis, vt ostenditur ex sequenti declaratione.

7 Cùm duo coniugati propter maximam inter eosdem discordiam, ob quam alter tentabat alterum occidere, de virorum peritorum consilio deliberassent Religionem ingredi, ibique profiteri, vxor ob aduersam valetudinem, & defectum congruæ dotis, monasterium non est ingressa, sed quoddam conseruatorium, seu monasterium virginum profitendo solùm castitatis votum, donec maritus viueret. *Die 17. Augusti* 1641. *Sacra Congregatio Concilij respondit, secundum ea, quæ proponuntur, non subsistere, nec fuisse benè gestum.*

8 Sed iterùm re proposita hoc modo. Aliàs fuit expositum Sacræ Congregationi pro parte Archiepiscopi Goensis, quod duo coniugati propter discordias inter eos ortas, alter tentauit alterum occidere, qua de causa de virorum peritorum consilio vterque deliberauit Religionem ingredi, ac profiteri velle, quod tamen vxor ob aduersam valetudinem, & defectum congruæ dotis implere non potuit, sed loco monasterij ingressa fuit conseruatorium, emittendo tantummodò votum castitatis, donec maritus viueret. Cùmque desuper fuerit ab eodem Archiepiscopo, præuia remissione per Sacram Congregationem de propaganda Fide petita declaratio huius Sacræ Congregationis, respondit, malè gestum fuisse, modò idem Archiepiscopus denuò supplicat responderi, ex quo tacuit circumstantiam principalem huiusmodi discordiarum, videlicet adulterium vxoris notorium ex partu subsecuto in eodem Conseruatorio post quinque menses ab illius ingressu, an scilicet ipse maritus innocens, & propter adulterium, ac propter licentiam suæ vxoris, potuerit validè Religionem ingredi, & in ea profiteri, ac sacros ordines suscipere.

Die 17. Iunij 1645. Sacra Congregatio Concilij censuit secundum ea, quæ proponuntur, & signanter notorietatem adulterij ipsius vxoris in conseruatorium ingressa prauio voto castitatis, professionem huiusmodi fuisse, ac esse validam.

9 Diuortium igitur quoad thorum tantùm ob notum coniugis adulterium propria fieri authoritate potest; at quoad habitationem, quia Reipublicæ statum, & quietem concernit, sine publico Ecclesiæ iudicio fieri nequit iuxta *cap. Porrò, de diuort.* & indicat Concil. Nicæo. *cap.*51. Innocent. I. *epist. ad Exuperium*, Tholosanum *c.*4. Veneticum *cap.*2. ibi: *sine adulterij probatione*, Toletanum XII. *cap.*8. Nisi adulterium ipso facto fuerit publicum, & notorium, vt per textum in *cap. significasti de diuort.* ibi: *si notorium est, mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet.* Qoia cùm coniux adulter sit in possessione pacifica, æquum est, ne illa spolietur propria innocentis authoritate, vt ita notorium sit adulterium, quòd spoliandi causam præbeat, vt oculis pateat, vel probetur per euidentiam rei, vel per ipsius adulteri in iudicio confessionem, vt cum multis rectè asserit Pontius *de matrim, lib.*9. *cap.*18. *num.*2. Quando enim crimen notorium per deprehensionem, aut nullatenus excusari potest, non est necessaria nec citatio, nec sententia ad pœnam irrogandam, vt docet Bartolus per textum *in l. illus fustium num.*1. *de his, qui not. infam.* ac videtur declaratum à S. Congregatione Concilij, quæ nihilominus, vt cautiùs agatur, in adulterio etiam notorio, solet requirere sententiam Iudicis, vt in allegata Romana 26. Aprilis 1653. in qua, non obstante, quòd mulier per quadriennium publicè se prostituerit, S. Congregatio requisiuit sententiam super diuortio.

10 Obseruandum tamen est, quòd propter fornicationem, fidei coniugali repugnantem, coniux amittit ius repetendi debiti, & coniugalis societatis per omnem vitam, per alia verò crimina solùm perdit ius quandiu illa perdurant. Suspensum enim ius coniugis, non deperditum erat. At secus in adulterio, quod perpetuum diuortium efficit, Augustin. *lib.*1. *de serm. Domini in mont. cap.*26. 27. *&* 28. *ac lib.*1. *retract. cap.*19.

11 Ad secundum. Duplici modo considerari id potest. Vel de matrimonio rato, sed nondum consumato, itaut in sæculo remanenti aliud coniugium inire liceat. Vel de matrimonio consumato. Quod ad primum clara nunc extat S. Concilij Tridentini definitio. *Si quis dixerit, matrimonium ratum, non consumatum per solemnem Religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit, sess.* 24. *can.*6. Id ipsum Innocentius III. & Alexander III. *in cap. Verùm, de conuers. coniug. & cap. ex publico, & cap. ex parte* 2. *eod.* tit. declarauerant, mensibus duobus concessis ad deliberandum de Religionis ingressu. Accedunt Sanctorum exempla, vt S. Theclæ, quam Paulus à nobilissimo, formosissimo, ac ditissimo sponso ad virginitatem inuitauit, Epiphanio teste *hæresi* 78. & Ambrosio *lib.*2. *de virginib.* Alexij, cuius vitam Metaphrastes scribit, & Ecclesia in officio publico recipit. Diuus Augustinus milites duos, Antonij perlecta vita, mox sponsis relictis, vota monastica suscepisse, & eorum posteà sponsas tam pulchrum exemplum pulchrè æmulatas refert *lib.*8. *confes. cap.*6. & eundem fuisse totius Ecclesiæ sensum, imperante Theodosio, ex Euphrasiæ historia perspicuum est. Si enim Scripturæ, canones, aut Ecclesiæ consuetudo aduersabatur Euphrasiæ, quorsum tantus Imperator blanditijs, muneribus, minis, omnique authoritate, à puella tenera contenderet, ne sponsum relinqueret, cùm potuisset iure, & legibus, vel ab inuita id extorquere, & vel monasterium ingressam propter vitiatam initiationem ex præcedentis matrimonij auctoritate, quantumuis repugnantem, extrudere? Mouimur, & Macarij Eremitæ, qui sanctitate, & signis inter cæteros eminuit, præclara auctoritate. Qui, referente Hieronymo 27. *quæst.*2. *cap. scripsit*, celebratio nuptiarum conuiuio, cùm vesperè thalamum esset ingressurus, ex Vrbe egrediens, transmarina petijt, & Eremi solitudinem sibi elegit.

12 His igitur, & alijs egregijs exemplis, & Spiritu sancto intus ea docente, Ecclesia abundè confirmata, eas Scripturæ sententias, quæ dirimi semel contractum matrimonium vetant, huc non porrigendas, optima sponsi Christi interpres securè intelligit. Idque ea fortè ratione, quòd licet matrimonium inter sponsos verum sit, nisi tamen corpore quoque consumatum fuerit, indiuiduam illam diuinitatis Christi cum ipsius humanitate coniunctionem non satis plenè, cumulatèque repræsentet. Ex maritali enim officio vna caro coniuges, & magnum illud mysterium, de quo Adam *Genes.*2. vaticinatus est: *Hoc nunc os ex ossibus meis*, & quod Paulus repræsentatum agnouit Ephes. 5. *Magnum*, inquit, *Sacramentum in Christo, & Ecclesia*, potissimum efficiuntur. Quamquam neque illud forsan incommodè diceretur, & si verè ex Ecclesiæ scitis, per solemnem Religionis professionem alterius coniugum matrimonium non consumatum dirimatur, spirituali aliquo, eoque commodo sensu, non tam rumpi, quàm perfici, & arctiùs constringi, leuiori & terrestri vinculo in maius, & cœleste felicius translato. Quo sensu à tota semper Ecclesia receptum, & creditum est, licere cuiuis propria auctoritate, minora vota in grauiora, & arctiora, & cætera omnia in Religionis votum conuertere, vt *in cap. Scriptura de vot. & vot. redempt.* Neque enim Romanus Pontifex Alexander fracti voti reum decreuit, qui temporale obsequium in perpetuam Religionis obseruantiam commutauit.

13 Quo porrò iure vinculi dissolutio per Religionis ingressum fiat, respondemus, eam diuina fieri dispensatione, cuius Ecclesiastica traditio est testis, vt ex D. Gregorio *lib.*3. *dialog.*14. Quam Dominus quoque insinuauit Matth. 19. promittendo vxorem dimittenti, ac se in statu perfectionis sequenti centuplum, & vitam æternam. Et sanè cùm Scriptura doceat, *Roman.* 7. & 1. *Corinth.* 7. Christianum per translationem in corpus Christi per baptismum liberari à lege Moysis, & fidelem à seruitute coniugij in infidelitate contracti,

pro-

propter spiritualem quandam mortem, & status prioris commutationem, ac Religionis professio quædam sit mors, qua mundo, & ciuili statui moriens viuit Deo, renuncians sæculo, possessionibus, proprij voluntati, suique coniugij, admodum conueniens fuit, vt arctissimum hoc spirituale vinculum Deo vniens, dissoluere minus spirituale vinculum, quo vxori obstringebatur. Quare potius Religionis professio hanc prærogatiuam obtinuit, quàm Ordinum susceptio, quia castitas ex decreto Ecclesiæ, non ex rei natura Ordinibus sacris annexa est.

Quod verò attinet ad secundum, nempè ad matrimonium consumatum, etiam licere, cum his tamen conditionibus; quòd adsit licentia alterius coniugum, & quod si consentiat vir, vt vxor Religionem ingrediatur, & professionem emittat, & è contra si consentiat vxor, ipse etiam, vel ipsa ingredi debet, ac professionem emittere, neque potest alteruter in sæculo remanere. Patet ex *can. Agathosa cum seqq. 27. quæst. 2.* ibi: *postquam copulatione coniugij viri, atque mulieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte manere in sæculo.* Non enim dicitur conuerti, sed in sæculo manere, si non profiteatur, *ex can. qui vxorem 33. quæst. 5. ex cap. cum sis de conuers. coniug.* ibi: *nisi vterque ad Religionem migrauerit.* At non migrat ad Religionem, qui eam non profitetur. Idem claré habetur ex *cap. cum vxoratus, ex cap. Ad Apostolicam, & ex cap. significauit, eod. tit.* Nisi fortè vir, aut mulier sit adeò prouectæ ætatis, vt in sæculo sine periculo incontinentiæ manere possit, vel nisi vir creetur Episcopus. Si enim è Religione potest assumi in Episcopatum, poterit etiam assumi antequam Religionem ingrediatur. Etenim eadem est vtriusque ratio, & par conditio, ratioque ipsa demonstrat. Nam in primis tunc cessat omnis iniuria vtriusque partis, cùm volenti, consentienti non fit iniuria. Cùm enim matrimonium Christianorum consumatum significet Christi vnionem cum Ecclesia per naturæ conformitatem, quam semel assumptam nunquam deseruit, ideò post consumationem matrimonij non licèt vni coniugum, altero inuito, Religionem ingredi, neque per ingressum potest huiusmodi vinculum dissolui. Ibi enim locum habet illud Christi, *quod Deus coniunxit homo non separet,* Matth. 19. & *qui dimiserit vxorem suam facit eam mœchari,* Hieronym. *epist. 14. ad Celantiam,* August. *epist. 45. 199. & lib. de bon. coniug. cap. 7. 15. 18. & 23. ac lib. de fid. & operib.* Prætereà cessat omne periculum, quia vterque conuertitur, vt castitatem seruet. Denique cessat omne impedimentum religiosi status; quia ex eo temporis neuter coniugum manet obligatus ad vsum matrimonij. Igitur his seruatis talis professio nedum valida, sed etiam licita est. Ex quo benè intelligitur vinculum matrimonij non repugnare formaliter cum vinculo professionis religiosæ, sed dumtaxat ea iure in casibus ab illo expressis. Nam in hoc casu vinculum matrimonij non dissoluitur, sed solùm impeditur quoad vsum, solùmque manet quoad hunc effectum, vt neuter coniugum possit aliud matrimonium contrahere. Atque iuxta hæc intelligendus est textus in *cap. 1. de conuers. coniug.* ne repugnet alijs, in quibus magis claré, ac distinctè locuti sunt Pontifices.

Quod si etiam in ea ætate senili alter coniugum suspectæ incontinentiæ sit, cogendus est ingredi Religionem, aut alteri licentia deneganda est, vt ad Religionem transeat. Iura enim, quæ de hoc loquuntur, maximè curant, vt vitetur incontinentia remanentis in sæculo, & ideò exigunt, ne sit suspectæ incontinentiæ, vt constat ex prædictis *cap. Cum sis, de conuers. coniug.* ibi: *si ita senex est, & sterile, quod sine suspicione possit esse in sæculo. Ex cap. vxoratus autem talis fuerit, qua suspicione non careat. Ex cap. ad Apostolicam, nisi fortè sit eius ætatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in sæculo remanere.* Et ex *cap. significauit. Et est talis ætatis, de qua suspicio haberi non possit.* Debet nihilominus alter coniugum prouectæ ætatis, vt in sæculo remaneat, votum perpetuæ castitatis emittere, *ex dicto cap. 1. de conuers. coniug.* ibi: *Nisi vxor ad Religionem transierit, aut perpetuò castitatem seruare promiserit,* & *ex cap. Apostolicam, eod.* ibi: *Nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat.* Quod quidem votum est simplex, non solemne: Nullibi enim à iure solemnizatur, nisi in professione Religionis approbatæ, aut sacri ordinis susceptione, vt constat *cap. vn. de vot. in 6.* ac proinde ex se matrimonium contrahendum, altero coniugum mortuo, impedit tantùm, non dirimit, vt pluribus docet Sanc. *de matr. lib. 7. disp. 32. n. 8.* & Pontius *eod. arg. lib. 9. c. 12. n. 3.*

Quod verò ad Episcopi licentiam, communior, ac verior sententia est, non esse necessariam ad valorem professionis, neque ex præcepto, neque ex consuetudine. Ita Gloss. *in cap. si vir, v. conscientia 17. quæst. 1.* vbi etiam Archid. *num. 1.* Bellam. *num. vn.* Turrecrem. *num. item vn.* ac tradunt Federic. *cons. 37. ad fin.* Io. Andr. *in cap. 1. num. 1. de conuers. coniug.* ibique Butr. *num. 15.* Abb. *num. 3.* Cardin. *qu. 2.* & Aretin. *cons. 59. num. 9.* Ex Theologis verò Scot. *in 4. d. 32. quæst. vn.* & ibi Maior. *quæst. 2. conclus. 6.* Sot. *d. 27. quæst. 1. art. 4.* Sanch. *dict. disp. 32. num. 3.* Pontius *eo cap. 12. num. 2.* Gutier. *de matrim. cap. 95. num. 4.* Castropal. *tom. 3. de suscept. relig. stat. disp. 2. pun. 2. § 4. num. 10.* & alij. Idque colligitur *ex cap. 1. de conuers. coniug.* vbi loquens Alexander III. de laico vxorato, qui, ignorante Episcopo, de licentia, & permissione vxoris monasterium ingressus, professionem fecit, vxore in sæculari habitu remanente, nec transeunte ad Religionem, aut perpetuam continentiam vouente, expressè dicit, quòd nisi vxor ad Religionem transierit, aut perpetuò castitatem seruare promiserit, vir potest, ac debet è monasterio reuocari. Ergo à contrario sensu dicit, virum, qui ignorante Episcopo, de licentia vxoris professus est, reuocandum non esse, si vxor ad Religionem transierit, aut perpetuò castitatem seruare promiserit. Igitur valida est professio absque licentia Episcopi. Est contra Guilliem. Vorrillong. *in 4. d. 42. qu. vn. art. 2. post 1. conclus. cas. 1.* Maiol. *lib. 1. de irreg. cap. 4. n. 5.* qui contrarium expressè opinati sunt, vt contra Hostiensem, Ioan. Andr. & Ancharanum apud Sanch. *cit. disp. 32. num. 3.* qui hoc ipsum indicare videntur, moti authoritate dicti *can. si vir 27. q. 1.* vbi sic habetur: *Si vir & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consentiam vita, nullatenus sine Episcopi licentia fiat, vt ab eo singulariter prouiso constituantur loco.* At primò in hoc textu non dicitur actus irritus: Deinde in eo non constat de ista specie sermonem esse, vt per Glos. *dicto v. Conscientia:* Quia potest intelligi, quando coniugati volunt monasterium construere, ad quod transeant, sine licentia Episcopi. Quod fieri nequit, cùm sine Episcopi facultate ædificari non potest per textum *in cap. nemo, de consecr. d. 1.* neque hodie absque licentia Sedis Apostolicæ, vt nos alibi. Postremò, non idcirò aliquo pacto irritatur in prædicto textu professio aliter facta. Solùm igitur desideratur ex quadam honestate. 16

Hæc ferè omnia confirmantur ex declarationibus Sac. Congregationis super Episcopis, & Regularibus, quæ in Mutinen. 3. Iunij 1609. & 22. Augusti 1611. ita scripsit Episcopo: *Non basta, che il marito vada in habito di Chierico, nè meno che riceua gli ordini sacri; ma è necessario che egli, e la moglie entrino in qualche Religione approuata, e faccino professione nel medesimo tempo.* Quod est desumptum *ex cap. Sanè 6. & cap. Cum sis prædictus 4. de conuers. coniug.* 17

In vna Oppidensi 26. Martij 1627. concessa fuit licentia viro ingrediendi Religionem, manente vxore sexagenaria in sæculo cum habitu tertiariarum, modò non adsit periculum incontinentiæ, ipsa vxor consensum præstet, ac votum castitatis, donec vir vixerit, duraturum, emittat, eisque prædita sit facultatibus, quæ decenter eius victui sufficiant. Idem & concessum in Vlysipponen. 9. Iunij 1656. 18

Et in vna Nannetensi 23. Ianuarij 1609. extat licentia Summi Pontificis cuidam viro concessa, vt ad presbyteratus ordinem promoueri, ac deinde in Religionem ingredi possit, postquam eius vxor in monasterium ingressa fuerit, & votum simplex castitatis emiserit, non obstante, quod in Breui dicatur, ipsam mulierem prius professionem emissuram. 19

Ad tertium quod spectat, vir doctissimus Pontius Legionensis in libro suo, quem inscripsit *de matrim. lib. 7. cap. 25. à num. 3.* respondet primò; olim siue quis assumeretur ad sacros ordines, siue ad Episcopatum, nullo iure cautum erat, vt vxores eorum Religionem profiterentur, sed tantùm vt votum castitatis emitterent. Id, quod manifestè constat ex *can. Episcopus d. 77.* Ibi enim tantùm dicitur, vxoris voluntas requirenda est, Religione promissa, postquam ambo conuersi fuerint, ordinetur, verbum enim illud, 20

Religione promissa, non de professione Religionis, sed de emisso voto castitatis in sæculo, quod est opus Religionis, ipse interpretatur cum Glossa *in d. can. Episcopus, v. Religione*. Quod idem significatur verbo illo *conuersi fuerint*. Idque manifestè constat, cùm vterque dicatur conuerti. At is, qui ordinabatur, nequaquam Religionem, sed castitatem tantùm profiteretur. Idem ergo præstabat vxor initiandi sacris, & nihil ampliùs.

31 Deinde inquit iure nouo Alexandri III. *in cap. sanè, de conuers. coniug.* statutum esse, nequis vxoratus in Episcopum ordinetur, nisi vxor continentiam professa, sacrum sibi velamen imponat, & religiosam vestem assumet. Velamen autem sacrum, & religiosa vestis signa sunt non tantùm continentiam in sæculo vouentis, sed religiosæ vitæ se addicentis.

32 Denique ait, neque antiquo iure, neque nouiori requisitum fuisse, vt vxores eorum, qui ad alios Sacros ordines, præter Episcopatum, promouebantur, Religionem profiterentur, sed tantùm, vt continentiam in sæculo vouerent, siue in senili, siue in iuuenili ætate essent constituti. Nam textus *dicti cap. sanè*, solùm agit de his, qui Episcopi ordinabantur. Textus etiam Alexandri III. in dicto *cap. Coniugatus, de conuers. coniug.* in quo de alijs ordinatis agitur, solùm exigit, vt continentiam profiteantur, ibi: *nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus.* Quo verba Glossa ibi intelligit simplex castitatis votum. Vnde in eo discriminantur vxores eorum, qui ad Religionem transeunt, quod istæ profiteri Religionem compelluntur, nisi senes sint, *cap. cum sis, eod. tit.* At eorum, qui ad ordines assumuntur, minimè. Sicque concludit: Nunc autem ex consuetudine tantùm recepta non admittitur vir ad sacros ordines, nisi vxor, quæ iuuenis est, Religionem ingrediatur, & profiteatur, & quæ senex est, voueat continentiam.

33 Alij etiam inter quos Angelus *v. matrimonium 4. num. 8.* asserunt sufficere votum simplex. Probatur primò ex relatis verbis dicti *cap. coniugatus*. Nam illius verba indifferentia sunt ad vtrumque votum. Ergo non est cur ad maius, seu rigorosus votum limitetur, quale est solemne Religionis.

34 Secundò ex differentia, quæ est inter causam Religionis, & sacri Ordinis. Vir enim factus religiosus non tenetur amplius curam vxoris habere, & ideò iure prouidit Ecclesia, vt ipsa etiam Religionem ingrederetur. At vir manens in sæculo ordinatus sacris, tenetur curam habere suæ vxoris. Non igitur cum tanto rigore postulari debet, vt vxor sæculum deserat.

35 Tertiò ex *cap. Ad Apostolicam, de conuers. coniug.* Ibi enim, quia vir, & vxor per copulam efficiuntur vna caro, ideò non potest conuerti, nisi alia conuertatur. Igitur quando vir ita conuertitur, vt Religiosus fiat, meritò exigitur in vxore eadem conuersio ad Religionem. At si vir in sæculo maneat cum solo voto castitatis sacris ordinibus anneao, non est cur vxor sæculum debeat relinquere, cùm alioqain non esset par vtriusque ratio, ac proinde satis erit illi, simplex votum continentiæ emittere.

36 Postremò. Coniugati possunt in sæculo manere cum solo voto continentiæ ab ipsis emisso absque facultate petendi, ac reddendi debitum coniugale. Ergo & poterunt in sæculo vitam ducere, vxore obstricta voto castitatis, & viro ad sacros ordines promoto.

37 At verò tenendum est tum de iure nouo, quo nunc vtimur, tum de consuetudine, posse virum ad sacros ordines promoueri cum consensu vxoris vouentis continentiam, si senex est, vel ad Religionem transeuntis, si est iuuenis. Ratio quoad consensum est perspicua. Quia per ordinis sacri susceptionem non dirimitur matrimonium ratum, vt est definitum *in extrauag. Antiquæ, de voto*: atque adeò fieret præiudicium mulieri, si absque eius licentia vir ordines susceperet, quia mutaretur eius status. Quod multò magis dicendum est in matrimonio consumato. Hoc enim exigitur à iure canonico, ab iustitiæ ratione, & à voto annexo ipsis sacris ordinibus in Ecclesia latina, in qua Clericis in sacris prohibitus est vsus propriæ vxoris. Nam integrum, & absolutum votum castitatis emittitur, ad quam non potest coniugatus integrè obligari sine licentia vxoris. Et quoad votum castitatis, si vxor fuerit senex, vel quoad ingressum in Religionem, si fuerit iuuenis, patet *ex d. cap. Ad Apostolicam*, vbi, vt vir profiteatur, petit ingressum mulieris in Religionem, nisi sit eius ætatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in sæculo remanere. Ergo si fuerit iuuenis, nequit remanere in sæculo, sed debet ingredi Religionem. At si vxor iuuenis Religionem professuri compellitur ingredi Religionem, à fortiori vxor promouendi ad ordines. Tum quia faciliùs potest clericus sæcularis vxorem inuisere, & conseruato pristino amore, ea familiariter vteretur, vnde manifestissimo incontinentiæ periculo se exponeret. Tum quia vxor iuuenis manens in sæculo, quantumuis casta, est incontinentiæ periculo exposita, quo in genere Sancti Patres infiniti propè sunt, vt suadeant amanti pudicitiam, cauendum esse frequens cum mulieribus, etiamsi pijs, commercium. Legendus D. Chrysostomus *lib. 6. de sacerd. sub init.* Immò quoad hoc nullam esse bonam mulierem, scitè ab Eumulpo scriptum est illis in hanc rem carminibus.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis;
Namque est fœminea tutior vnda fide.
Fœmina nulla bona est, & si bona contigit vlla,
Nescio quo fato res mala facta bona est.

Ad hoc ipsum institutum Nazianzenus *orat. 44.* iubet hominem castitatis studiosum meminisse dulcem illam illecebram, & charum venenum, quo primus parens in ruinam actus est. Nec minus prouide Origenes *lib. de singul. Cler.* ac alij, quos alio in loco adduximus. Non ergo dicendum est ius canonicum voluisse, vt muliere manente in sæculo, vir ad Ordines promoueatur.

27 Id confirmo ex dicto *cap. coniugatus*, quòd Pontium arguit. Nam illud ita integrum legn in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. *p. 5. cap. 6. Coniugatus ad monasterium conuerti desiderans suscipi prohibetur, nisi vxor illius similiter conuertatur. Nam dum vnum vtrorumque corpus post coniugis copulationem sit factum, incongruum est, partem conuerti, & partem in sæculo remanere, nec recipitur à Deo illius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio. Cùm igitur senatus Sanctorum Clericorum longè præemineat cœtus monachorum, aut aliquando bonus monachus vix bonum Clericum faciat, nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus.* Ex quo contextu manifestum est, eandem conuersionem vxoris requiri, vt vir possit in sacris ordinari, quæ requiritur, vt monachus fieri possit, & in iure hæc duo æquiparari. Atque id præcæteris verius indicat Suarez Theologus summus, & Pontio minimè inferior *tom. 3. de Relig. lib. 9. de vot. castit. cap. 19. num. 9.* tenetque Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 39.* Sot. *in 4. d. 37. quæst. 1. art. 2. post 2. conclus.* inquiens, non solùm necessarium esse vxoris consensum, sed etiam requiri, vt ipsa Religionem ingrediatur, probatque ex præcitato *can. Agathosa, cap. Cum sis, cap. ex parte, de conuers. coniug.* & consentit Glossa *in d. extrauag. Antiquæ, de voto, & in d. cap. coniugatus*.

28 Quod verò, si vxor sit senex, & non suspecta de incontinentia, requiratur ipsius votum castitatis in sæculo, habetur *ex dicto cap. Ad Apostolicam*, illis verbis: *Vxor vitam debet mutare*, nimirum profitendo Religionem, *nisi fortè sit eius ætatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in sæculo remanere*. Si enim hoc requiritur in vxore, vt vir profiteatur, idipsum etiam requiri dicendum est, vt ad ordines promoueri possit. Est enim eadem, immò & maior ratio, docemurque ex sæpè *citato can. Agathosa cum seqq. 27. quæst. 2. ex can. qui vxorem 33. quæst. 5.* ex Concilio Agatensi *can. 16. & 17. ex can. Episcopus d. 77.* & ex Humberto, Leonis VIII. legato in responsione ad Nicetam, ex *can. feriatim d. 32. ex cap. Cum sit, ex cap. cum vxoratus, de conuers. coniug.* & tradunt Doctores in præfata *Extrauag. Antiquæ, de vot.* & quidem in hoc nemo dubitat. Quibus adhæret S. Congregatio Concilij, & S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus, vt ex sequentibus declarationibus.

29 In Neritonen. siue Tarentina diuortij. Marius de Rhao, Eques christianæ militiæ, vt vocant Immaculatæ Conceptionis, aliàs supplici libello per Eminentissimum Datarium ad hanc Sacram Congregationem remisso, narrabat, se in sexagesimo quinto ætatis suæ anno in præsens constitutum, ab annis viginti & octo cum vxore sua Adriana, quam virginem duxit, & quæ nunc

an-

annum quinquagesimum octauum ætatis suæ agit sine iurgio conuiuere, modò se necnon vxorem ipsam, vt magis expeditè diuinis obsequijs vacare possint, cupere diuortium ita facere, vt vxor seorsim à viro cum duabus filiabus degens, votum castitatis emittat, maritus verò ad sacros ordines promoueatur, saluis cæteris antedictæ christianæ militiæ votis permanentibus. Proinde supplices petebant coniuges à Sanctissimo, vt antedictum diuortium prænarrata ratione ineundum probare dignaretur. Et sub die 29. Maij præsentis anni, recitato huiusmodi libello in hac Sacra Congregatione, quamuis Eminentissimi Patres inclinare viderentur pro concessione indulti, tamen placuit, vt darentur literæ ad Ordinarium, vt ab eo secreta instructio haberetur circa mores, & conditionem vtriusque coniugis. Ille suis litteris refert, sibi penè constare, oratorem esse optimis moribus præditum, necnon in omni scientia versatum, & vxorem eisdem pariter esse qualitatibus, & virtutibus fulgentem: Sicuti pariter antedictam vxorem fuisse ab Oratore ductam non viduam, sed virginem, sicuti quoque ab eodem nullam aliam antea ductam. Hodie proindè quæritur, An Oratorum precibus sit annuendum. *Die 11. Decembris 1660. Sacra Congregatio Concilij censuit, annuendum.*

Sacra Congregatio super Episcopis, &c. in Rhegien. 23 Septembris censuit, vt promotio viri ad sacros ordines sit legitima, debere vxorem Religionem ingredi, vel si prouectæ sit ætatis, suspicioneque careat, voto continentiæ emisso, in sæculo, si velit, remanere potest. Idem aliàs declaratum.

Non obstant argumenta, quæ in contrarium adduximus. Non primum: Nam licèt *cap. Coniugatas*, iuxta sensum aduersariorum, solùm petat professionem castitatis absolutè, hanc tamen professionem intelligendam relinquit secundùm ordinariam iuris dispositionem, quæ in alijs decretis satis explicata. Et quamuis iura videantur loqui de illo casu, in quo vir Religionem profitetur, id certè materialiter se habet. Nam in primo casu, in quo vir Religionem ingreditur, & in altero, in quo ordinatur in sacris, est eadem ratio, & necessitas postulandi in vxore professionem castitatis, quando iuuenis est. Immò in casu ordinationi sacræ, maior est necessitas, vt vxor in posterum sit secura, sicuti dicebamus.

Neque secundum: Nam in hac re præcipuè attenditur, vt euitetur periculum incontinentiæ, quod manus reperitur in casu promotionis viri ad sacros ordines.

Minus tertium: Quanquam enim ordinatus in sacris maneat in sæculo, non ideò manere debet eius vxor iuuenis propter manifestum periculum incontinetiæ, vt sæpiùs dictum est.

Pariter neque vltimum: Est enim longè diuersa ratio. Quia dum vterque coniux, ex voto simplici castitatis communi consensu emisso, in periculo incontinentiæ versaretur, esset illis facilè dispensationis remedium, & idcircò id permittitur. Vt vbi iam vir esset in sacris constitutus, nullo pacto, vel fortè non ita facilè expediret cum eo dispensare, vt ad vxorem redeat. Præterea si argumentum vim aliquam haberet, probaret etiam, integrum esse viro Religionem profiteri cum licentia vxoris iuuenis promittentis in sæculo continentiam: Quod quidem fas, & iura non sinunt.

Illud autem aduertendum, quòd vbi necesse est,[a] vt vxor Religionem ingrediatur, non ante vir sacros ordines suscipere potest, quàm ipsa professionem emiserit, quemadmodum Sacra Congregatio super Episcopis pluries declarauit. Item & illud de cohabitatione seorsim viri ab vxore, in qua vix potest id contingere. Nam si vxor est iuuenis, profiteri debet Religionem, vt vir ad sacros ordines promoueatur, atque adeò cohabitare non poterunt. Si verò est senex, & extra periculum, ac suspicionem incontinentiæ, tunc per se loquendo negari non potest, quin possint cohabitare. Nihilominus tamen semper consulendum est, vt abstineant ab huiusmodi cohabitatione, propter exemplum, & maiorem honestatem, ad euitandum qualemcumque periculum etiam leuissimum incontinentiæ. Summa enim est naturæ humanæ in Venerem propensio. Quod S. Basilius initio libri de virginitate egregiè aperit, imitatus Platonis in conuiuio ratiocinationem, quam etiam vsurpauit S. Chrysostomus *homil. vlt. in epist. ad Colos. & homil. 23. in 2. ad Corinth. in moral.* breuiterque, sed pulcherrimè Lactantius eam propensionem describit *6. institut. cap. 23.* quia incedentem propterea, aut igni fomenta suggerentem communem naturæ nostræ hostem, proponit. Extatque apud S. Gregorium *4. dialog. cap. 11.* exemplum opportunum. Vrsinus, ait Gregorius, Nursiæ presbyter, cùm iam esset in extremis, fœminam piam, quam olim legitimam vxorem habuerat, & cum eius consensu reliquerat, accedentem, & auribus spiritum vitalem explorantem, prohibuit, dicens: Adhuc igniculum spirare, paleam proindè remoueret. An autem primis Ecclesiæ temporibus, qui sacris initiabantur, si coniugati erant, vxores domi retinebant, separata tamen habitatione, vt nulla inter eos communicatio esset, vt Apostoli præceperunt, disputat Pontius explicans canonem quintum Apostolorum, & quæ sint mulieres extraneæ, & subintroductæ, quas Clerici secum habere non possunt *lib. 7. de matrim. toto cap. 26.*

Rogabit fortasse quispiam, quæ ætas dicatur prouecta, & sine periculo, ac suspicione incontinentiæ? Certum 35
namque est nondum Ecclesiam aliquid circa hoc determinasse, neque, stante varietate corporum constitutionum senectus semper eodem tempore incipit in omnibus, cùm alij citiùs, alij tardiùs incipiant pati diminutionem virtutis, & caloris naturalis. Nec desunt auxilia ab historia petita, quorum vsu fouetur luxuria. Ex Theophrasto habetur herba ab Indo allata, qua septuagies coeundi potestas foueretur, atque redintegrata consisteret. Tambor etiam siue Betel hunc ad vsum ab Indis mandi proditum est. Inter preciosas merces esse Amphiam. Simplex quidem illud medicamentum apud Indos vniuersos ad excitandam Venerem. Est in Atlantis iugis occidentalibus, quæ pars Surnag ab incolis nuncupatur, radix quædam, cuius esu ad Venerem augendam, continuandamque mirificè corroborentur. Quin aiunt super ea si quis vrinam reddiderit, illicò turgere libidinibus. Virgines, quæ præsunt pascuis, si super ea sedeant, aut vrinam faciant, eis perindè rumpi naturæ membranam, ac si à viro fuerint vitiatæ. In ea Indiæ prouincia, quæ sub terra Laboratoris est versus Isthmum Dacien arbor est pyri facie, & magnitudine, perpetuò folio viridissima, nitidissimaque superficie, fructus quoque pyri specie, sed colore viridi, etiam cum maturus est, medulla intus concolor, dulcis, pinguis, butyri sapore, quæ adeò validos efficit ad coitum, vt propius miraculo sit eius efficacia: Agnacat illi nomen est. Accedunt ab arte petita remedia, pilulæ, tabulæ, vnguenta Venerem excitantes, de quibus Vveccherus in suo *Antidotar.*

Primò respondéri potest, nullam in hac re dari ætatem 36
determinatam, sed habendam esse rationem roboris corporis, illiusque habitudinis, ac proindè remittendam hanc determinationem iudicio prudentis viri. Quia non datur certus terminus ætatis, in quo semper senes sint absque periculo incontinentiæ; dantur enim senes sexagenarij, qui sunt magis salaces, quàm quadragenarij.

Secundò dici potest, ætatem septuagenariam esse termi- 37
num huius incontinentiæ. At posse senes septuagenarios esse ita robustos, vt possint coire, & contra ante septuagesimum annum esse ita viribus debilitatos, vt Veneris stimulos vix sentiant, experientia discimus. Vnde solùm est verum, quòd septuagenarijs regulariter id contingat. Hanc retulit Abbas *in cap. Quoniam num. 18. vt lit. non contest.* Neque ab hac ætate infra, inquit ille, nihil Iudicis arbitrio relinquitur, cùm satis certum sit, hunc esse senem, ex quo in iure passimà muneribus excusatur, *l. 3. ff. de iur. immun. §. Item Instit. de excus. tut.* Sed non concludit, quia etiam ille excusatur, qui quinquagesimum quintum ætatis annum excedit *d. l. 2. §. vlt. ff. de decur.* Nec authoritas Glossæ, qua monetur Abbas necessaria est, sed probabilis.

Tertiò, ad id satis esse annum sexagesimum. Quia hæc 38
ætas est senilis, in qua calor naturalis incipit debilitari, & spiritus minui. Ætas autem senilis est debilis, & facilè corruit, aut labitur in morbum, vt docet Galen. *lib. 5. de sanit. tuen.*

39 Quartò, senem dici, qui annum quinquagesimum attigit vsque ad septuagesimum, vt voluit Glos. *in procem. sexti v. perfectus*, vbi Ioan. Andr. & Glos. *in cap. 1. de celebr. Miss.* Glos. *in l. non aliter*, §. *vlt. ff. de leg.* 2. Gramm. *decis. 4. num. 4.* Corat. *in l. precibus num. 29. C. de impub.* Anan. *in rubr. de delict. puer. col. 1.* Afflict. *in com. ad Constit. Neapol. lib. 2. rubr. 37.* Mouentur ex *d. l. non aliter*, §. *vlt.* quo loci non definitur, qua ætate inter iuuenes, & inter senes quis enumeretur. In id afferri posse videtur *l. 2. §. vlt. ff. de decur. l. 3. C. eod. & l. vlt. C. qui ætate se excus. lib. 10.* quibus probatur, excedentes quinquagesimum quintum annum, vt senes, & maiores à muneribus personalibus excusari. Verùm illud in eo casu est statutum, non generatim in omnibus. Hinc alia sunt onera, à quibus solùm septuagenatij excusantur, vt in tutela. Adducitur & textus *in cap. 1. de renunc.* Sed ibi non definitur, qua ætate is possit dici senex, qui ad Ecclesiam regendam se impotentem allegat, vt neque declaratur *in cap. nisi*, §. *alia*, *eod. tit. de renunc.*

40 At nos, missis alijs, respondemus, id Iudicis arbitrio relinquendum esse. Quia sumus in casu, in quo nulla clara iuris extat constitutio. Vbi enim est ista constitutum, illud seruandum. Nam ad excusationem tutelæ, & curæ is senex dicitur, qui annum agit septuagesimum, *d. l. 3. de iur. immun. & d. §. Item instit. de excus. tut.* Sic quoque senex is dicitur, qui annum agit quintum, & quinquagesimum, vt à personali munere excusetur, *d. l. vlt. C. qui ætat.* Vbi ergo definitum non est, qua ætate quis senex dicatur, Iudicis arbitrio relinquitur. Quod placuit Barbat. *consil. 21. col. pen. lib. 2.* & Menochio *de arbitr. cas. 59. num. 4.* qui ita interpretatur *text. in d. l. non aliter*, §. 1. *de leg. 3. & l. inuiti*, *ff. de testib. dict. cap. nisi*, §. *alia*, *de renunc. & dict. cap. quoniam vt lit. non contest.* Ratio autem, quoad rem nostram, ea est; quia, vt cognoscatur, quando quis incipiat liberari à periculo incontinentiæ, attendendum est, quando vires, & robur naturale incipit decrescere, quòd facilè colligi poterit ex eo, quòd natura, & corporis habitudo non potest amplius resistere ijs, quibus resistebat, quia incipit causa, nempè diminutio virium, & roboris naturalis, quæ liberat à suspicione. Ita etiam si quis ea aliqua infirmitate ita debilitaretur, vt remaneret in statu simili senectuti, adeò quòd fieret in ipso continua diminutio virium, & roboris, atque caloris naturalis, censeretur absque periculo incontinentiæ. Nam sicut ex morbo anticiparet status senectutis, ita etiam anticiparet liberatio à periculo incontinentiæ. Quæ quidem multò magis locum habent in fœminis. Quia ea natura sua sunt debilioris corporis constitutionis, quam viri, vnde consequenter citiùs incipit in ipsis senectus, & declinatio virtutis naturalis. Quare S. Congregatio Concilij 6. Maij 1645. concessit viro Parisiensi ætatis illius annorum 62. licentiam suscipiendi sacros Ordines, vxore 58. annorum sine suspicione incontinentiæ in sæculo remanente.

41 Neque nos mouere debent ab historia, & ab arte quæsita argumenta. Nam ad Amfiam quod attinet. Qui à primis annis eius esui assueti non sunt, si adulta ætate comedant, moriuntur. Iam verò vicissim, quicumque vesci instituere, si omittant, morte afficiuntur. Qui cœptum vsum continuant, eis nihil nocere. Venenum igitur Sirenarum nobis cognominare libitum est. Nam parum esitatum, iuuat, vbi largiùs sumitur, interficit: Quapropter Cambaiæ mulieres, cùm sese aut infamiæ, aut supplicio subducere volunt, edunt Amfiam cum sese; pereuntque sine dolore. Ab eius prouinciæ Rege filium veneno educatum, scripsere. Quod, qualeue venenum fuerit, non explicanere. Illum adultum adeò factum venenosum, vt muscæ, qui solo suctu cutim modò perstringerent, turgidæ interirent. At cùm nauigatores Indi pro certo affirment, Amfiam esse opium, quod cum sit gelidissimum ab omnibus philosophis indicatum, quomodo venerem stimulabit? Hoc si secùs est, haud alia ratione frigidum papauer est, atque ipsa rosa. Rosæ namque succus calidus. Quòd enim opium in quarto frigidum cognoscitur à medicis, nigro fit ea papauere. Sic nigra herba Apollinaris perniciosa, alba non item. Sed de his alij. Nos enim non quæ ab extraneis, sed quæ ab ipsa natura sunt, petimus. Scimus vulgò persuasum, duo esse ad Venerem necessaria, flatum, & semen. Quod neque totum necessarium, vt necessarium omittunt. Quippè non est ad Venerem semen necessarium, sed ad generationem eorum, quæ semine propagantur. Coire enim queunt Eunuchi. Coeunt certè; nonnulli etiam validè, tametsi nihil emittunt. Quæ fuit causa, vt Afanorum immanis barbaria progressus facere in credulitate. Ex sectos namque pueros cum fœminis custodes adhibuissent, eosque adultos postea cum illis in adulterio deprehendissent, flagitium illud à quibusdam commissum, in illis quidem mortis supplicio vlti sunt in alijs totius virilitatis amputatione. Quin & pueros infestat tentigo, quibus tamen nullum semen est. At contra, calor quidem necessarius. Quamobrem senes, qui flatibus, vel nimis multis distenduntur, quique seminis habent plurimum, calore defecti, non attollunt ficulam, vt ait facetissimus poeta. Calore igitur, & spiritu pueris vrgetur penis. Eunuchis flatu, & calore multo, vtriusque sine semine. Senibus languet flatu, & semine, sine calore. Reliqua demus modestiæ.

45 Et ea dictis quidem quarta, quam proposuimus quæstionis ratio ipsa se aperit, nempè ex nouo iure, vt vxorarus ad Episcopatum promoueri possint, requiritur necessariò professio vxoris in Religione approbata, quanquam sit prouectæ ætatis, nec versetur in periculo, vel in suspicione incontinentiæ iuxta Constitutionem Alexandri III. *in dict. cap. Sane*, *de conuers. coniug.* cuius hæc sunt verba: *Prohibemus, ne vxoratum præsumatis in Episcopum ordinare, nisi vxor prius professa continentiam, sacrum sibi velamen imponat, & religiosam vestem assumat.* Super quæ verba ait Glossa: *Nota speciale in vxore Episcopi, quæ debet continentiam profiteri, & intrare in Religionem, antequam vir eius promoueatur in Episcopum.* Cui omnes adstipulantur apud Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 41. num. 2.* Idque siuè propter Ordinis Episcopalis excellentiam, & venerationem, vt auferatur occasio, ne Episcopus visitetur à fœminis; siue quia Episcopatus est status perfectionis, meritò statuitur, vt vxor statum quoque religiosæ perfectionis assumat. Vnde sequitur, quòd viro effecto Religioso, vxore prouectæ ætatis manente in sæculo, cùm voto castitatis, si vir deindè ad Episcopatum promoueretur, necesse erit, vxorem ita senem Religionem profiteri. Quæ ratio idem planè probat de viro ad Cardinalatum assumpto ob eminentiam dignitatis. Præcipuè cum Cardinales in suis titulis habeant iurisdictionem quasi Episcopalem; tametsi aliter de Cardinalatu senserit Diana *p. 4. tract. 4. resol. 129. & p. 5. tract. 3. resol. 39.* & aliter Sotus de Episcopatu *in 4. d. 27. qu. 2. art. 4. ad fin.* quod probabile censuit Sanch. *loc. cit. num. 1.* Sed an rectè, atque ea dignitate, alij iudicent. Ego certè ijs non assentior.

44 Si tamen Sanctissimo placuerit, poterit cum aliquo ad Episcopatum promouendo, siue ob eius nobilitatem, doctrinam, ætatem, ac mores, siue ob merita in Religionem Catholicam, dispensare, vt eius vxor, si Religionem noluerit profiteri, modò non sit in periculo incontinentiæ, liberum ac legitimum præstet consensum, ac votum castitatis emitat, vitamque seorsim à viro ducat, in sæculo remanere possit.

CONSVLTATIO XLIII.

Ex quibus præcipuè probentur confines vnius diœcesis?

1 PRimò, ex fama probata per testes, Rot. in Constantien. Iurisdictionis 18. Februarij 1603. coram Ortembergo, & *dec. 683. n. 1. p. 1. rec.* ac benè Gratian. *discept. 918. num. 18. & seq.*

2 Secundò, ex visitatione Ecclesiarum ab Episcopis facta, Rot. *decis. 168. num. 2. ad mod. decis. 394. num. 2. & 4. & decis. 681. num. 4. p. 1. recent.* Seraph. *decis. 475. num. 1. & 2.* Et de his actibus non datur ignorantia Episcopi aduersarij, cùm ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 3. de reform.* spectet ad officium Episcopi ex iurisdictione ordinaria Ecclesias suæ diœcesis quotannis visitare, vt per Rotam in locis allegatis.

3 Tertiò, ex Pontificalium exercitio in locis controuersis. Quia sunt de iurisdictione ordinaria, *can. Ministrare 26. qu. 6. & c. Conuenit*, *de consecr. d. 5.*

Quar-

Quartò, ex descriptione in Synodo facta Ecclesiarum, quæ controuertuntur, atque ex solutione ab eis facta onerum, ac iurium Cameralium Mensæ Episcopali. Hæc enim duo adminicula ad probandam iurisdictionem considerat in hac specie Rota *in d. decis. 683. num. 4. p. 1. recent.* & do solutione collectarum est *cons.* Alex. 35. *num. 4. lib. 1.* vbi quod ex dicta solutione probatur, Villam soluentem esse de territorio, & iurisdictione eius Ciuitatis, cui soluitur collecta.

Quintò, ex decretis ab Episcopo emanatis contra possidentes beneficia in sua diœcesi, vt ostenderent eorum Bullas, & prouisiones iuxta formam *cap. Ordinarij, de offic. Ordin. in 6.* Præsertim si in illis adsint enunciatiuæ, quòd beneficia sint in diœcesi. Quæ quidem enunciatiuæ si sint antiquæ, & adminiculatæ ex alijs actibus, plenè probant in hac materia Rot. *d. decis. 683. num. 4. ad fin. & dec. 360. num. 3. & 4. p. 1. rec. & dec. 374. num. 3. p. 2. rec.*

6 Sextò, ex pluribus collationibus beneficiorum etiam Iurispatronatus, & Ecclesiarum factis ab Episcopis. Collatio enim beneficiorum, & reseruatio iurispatronatus spectant ad Ordinarium loci ex propria iurisdictione, Seraph. *decis. 799. num. 1. & dec. 1353. num. 3.* & coram Coccino *dec. 448. n. 9.* Nec Episcopus aduersarius potest allegare ignorantiam vacationis, & collationis beneficiorum, Rot. *dec. 6. de iurepatr. in nou.* & coram Seraph. *dec. 306. num. 1. & seq.* præsertim *num. 4.*

4 Septimò, ex licentia ministrandi Sacramenta in locis controuersis concessa ab Episcopis vnius diœcesis, ex latè traditis per Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 10. num. 11.*

8 Octauò, ex confessionibus Episcopi aduersarij, quæ benè probant contra confitentem, & successores, Seraph. *decis. 436. num. 6.* Rot. *decis. 334. num. 2. & 3. par. 1. recent.*

9 Nonò, ex exercitio iurisdictionis contentiosæ in territorio controuerso. Id namque optimè probat territorium esse in diœcesi, Cardin. Mantic. *decis. 361. per tot.* & fuit decisum in causa Montis regalis Iurisdictionis coram Coccino *decis. 26. num. 2. & 3.* quæ loquitur de carceratione, & excarceratione. Et cùm isti actus sint reiterati, & gesti à ministris Episcopi aduersarij, contra ipsum plenè probant, quia præsumitur de illis scientiam habuisse, præsertim si nonnulli fuerint gesti à suo Vicario, qui censetur eadem persona cum Episcopo, in quo non potest cadere ignorantia, Rot. *decis. 166. num. 3. p. 1. diuers.*

CONSVLTATIO XLIV.

De iurisdictione Eminentissimi D. Cardinalis Protectoris Catechumenorum in ipsos Catechumenos delinquentes.

1 EX *Constitutione* 18. Pauli IV. confirmata à Pio IV. *Constit.* 2. Neophyti, Catechumeni, & Conuersi sunt exempti, ac liberati ab Ordinaria iurisdictione quorumcunque Iudicum Vrbis, & sicetiam Illustrissimi D. Gubernatoris, & quoad causas ciuiles, criminales, & mixtas sunt subiecti soli Protectori, vt constat tum ex verbis claris Constitutionum, tum etiam quia, licèt concessa esset simpliciter Protectori iurisdictio quoad Neophytos, Catechumenos, & Conuersos; nihilominus concessa esset priuatiuè ad Iudicem ordinarium, Bald. *in l. vnic. §. nihil autem num. 7. C. de caduc. toll.* Angel. *in l. testamenta num. 1. C. de testam.* Paul. de Castr. *in l. si quis tum procurator, §. Iulianus num. 2. ff. de proc.* Felin. *in cap. pastoralis num. 2. de offic. Ordin.* Aretin. *cons.* 102. *num. 1.* Corn. *cons. 30. num. 4. lib. 2.* Afflict. *dec. 41. num. 2.* ibique Vrsil. *num. 2.* Capyc. *dec. 9. num. 16.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 2. pr. 18. num. 17.* Et propterea Catechumeni subiecti sunt iurisdictioni D. Protectoris, & ad illum à D. Gubernatore remitti debent, Bald. *in l. fin. num. 16. C. si à non comp. Iud.* vbi probat, captum à Præside Ducatus Spoletani remittendum esse ad Castrum, vbi speciale sortitur forum, etiam ab ipso Præside, Grammat. *dec. 30. num. 11.*

2 Et iure, meritoque. Quia ille, cui est commissa iurisdictio priuatiuè, debet causas cognoscere absque eo, quòd alius in illis se intromittere possit, ne præuentionis quidem prætextu, quia præuentio locum habet, quando actus iurisdictionis ad plures simul, & cumulatiue spectat, secùs quando de iure communi, priuilegio, vel consuetudine actus pertinet ad aliquem priuatiue, Paul. de Leazar. *in Clem. 1. §. ne igitur,* & ibi Cardin. *num. 1. de celebr. Miss.* Felin. *in cap. irrefragabili sub princ. de offic. Ord.* Ber. *cons. 22. num. 42. lib. 1.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. num. 36.*

Porrò Catechumenus dicitur ille infidelis, qui cognito veritatis christianæ lumine, baptismum petit, *cap. ante baptismum, & c. seq. de consecr. d. 4.* Nicol. Plou. *de Sacr. Miss. cap. 1. num. 1.* Spiegel. *v. Catechumenus,* Ricciul. *de iur. person. lib. 3. c. 4. n. 11.* Rhaban. *lib. 1. de instit. Cler.* Bellarm. *de Sacram. baptism. lib. 1. cap. 25.* qui aiunt duo esse genera Catechumenorum; vnum eorum, qui audiunt conciones, & volunt fieri Christiani, sed nondum petierunt baptismum, & dicuntur Auditores, seu Audientes; alterum eorum, qui petunt baptismum, & dicuntur Competentes, siue electi. 3

Non obstat, quòd Illustrissimus Gubernator Vrbis dicatur habere ex speciali Breue iurisdictionem cumulatiuam in quoscunque exemptos, & priuilegiatos. Quia, vltra quod dictum Breue adhuc non vidimus, respondetur, non posse comprehendere neophytos, & Catechumenos. Priuilegium enim illorum concessum fuit fauore fidei. Quia multi spe horum priuilegiorum allecti, libentius infidelitatis cæcitatem adijciebant, & verum lumen christianæ fidei agnoscebant, vt dicitur *in Constit.* 34. Pauli III. & 2. Pij IV. & continet decretum, vt non censeatur reuocatum per quascumque litteras, & clausulas derogatorias efficaciores, nisi tenor illius de verbo ad verbum insertus esset, & derogationes consistorialiter factæ essent per trinas distinctas litteras eiusdem tenorem continentes. Vnde Breue generaliter reuocans priuilegia concedentia priuatam iurisdictionem, quamuis habeant clausulas prægnantes, non potest comprehendere priuilegia Catechumenorum. Tum quia in generali reuocatione non comprehenduntur priuilegia concessa ex causa publicæ vtilitatis, Roman. *cons. 436. num. 10. & 11. & cons. 498. num. 17.* Seraphin. *dec. 1271. num. 4.* Tum etiam quia cùm hæc priuilegia habeant clausulas derogatorias ad futuras reuocationes, nequeunt dici reuocata per clausulas generales, etiam amplissimas, Felin. *in cap. nonnulli num. 4. de rescript.* Frider. de Sen. *cons. 233. num. 2.* Patis. *cons. 42. num. 17. & 18. lib. 4.* Seraph. *dec. 1271. num. 3.* Tum demum, quia priuilegia concessa in fauorem fidei præferuntur quibuscumque alijs priuilegijs concessis, & concedendis, *cap. vt officium, §. denique, de hæret. lib. 6.* Felin. *in cap. ad abolendam sub num. 2. de hæred.* Azor. *instit. mor. par. 2. lib. 8. cap. 19. quæst. 2.* & Farinac. *de hæres. qu. 186. §. 2. num. 28.* Nec limitationem recipiunt ab ijs, quæ de iure communi sunt, *cap. Ne aliquis, de hæret. in 6.* & Farinac. *d. quæst. 186. §. 2. num. 20.* & Azor. *loc. cit. quæst. 7.* 4

Et quanquam extaret huiusmodi Breue, & comprehenderet hæc priuilegia, non tamen suffragaretur hoc casu nisi esset priuatiuè, quoad D. Protectorem. Frustra enim deputaretur alius Iudex criminalis Cathecumenorum, sciente Summo Pontifice. Et ideò cognitio causarum præsertim criminalium spectaret ad Protectores, si præuenerit. Quia inter duos Iudices habentes cumulatiuam iurisdictionem, ille cognoscit, qui præuenit, *l. vn. ff. de offic. Consul.* Datur enim hoc casu præoccupatio iurisdictionis, *l. Si quis postea, ff. de Iudic. cap. proposuisti, de for. comp.* Ber. *cons. 22. num. 26. lib. 6.* Dicitur autem Protector præuenire, si Cathecumenus apprehensus sit ab eius ministris, ac domum Cathecumenorum ducatur. Apprehensio enim personæ est illa, quæ potissimum præuentionem inducit, Marsil. *in l. fin. num. 206. & seq. ff. de iurisd. omn. Iud.* Angel. *de malef. v. Iudex commisit, num. 14.* Foller. *in prax. v. Audiantur num. 76.* 5

At verò cessat difficultas in hoc casu. Quia quando infidelis, siue Iudæus declarat, se fieri velle christianum, etiam quòd sit in Carceribus Curiæ sæcularis, immò etiamsi sit confessus, & formidine pœnæ fidem christianam petat, eximitur tamen à iurisdictione sui iudicis, & ponitur sub iurisdictione Protectoris, vt de consuetudine passim seruari solita in Vrbe testatur Farinacius Iurisconsultus non solùm suæ ætatis Magnus in- 6

ea iuris prudentiæ parte, quæ ad crimina punienda spectat, sed etiam in Tribunalibus Vrbis diutissimè versatus cùm in illis semper se exercuerit, vel tanquam Aduocatus, vel tanquam Iudex, vel tanquam Procurator Fisci *in quæst. 93. num. 155.*

7 Præsertim quia attestatione Farinacij plures casus accedunt, in quibus Iudæi, postquam declarauerint se fieri velle Christianos iurisdictioni Protectoris traditi sunt. Quòd cùm in Curia fieri non consueuerit, nisi consulto Sanctissimo, apertè constat, nos habere consuetudinem, sciente Summo Pontifice, inductam, quæ tanquam lex scripta seruanda est, *cap. Ecclesiasticarum, & c. in his* 11. *d.* Luc. de Pen. *in l. super creandis vers. Et nota hic, C. de iur. fisc. lib. 10. & in l. mixti, vers. Consuetudini, C. de exact. Tribut.* Bald. *cons. 131. in fin. lib. 2.* Natt. *cons. 406. num. 29.* Surd. *cons. 58. num. 7.* Et sufficit ad tribuendam iurisdictionem, *c. conquestus 9. qu. 3. cap. irrefragabili, §. 1. de offic. Ord. l. 1. C. de emanc. lib.* Glos. *in cap. Cum in Ecclesijs, v. Consuetudinem, de præb. in* 6. Abb. *in cap. Cum contingat num. 5.* & ibi Felin. *num. 2.* ac alij, *de for. comp.* Natt. *cons. 294. num. 2.* Surd. *cons. 465. num. 5. & 6.*

7 Idque etiamsi fidem Christianam suscipiant in fraudem iurisdictionis Illustrissimi D. Gubernatoris, vt in simili de Clericatu suscepto in fraudem post commissum delictum tradunt Bart. *in l. 1. sub num. 23. ff. de pœn.* Ioan. Andr. *in cap. 1. sub num. 19. de obligat. ad ratioc.* Purpur. *consil. 107. num. 2. lib. 1.* Farinac. *de inquisit. q. 8. num. 107.* Charrar. *de execut. sentent. cap. bannit. cap. fin. num. 308.* Vincent. de Franch. *decis. 209. num. 1. & nos tom. 1.*

CONSVLTATIO XLV.

An Iudices inferiores, siue simplices Gubernatores, non consulto priùs supremo Magistratu, siue Principe, neque habito eius oraculo, possint ex se ex præsumptionibus, indicijs violentis, & indubitatis imponere Inquisitis pœnam corporalem triremium vti extraordinariam, si titulus causæ sit capitalis.

1 PRo negatiua vrget verior, ac magis recepta sententia, quòd ex illis non nisi pœna pecuniaria, & ad summum leuis aliqua in personam, nullatenus verò grauis corporalis valeat imponi, quàm post Thomam de Piperata, & Gandinum *de malef. tit. de præsumpt. & indic. indub. ex quib. condemnatio posset sequi num. 12.* testantem ita per omnes Sapientes Bononiæ, & alios vidisse seruari de consuetudine, tenent Castr. *in l. fin. num. 5. C. de probat. & cons. 299. num. 3. & 4. p. 2.* Marsil. *in l. repet. num. 23. ff. de quæst. in rubr. C. de prob. num. 254. §. quoniam ex num. 3. vsque ad 53. & cons. 99. num. 10.* Corpol. *cons. crim. 32. num. 20.* Alex. *cons. 115. num. 8. vol. 3.* Grat. *cons. 136. num. 22. lib. 1.* Roland. *cons. 15. vol. 3.* Rimin. iun. *cons. 121. num. 25. vol. 2.* Iul. Scarlatin. *cons. 20. num. 2. tom. 1.* Iustin. Bonderan. *cons. 54. num. 32. & infra tom. 2. cons. cum diuers.* Surd. *cons. 132. num. 87. propè fin. cum seq. vol. 1.* Paris. de Put. *de Syndic. v. Tortura 1. num. 3. post med. ac num. 7. in fin. tract. tom. 7. fol.* 316. à tergo Franc. Brun. *de indic. & tortur. p. 1. qu. 4. num. 15. in fin. & num. 16.* Augustin. de Arimin. *in addit. ad Angel. de malef. v. quod fama publica præcedente num. 28.* Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 27. num. 2.* Anchar. iun. *lib. 1. quæst. 71. num. 18. & seqq.* Boss. *tit. de conuict. num. 34. & seqq.* dicens, quòd ista est veritas, & communis opinio, quæ seruatur, Ludou. Carrer. *in pract. tract. 3. de homic. §. ex nota num. 6. & in lectur. num. 105.* Petr. à Plaz. *in epit. cap. 19. num. 16.* communem asserens Monticel. Reg. *crim. 11. num. 22.* Gomes. *var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 25.* plures congerens, & communem affirmans, Menoch. *de arb. lib. 1. cas. 279. num. 4. cum seq.* Nicol. Moron. *de fid. tregu. & pac. 9. quæst. 186. num. 1.* Mascard. *de prob. p. 2. concl. 226. num. 9. in illo num. 14.* vbi ait, hanc esse veram, & communem sententiam, ac obseruantiam, *& concl. 1227. num. 56. in fin. cum seq.* Boer. *decis. 164. num. 2. & 6.* Hier. de Laurent. *dec. 93. num. 14.* Magon. *decis. Lucen. 39. num. 10.* Camil. Lapid. *in decis. ciuil.* Rot. Lucen. *decis. 149. sub init.* alijque de communi testantes, quorum meminit Farinac. *quæst. 86. num. 113.* vbi etiam *in princ. num. 117.* asserit hanc esse communem, magis receptam à Doctoribus, quod repetit Guazzin. *defens. 33. cap. 14. num. 15.* deque communi etiam testatur Clar. *in §. fin. quæst. 20. num. 6.* & Cabal. *resol. crim. cas. 228. num. 6.*

Nec refert, quòd Clarus *d. quæst. 20. num. 6. post med.* 2
dicat, reos ex præsumptionibus, & indicijs indubitatis per Senatum Mediolani quotidie condemnari, non quidem in pœnam mortis, & ordinariam ipsius delicti, sed in pœnas corporales, etiam graues triremium, adducto exemplo grauati ex indicijs indubitatis pro homicidio, qui die 2. Ianuarij 1577. condemnatus fuit ad triremes per decennium, & Gramm. *dec. 42. in fin.* referat Neapoli, Magnam Curiam ex præsumptionibus vehementissimis, ac indicijs indubitatis condemnasse inquisitum de homicidio ad remigandum in Regijs triremibus per quadriennium, qui idem respondit de Relegatione ad tempus *vot. 21. ex num. 8. vsque in fin.* dictumque Clari, & Grammatici probent Petr. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. num. 91. ff. sol. mat.* & Cabal. *d. cap. 288. sub num. 15. & seqq.* subdens, ita infinitis vicibus vidisse obseruari in Magno Ducatu Etruriæ.

Nam respondetur cum Farinac. *d. qu. 86. num. 177. &* 3
seqq. distinguendum esse inter Supremos Magistratus, Senatus, Consilia, & Tribunalia habentia plenariam potestatem Principis, & Iudices ordinarios, non habentes talem potestatem, vt scilicet in illis tantùm locum obtineant dicta per Grammaticum, Clarum, & Caballum, non autem in Iudicibus Ordinarijs, etiamsi delictum esset capitale, vel atrocissimum, nisi vellent imponere pœnam simplicis exilij, vel trium ictuum funis publicè. Quare Farinac. *ead. quæst. sub præcedenti num. 113. post med.* admonet defensorem Rei, vt benè notet, quòd licèt suprema Consilia, & Tribunalia Mediolani, & Neapoli quandoque condemnauerint ad pœnam corporalem propter authoritatem, quam habent iudicandi secundum conscientiam, non tamen huiusmodi obseruantia habenda sit ad alios Iudices, non habentes talem authoritatem.

Quam distinctionem, & animaduersionem Guazzi- 4
nus *dict. defens. 33. cap. 14. num. 15.* non solùm repetijt sub initio, sed etiam ante finem, dicendo quòd opinio, ne possit pœna corporalis imponi ex præsumptionibus de iure verior, & magis communiter à Doctoribus recepta est, quòdue contraria aliquando recipiatur in Tribunalibus supremis tantùm, non autem à Iudicibus ordinarijs, qui minimè recedere debent à prima, quamuis delictum esset capitale, & atrocissimum, nisi vellent imponere simplicem pœnam exilij, vel ictuum funis publicè, quicquid nouissimè tradiderit Caballus. Quia vel eius opinio intelligenda est de Iudicibus maioribus, vel est nimis rigorosa, maximè circa condemnationem ad triremes in perpetuum, cùm nullum inuenerim, qui hoc ausus sit dicere. Immò Clarum loqui de condemnatione ad triremes per decennium, ipsumque Caballum *dict. cas. 288. num. 79.* temperasse dictum rigorem, asserendo quòd arbitrium debeat esse regulatum, ne pœna sit corporalis, nisi minima, vel pecuniaria tantùm, quando deuenitur ad eam contra conuictum ex solis præsumptionibus. Idemque sentit Clar. *d. §. fin. quæst. 63. num. 9.* exemplificando in causis decidendis per Principem, vel eius suprema Consilia, cum quo transit Boccac. *in com. ad Constit. March. glos. 4. num. 78.* ac vtriusque meminit Farinac. *dict. quæst. 86. num. 113. post med.*

Quod sanè fortiùs procedit, si pœna ipsius delicti quan- 5
tumuis atroci ratione personæ, vel alia de causa non esset vltimi supplicij, sed triremium perpetuarum. Quia tunc eo minùs poterit propterea extraordinaris eligi condemnatio ad triremes per aliquod tempus, sed mitior exilij, ictuum funis, vel similis, sicut in terminis inquiunt Guazzin. *d. num. 15. sub fin.* & Vermigliol. *cons. 68. num. 7. cum binis seqq.*

CON-

Digitized by Google

CONSVLTATIO XLVI.

An & quibus pœnis Regulares compelli possint ad processiones?

CErtum omnino est, Regulares posse compelli ad processiones. Habetur expressè ea S. Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 13. de regul.* his verbis: *Exempti autem omnes tam Clerici sæculares, quam regulares quicunque, etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt.* Pro quorum omnium obseruatione idem S. Concilium *cap. 22. eiusdem sess.* derogauit quibuscunque priuilegiis etiam Mare Magnum appellatis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, alijsque contrarijs quibuscumque.

2 Ar quibus pœnis? Num censuris Ecclesiasticis? Negat Diana cum illa sua nube Auctorum *resol. 76. de Regular. & p. 8. tr. 7. resol. 5.* Lezana *to. 4. v. Processio quoad Regulares*, Delbene *de Immun. cap. 14. dub. 3. à num. 5.* & ante omnes Calderin. *conf. 8. ad med. de Regular.* quem ante Concilium sequuti sunt Felin. *in cap. dilectus num. 7. de offic. ord.* Aufr ad Capel. Thol. *q. 485. prope fin.* Gambar. *de offic. leg. lib. 8. tit. de potest. leg. in Regul. num. 77. per text. in cap. 1. §. in eos de priuil. in 6.* qui omnes versantur in his rationibus. Primò, quia Concilium quoties voluit, quòd Episcopi procedant contra Regulares per censuras, id expressit, vt videre est *sess. 22. de obs. & vit. in celebr. Missar. sess. 25. cap. 5. & 16.* Ergo vbi non exprimitur, procedere non possunt per censuras. Hic autem non exprimitur, *cap. inter corporalia, de translat. Episcop. cap. Ad audientiam de decim. l. vnic. §. sin autem, C. de cad. toll.* Gregor. *dec. 433. num. 4.* Hæc ratio est Thomæ Sanchez *lib. 7. disp. 33. num. 23. de matr.* vbi adducit *d. cap. 1. de priuil. in 6.* in quo prohibetur Episcopis procedere per censuras contra Regulares habentes priuilegium, ne possint censurari. Vnde non obstante, quòd Concilium det facultatem compellendi Regulares ad processiones, non idcircò sequitur censuris illos cogi posse. Lex enim noua simpliciter loquens, accipit determinationem à lege veteri, *cap. cum expediat 29. de elect.* Bart. *in l. omnes populi num. 35. ff. de iust. & iur.* Rom. *conf. 57. num. 3.* Alex. *conf. 141. num. 5. vol. 2.* Rot. in Toletana Capellaniæ coram Pamphilio. De iure autem veteri cogi poterant Regulares exempti, vt accederent ad processiones, & tamen non poterant excommunicari, vt explicant Cald. *d. conf. 8.* Secundò, quia Episcopi alijs pœnis possunt Regulares compellere, nimirum deponendo Superiores, in carceres conijcendo, à Monasterijs amouendo, priuando munere prædicandi, ac etiam mulctando pœnis pecuniarijs, vt ex Peyrino *ad Bullam 2. Sixti IV. num. 60.* habet Lezana *tom. 4. v. Processio num. 2. in fine.* Tertiò, quia non obstat *cap. fin. sess. 25.* Concilii Tridentini quatenus mandat obseruari omnia decreta de Regularibus, non obstantibus priuilegiis. neque Bulla Pij IV. qua reuocantur omnia priuilegia contraria ipsi Tridentino, quia non sunt contraria, immò conformia, nempe quòd in aliquibus possint Episcopi procedere per censuras, in aliis verò quòd abstineant. Quartò, quia ex his conciliantur responsiones S. Congregationis, quæ videntur pugnare inter se. Nam affirmantes responsiones, posse nimirum Regulares per censuras ligari ab Episcopis, intelligendæ sunt in casibus expressis in Tridentino, negantes verò intelligendæ sunt respectu casuum, in quibus Tridentinum non facit mentionem censurarum, vt in casu de processionibus. Quintò, quia duo sunt obstacula, exemptio à iurisdictione, & priuilegium, ne censurentur. Sed quando duo sunt obstacula, derogatio vnius non trahitur ad aliud, sed singulis debet derogari, Bald. *in l. 1. num. 27. C. de furt.* Felin. *in cap. Nonnulli 21. de rescript.* Gregor. *dec. 109. n. 6.* Hinc est, quòd promittens non impetrare absolutionem, & ea obtenta non vti, non sufficit si obtineat derogari primæ parti promissionis de non obtinendo, sed requiritur, vt etiam derogetur alteri de non vtendo, Roman. *conf. 326. per tot.* Felin. *in cap. Constitutus nu. 14. de rescript.* Vrgellen. *dec. 5. n. 8. & seqq.* Quod confirmatur, quia d. Concilium Trid. *sess. 7. cap. 14.* expressè innouat, & mandat seruari textum *in d. cap. 1. de priuil. in 6.* Ergo censetur præseruata dispositio eiusdem in omnibus aliis partibus eiusdem Concilii, & sic perinde est ac si in quolibet capite esset denegata facultas procedendi per censuras aduersus habentes speciale priuilegium, ne ab Ordinariis possint censurari, & maximè in isto capite, de quo agitur, quod est posterius. Nam quando præcedit caput statuti distinguens, si posteà in alia parte libri sequitur statutum generale, debet distingui posterius à priori, vt est theorica Io. Andr. *ad Specul. lib. 2. tit. de execut. sent. §. postremò*, vbi infert, quòd si statutum det formam sententiandi, in posteriori autem capite disponatur, vt qualibet sententia executioni demandetur, non obstante quouis statuto, debet intelligi, dummodo seruetur forma primi statuti ex dicta ratione, quia posterius distinguitur à priori. Quod sequuntur Anch. *in cap. Canonum statuta num. 238. de const.* Corn. *conf. 299. num. 67. lib. 2.* & Crauet. *conf. 70. num. 15.* Sic etiam in simili casu, & ex eodem fundamento desumpto *ex d. cap. 1. de priuil. in 6.* docuerunt Villal. & Rodriq. *in comp. resol. 62. num. 6.* non posse Scholasticum Salamantinum aliquem Regularem excommunicare, etiam si ratione Collegii ei subsit, & habeat amplum priuilegium procedendi per censuras, etiam contra exemptos. Congregatio itidem S. Concilii mandauit Episcopis, vt coercerent Regulares, etiam exemptos, ne accederent ad monasteria monialium, non tamen tribuit facultatem Episcopis puniendi per censuras, quando habent prædictum priuilegium, ne possint excommunicari, vt declaratum fuisse referunt Quar. *v. monasteria.* Rodriquez, & alii apud Dian. *p. 3. tr. 2. resol. 103.* de quo alibi, Tandem quia Regulares habent priuilegia, ne cogi possint ad processiones. Ea quidem habent Religiosi Societatis Iesu, Clerici Regulares, & alii, ac inter monachos Cassinenses concessa ab Eugenio IV. & Cœlestini, iis concessa à Cœlestino V. & Benedicto XI. quorum vigore inhibentur Episcopi, & quæuis alia persona spiritualem, vel aliam iurisdictionem habens, ne monachos cogant ad Synodos, vel Conuentus forenses, vel ad conuocationes suas accedere, vel cum eis intra, vel extra Ciuitates, vel Terras processionaliter exire, aut suis Constitutionibus subiacere.

Vnde licèt Regulares quantumuis exempti, teneantur accedere ad processiones ex Tridentino *cit. sess. 25. cap. 13.* & recusantes possunt per Ordinarium compelli, 4 id tamen limitatur in Regularibus, qui habent priuilegium speciale, ne teneantur ad processiones ire, vt in hac re tradit Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 78. num. 22.* Ilque etiam si semel, aut sæpiùs iuerint. Tum quia priuilegium est facultatis, & possunt ire, si velint, & si nolint, abstinere. Tum quia precario videntur iuisse, neque ex eo ius aliquod dici posset Episcopo acquisitum, sicuti docent post Calder. *d. conf. 8. in fin. de priuil.* Quarant. *in sum. Bull. v. Præcedentia*, Sanch. *conf. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 2.* Lezan. *to. 1. cap. 9. num. 47. & to. 4. v. Processio n. 4.* Tambur. *de iur. Abb. tom. 1. disp. 24. q. 8. nu. 5.* Hieron. Rodriq. *in com. quæst. Regul. resol. 118. num. 4.* Vbi quod huiusmodi priuilegia non fuerunt reuocata per Concilium Tridentinum. Certum est, quòd ea actibus facultatiuis non inducitur consuetudo restrictiua libertæ facultatis, Surd. *conf. 127. num. 81.* Rot. *dec. 536. num. 4. p. 2. rec.* & nos sæpè. Immò neque etiam datur possessio manutenibilis, Rot. *dec. 555. num. 1. p. 1. rec.* Vnde neque ea eo, quòd Regulares spontè accesserint ad processiones per longum tempus, videtur renunciasse facultati non accedendi, si vellent ea vti, neque ex diuturno illius non vsu censetur aliquod ius Episcopo quæsitum, Rot. *dec. 154. nu. 3. & dec. 186. n. 5.* post Posth. *de manut.* nisi doceatur de consuetudine accedendi præscripta, vel obtenta in contradictorio iudicio, prout requiritur in casu specialis priuilegii. Præsertim cùm huiusmodi priuilegium sit concessum toti Religioni, non potuit amitti ex non vsu vnius, vel alterius Monasterii ex longissimi temporis spatio. Quinimò ex vsu aliorum Monasteriorum eiusdem Religionis illis quoque censetur conseruatum idem ius. Vbi enim causa est vniuersalis, illa potiùs attenditur, quàm exercitium vnius actus in aliquo indiuiduo, Rot. coram Otano *dec. 240. num. 5. cum seqq. p. 4. diu.* Seraph. *dec. 951. num. 1. & 2.* Buratt. *dec. 704. num. 9.* & in puncto Rodriq. *q. 36. ar. 3.* Ex eo enim, quòd huiusmodi priuilegia sunt con-

cessa

cessa ad fauorem totius Religionis, actus contrarii vnius monasterii non sunt præiudiciales, cùm non potuerint illi adimere vsum priuilegii, toti Ordini concessi; idque præcipuè, quando priuilegium est munitum decreto irritante. Nam cùm ex eo constet de expressa intentione Summi Pontificis, quòd noluerit posse quicquam fieri aduersus dictum priuilegium, irritumque habuerit quicquid secus fieret, vel attentaretur, sequitur, quòd non potuerit ammitti per non vsum, seu contrarium vsum alicuius monasterii, *cap. si dilecti, de for. comp.* Rot. *dec.* 3. *de priuil. in antiq.* & coram Orano *d. dec.* 24. *num.* 4. Buratt. *d. dec.* 704. *num.* 10. Quia non est potestate particularis monasterii præiudicare toti Ordini. Et ideò cùm ius monasterii sit implicatum cum iure totius Ordinis, non potest ipsi renunciare, vt aliàs dicebamus. Ac præcipuè tum demum, cùm priuilegium est concessum omnibus Abbatibus, Prioribus, & Monachis præsentibus, & futuris, ex tunc in antea perpetuis futuris temporibus. Vt proinde Regulares, qui dicuntur accessisse ad processiones indictas ab Episcopis, non potuerint renunciare dicto priuilegio perpetuo in præiudicium successorum, Abb. *in cap. Cum accessissent num.* 8. *de constit.* Caputaq. *decis.* 378. *num.* 4. *&* 5. *p.* 2. Rot. *d. dec.* 240. *num.* 3. Et generatim quoad Regulares habentes hoc priuilegium, ne teneantur accedere ad processiones, asserit Ricc. *in prax. for. Eccles. resol.* 308. *num.* 4. Vgolin. *de potest. & offic. Episc. par.* 1. *cap.* 20. §. 2. *sub num.* 5. aliique citati.

5 Quod pro re certa supposuit Sac. Rituum Congregatio sub die 10. Iunii 1602. Idemque firmauit in terminis Monachorum Casinensium, quòd ipsi nullo modo sint cogendi accedere, nisi ad processionem Sanctissimi Sacramenti, iuxta eorum antiquam consuetudinem. Id quod per Breue speciale à fel. record. Vrbano VIII. fuit declaratum. Atque hoc idem sæpiùs declarauit pro Canonicis Lateranensibus, pro eisdem Monachis Casinensibus, & Oliuetanis sub die 30. Iunii 1616. Et speciales literæ exinde emanarunt ad fauorem Oliuetanorum sub die 6. Iulii 1593. Quæ omnia prosunt Monachis aliis, præsertim Cœlestinis, attenta communicatione priuilegiorum, quibus gaudent Casinenses, & aliæ Congregationes, eis concessa à fa. mem. Paulo V. sub die 29. Aprilis 1616. & ab Vrbano VIII. sub die 29. Augusti 1624. per quam eisdem conceditur facultas vtendi omnibus, & singulis priuilegiis Casinensium, perinde ac si ea illis specialiter, & expressè, & non ad instar, sed à principio concessa fuissent, & in ipsius Congregationis Cœlestinorum fauorem à Sede Apostolica nominatim emanassent. Quæ postrema verba ponderanda sunt propter consilium 300. Ottradi *num.* 5. *cum seqq.* Stante præsertim, quòd priuilegia à Cœlestino V. concessa Congregationi Cœlestinæ contineant conuentionem cum Sede Apostolica initam, quòd scilicet hæc illi seruaret illæsam libertatem atque exemptionem, quàm concesserat in dictis priuilegiis, ipsaque Congregatio versa vice in signum dictæ libertatis, & exemptionis ab ea receptæ solueret eius Cameræ pro censu vnam auri vnciam in festo Beatorum Petri, & Pauli, vt legitur in ea Constitutione Cœlestini V. & in specie Congregationis Casinensis apud Tambur. *tom.* 1. *fol. mihi* 477. *sub num.* 10. Conuentio autem inducit naturam irreuocabilem ex traditis à Bald. *in l. qui se patris* 3. *num.* 33. *Cod. vnde liberi*, ex Iasone, & ex aliis congestis per eundem Tambur. *dict. tom.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 12. *num.* 5. Et potissimùm quia Sedes Apostolica accipiendo singulis annis à Congregatione Cœlestina huiusmodi censum ob causam superiùs expressam, subeunte propterea onera montis nouennalis, vt in Constitutionibus Clementis VIII. & Pauli V. vtique videtur etiam illi post Concilium Tridentinum annuatim confirmare eandem libertatem ac exemptionem, qua antea potiebatur in vim suorum priuilegiorum ea ratione, quam in simili ponderat Bald. *cons.* 342. *num.* 7. *vol.* 1. & Menoch. *cons.* 1147. *num.* 5. *vol.* 12. quòd debitor offerendo, & creditor acceptando singulis annis videtur idem agnoscere.

6 Verùm, re æquius trutinata, existimo contrarium in casu proposito esse concludendum, ad processiones scilicet posse ab Episcopis compelli Regulares quoscunque, etiam per censuras. Id quòd hinc manifestè liquet.

7 Primum, quia ex allegato decreto S. Concilii Tridentini Episcopus potest compellere Regulares quoscunque ad processiones. Igitur in illos habet iurisdictionem vel ordinariam, vel delegatam. Si ordinariam, vt certum existimat Bordonus *dec. miscell.* 92. potest etiam per censuras in Regulares procedere, quemadmodum potest in Clericos suos subditos. Si delegatam, adhuc etiam per censuras potest illos cogere. Delegatus enim ab homine, siue à iure potest sub censuris rebelles compellere ad obediendum per tex. perspicuum *in cap. Præterea* 5. *cap. Significasti* 7. *& in cap. Sane* 11. *de offic. deleg.*

8 Secundò, Cùm exemptio quandoque sit omnimoda, & interdum ex parte; vnde exemptus in vna re, non censetur exemptus in aliis, quæ sub illa non comprehenduntur, sed subiectus dicitur ex *cap. Cum Capella* 16. *de priuil. & seq. cap. ex ore* 17. *eod.* negare nemo potest, Regulares non dici exemptos eo ipso, quòd compelli possint ad processiones, quemadmodum non dicuntur exempti Clerici ipsi. At verò Clerici ad processiones sub censuris compelli possunt. Ergo & Regulares.

9 Tertiò, hanc sententiam fortiter corroborat, quòd Episcopus maiorem iurisdictionem habeat in locum exemptum, & illius personam, quàm in extraneas per textum *in cap.* 1. *de priuil.* §. 1. *in* 6. vbi Io. Monach. *n.* 4. cum alijs, & dixit Rot. *dec.* 702. *num.* 4. *p.* 1. *diu.* & ex illis Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 43. *n.* 189. At palam est, quod Episcopus personas extraneas in sua diœcesi delinquentes cogere potest per censuras ex *cap. Postulasti* 14. *de for. comp. & cap.* 1. *de rapt.* traditque Gloss. 1. *in cap.* 1. *q.* 9. 2. Io. de Lignano *de censur. Eccles.* §. 9. *num.* 20. Megal. *lib.* 1. *de cens. cap.* 3. *num.* 50. Bonacina alios referens *quæst.* 1. *de censur. in com. par.* 11. *num.* 18. Ergo inficias ire nemo poterit, eosdem Regulares pariter posse per censuras compellere, cùm in illos maiorem iurisdictionem habeat, quàm in extraneos.

10 Quartò, quotidiana testantur exempla. Nam excommunicatio per Episcopum in sacra Ordinatione comminata contra illegitimè ordinandos, afficit etiam Regulares ex adductis per Bonacin. *de Ordin. par.* 4. *num.* 32. Ergo, & in hoc casu, cùm Regulares non sint minus subditi Episcopo quoad processiones, quàm quoad Ordines. Quinimmò videntur magis subditi quoad processiones. Quia quoad illas semper fuerunt subiecti Ordinario Episcopo, non verò quoad Ordines. Nam vsque ad S. Concilium Tridentinum, ac etiam vsque ad quoddam decretum Clementis VIII. de quo Quaranta, Naldus, & alij *v. Ordo*, poterant Ordines suscipere à quouis Episcopo, ac proinde ab Ordinario suo erant exempti, nunc verò ei subditi. Ita etiam Episcopus excommunicat fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ nolentem reddere rationem administrationis Parochialis sæcularis, vt ex Selio decisum refert Barb. *ad Trident. sess.* 22. *cap.* 9. *num.* 15. Ergo, & in hac specie, in qua Regulares sunt Episcopo magis subditi.

11 De consuetudine autem, qua Regulares ad processiones per censuras compelli receptum est, præter experientiam, testantur viginti tres Doctores, quos recenset Diana *p.* 8. *tr.* 7. *resol.* 5. Perez de Lara *de anniu. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 14. Zerol. *p.* 1. *v. Processiones*, Cened. *lib. can. quæst.* 16. *num.* Salgad. *de protect. reg. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 109. Ricc. *in prax. resol.* 308. *num.* 5. *&* 6. Armend. *in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib.* 1. *tit.* 14. *l.* 24. §. 31. *de process. nu.* 7. Mar. Anton. *lib.* 1. *resol. vlt. cap.* 35. Sebast. Medic. *decis.* 71. Ciarlin. *lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 20. *&* 21. Gratian. *decis. March.* 232. *num.* 15. Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 78. *num.* 25. Atque ij, quos idem Barbosa citat *ad sess.* 25. *Concil. Trident. cap.* 13. *num.* 30. Genuensis apud Dianam *resol.* 76. Io. Baptista Parolettus *par.* 3. *Palestra cap. fin.* vbi alij, Author *aphor. Episcop. v. Processionu.* 3. Bordon. *resol.* 7. *q.* 6. *n.* 130. Quorum sententiæ manus porrigit S. Congregatio Concilij, quæ sæpiùs declarauit quoad omnes Regulares, etiam Monachos, non viuentes sub strictiori clausura, & non distantes vltra medium milliare eos teneri indistinctè accedere ad publicas processiones, & ad id posse compelli, etiam per censuras, vt in specie die 27. Iulij 1627. in hunc modum.

12 Negotio maturè discusso, Sac. Congregatio Concilij censuit, posse Episcopos pœnis sibi benè visis etiam censurarum, compellere quoscunque Regulares recusantes,

Digitized by Google

santes, etiam Monachos, & quomodolibet exemptos, ad infrascriptas processiones accedere, atque illis interesse, exceptis dumtaxat in strictiori clausura viuentibus. & Monasterijs vltra medium milliare à Ciuitate distantibus; nempè in die festo Sanctissimi Corporis Christi; in Litanijs Maioribus, in Rogationibus, ac in quibuscunque alijs publicis, & consuetis, videlicet pro bono, causa, aut honore publico ab Episcopis indictis processionibus; non obstantibus quibuscunque priuilegiis, consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis tantùm Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus minimè sublatis.

13 Et in vna *Mediolanen.* 3. *Augusti* 1658. Sacra &c. sæpiùs censuit, Regulares ad processiones Corporis Christi, Rogationum, quæ vocantur Litaniæ maiores, & ad eas, quæ pro serenitate, vel pluuia impetranda fieri solent, necnon ad alias quascunque pro bono publico, aut honore indictas, teneri accedere, vbi vocati fuerint, dummodo eorum Monasteria à Ciuitate vltra medium milliare non distent, aut nisi exhibeant priuilegia Apostolica posteriora publicationi S. Concilii Tridentini. Et quatenus accedere noluerint compellendos per censuras, vel alias pœnas Episcopo benè visas.

14 Et in vna *Neapolitana die* 27. *Februarij* 1591. Exempti omnes, etiam Clerici seruientes Militiæ Hierosolymitanæ, ad processiones publicas, videlicet consuetas, aut indictas pro bono publico, vel honore &c. ire debent, & recusantes per censuras Ecclesiasticas cogendi sunt ab Ordinario. Fallit in Clericis Societatis Iesu, qui à Gregorio XIII. exempti ab hoc facti fuerunt. Et hoc decretum procedit, etiam in Mendicantibus, non obstante Motu proprio Pij Quinti, qui postea ab eodem Gregorio reductus fuit ad terminos Concilij. Item censuit, obtinentem in vna Diœcesi Abbatiam habentem curam, iurisdictionem in Commendam, & in alia beneficium simplex, teneri accedere ad publicas processiones.

15 Quod etiam censuit Sac. Rituum Congregatio in vna *Ferrariensis*, tenoris sequentis. Episcopus Ferrariensis petijt à Sac. Rituum Congregatione declarari, an ipse possit cogere Canonicos Regulares Lateranenses S. Saluatoris, Oliuetanos, & Casinenses, vt accedant ad publicas processiones iuxta formam S. Congregationis Episcoporum sub 2. Maij 1600. Eadem S. Rituum Congregatio censuit, Regulares omnes posse compelli etiam per censuras iuxta declarationem Congregationis Sac. Concilij, cuius quidem declaratio est: Sac. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sæpiùs declarauit publicas processiones, ad quas exempti ab Episcopis vocati accedere tenentur ex decreto *cap.* 13. *sess.* 25. *de Regul.* eiusdem Concilij eas esse intelligendas, quæ indictæ fuerint pro bono publico, vel publico honore, ad quas compelli possunt ab Episcopo, etiam per censuras. Quam Congregationis Sac. Concilij declarationem eadem Sac. Rituum Congregatio Ferrariæ, & vbique seruandam esse censuit, & declarauit die 27. Iulij 1609.

16 Idipsum declarauit in vna *Auersana*. Cùm à 70. annis in Ciuitate Auersæ Monachi Casinates, habentes Monasterium extra mœnia Ciuitatis, prope tamen, soliti fuerint accedere vnà cum toto Clero sæculari, & regulari Mendicantium, & non Mendicantium ad processionem generalem, quam Episcopus pontificalibus indutus facit in die Conuersionis S. Pauli, Titularis Ecclesiæ Cathedralis, & Patroni Ciuitatis, & nuper accedere recusauerint, prætendentes se ab hoc exemptos ex priuilegio Eugenij IV. confirmato, vt dicebatur inter alia ex causa onerosa à pluribus Pontificibus, etiam post Concilium Tridentinum, & quòd deficeret præscriptio centenaria, qua vtitur Congregatio Casinensis, ac priuilegio Apostolico. S. Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Sacchetti, precibus auditis, respondit, Monachos Casinensis Monasterii S. Laurentii dictæ Ciuitatis teneri accedere ad processionem, de qua agitur, & ad eam compelli, etiam per censuras. Et ita teneri mandauit, quibuscunque non obstantibus, die 12. Februarii 1641.

17 Ac in vna *Tarentina*. Promotor Curiæ Archiepiscopalis quæsiuit, vtrum teneantur Fratres Minores Reformati S. Francisci accedere ad processiones Rogationum, & S. Cataldi Patroni, & an censuris possint compelli? Eadem Sac. Rituum Congregatio mandauit, obseruari decreta antiqua S. Congregationis Concilii, scilicet Regulares pœnis arbitrarijs cogi posse ab Episcopo ad interueniendum prædictis processionibus, nisi docuerint de Apostolicis priuilegiis contrarium disponentibus, quæ sint Concilio Tridentino posteriora die 3. Maii 1642.

Item in vna *Spoletana*, in qua ita scripsit Episcopo: Reuerendissime Domine, vti Frater: Capitulum Ecclesiæ S. Mariæ Nursiæ apud Congregationem sacrorum Rituum conquestum est de Monachis Cœlestinis, qui interesse renuunt benedictioni, quam prima Dignitas in ea Ecclesia aliis Religiosis, Confraternitatibus laicorum, Magistratui, totique populo, & Clero impendit in fine cuiusuis solemnis supplicationis, quæ vt moris est ab eadem Ecclesia, vti matrice incipit, & in eam terminatur. Et quamuis anno 1628. Amplitudo Tua mandauerit, ne ipsi Religiosi nouum quid tentare auderent, cui decreto obtemperauerint vsque ad præsens tempus tam in supplicationibus S. Petri, & Rogationum labentis anni, iterùm interesse recusarunt: Quocirca Eminentissimi Patres sacrorum Rituum Amplitudini Tuæ scribere duxerunt, ne transgressionem eiusmodi decretorum vllo pacto permittat. Quinimò idem decretum, vt supra latum, ipsis Monachis denunciari curet, obseruarique etiam sub censuris omnino compellas, & Deus Amplitudinem Tuam incolumem seruet, Romæ die 25. Septembris 1649. 18

Hoc decretum præfatis Monachis intimauit Laurentius Castruccius Episcopus Spoletanus, per hæc verba: Vobis RR. PP. Abbati, & Monachis Cœlestinis, Ordinis S. Benedicti, degentibus in Terra Nursiæ supradictæ Diœcesis, instante venerabili Capitulo Ecclesiæ S. Mariæ dictæ Terræ ex debito nostri pastoralis officii, ac in executionem literarum sacrorum Rituum Congregationis nobis sub datum Romæ die 25. Septembris 1649. transmissarum, tenore præsentium præcipimus, & expressè mandamus, quatenus debeatis, & quilibet vestrum debeat tempore opportuno iuxta solitum personaliter accedere ad præfatam Ecclesiam Collegiatam S. Mariæ ad effectum interessendi processionibus publicis, tam ordinarijs, quàm extraordinariis in eadem Terra celebrandis, & cum obligatione redeundi ad eam Ecclesiam, & ibidem permanendi, & commorandi vsq; ad peractam benedictionem, quam prima Dignitatis in Ecclesia prædicta aliis Religiosis, Confratribus Sodalitatum laicorum, Magistratui, totique populo, & Clero in fine, cuiuslibet solemnis supplicationis impendit sub pœna scutorum decem in aliis nostris edictis comminata, & in casu contrauentionis Sacristiæ dictæ Ecclesiæ applicanda, ac etiam excommunicationis ipso facto incurrenda, à qua nisi à nobis, præterquam in articulo mortis valeatis absolui, prout latiùs in eisdem literis S. Congregationis continetur. In quorum &c. Datum &c. Spoleti ex nostro Palatio Episcopali die 12. Aprilis 1650. 19

Monachis autem non obtemperantibus, Episcopus processit ad pœnam comminatam scutorum decem pro qualibet vice per ablationem pignioris, & citauit ad dicendum causam, quare non deberent excommunicati declarari. Verùm iis adeuntibus Sac. Rituum Congregationem, illa ita mandauit: Reuerendissime Domine vti Frater: Decretum latum ab Amplitudine tua, vt Monachi Cœlestini S. Benedicti in Terra Nursiæ illius diœcesis ad publicas processiones accedant etiam Congregatio sacrorum Rituum obseruari mandauit. Cùm autem ipsi in die festo Sancti Marci processioni non interuenerint, ac proinde Amplitudo tua pœna pecuniaria eos affecerit, & citauerit ad dicendum causam, quare non debeant excommunicati declarari hanc Sac. Congregationem adiuerunt, humiliter petentes probationes recipi super eorum priuilegiis, quæ per huiusmodi decretum violari asserunt, & interim supersederi. Quocirca Eminentissimi Patres eos audiri mandarunt, sed Amplitudini tuæ scribendum duxerunt, vt decreti executio siue præiudicio iurium eis competentium non retardetur. Censuræ tamen suspendantur, & Deus Amplitudinem tuam diu seruet incolumem. Romæ die 7. Maii 1650. 20

Accedit declaratio Sac. Congregationis Concilii sub die 28. Aprilis 1629. in qua ita habetur. Sacra &c. censuit, Monachos Cœlestinos teneri accedere ad processiones S. Marci, & ad alias publicas, nisi exhibeant priuilegia 21

Apo-

Digitized by Google

Apostolica posteriora publicationi Sacri Concilii Tridentini.

22 Priuilegium autem Apostolicum post Concilium Cœlestinis concessum non est hactenus allegatum, quòd suffragetur. Priuilegium enim Pauli Quinti in Bullario Bulla 15. per quod huic Ordini communicantur priuilegia Mendicantium, & non Mendicantium, est cum expressa declaratione, præterquam in iis, quæ Concilii Tridentini decretis aduersantur. Nullusque alius Ordo Regularium habet Indultum post Tridentinum non accedendi ad publicas processiones, exceptis Clericis Regularibus, quorum Indultum ex peculiaribus rationibus concessum, si omnibus alijs Regularibus communicaretur, processiones faciendæ essent sine Clero Regulari. Vnde propter has declarationes se retractarunt, Rodriq. *in sum. par.* 3. *quæst.* 36. *art.* 1. Graff. *cons.* 10. *num.* 17. *lib.* 3. Tambur. *tom.* 1. *disp.* 24. *quæst.* 8. *num.* 7. & Lezan. *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 35.

23 Porrò his, quæ in subuersionem decisionis nostræ adducta sunt argumenta, non solùm tam infirma sunt, vt gladio plumbeo confici possint, sed etiam vsu planè communi carent, sanctissimaque iura, hoc est sancta decreta Sac. Congregationis Concilii, & Sac. Rituum violant.

24 Quod enim primo loco ex Concilio Tridentino illatum erat, nil obstat. Siquidem certum est, quòd habens potestatem fori externi contentiosam, illa vti potest in electione cuiuslibet pœnæ, præsertim verò spiritualis censuræ, qua Prælati Ecclesiastici procedunt contra subditos, *ex cap. Cum ab Ecclesiarum*, *& cap. Irrefragabili*, *de offic. Ordin.* ex D. Thoma, Alensi, Bonauentura, Durando, & alijs Theologis, atque ex Panormitano *in cap. Trasmissam num.* 2. *de elect.* Hostieo. *in summ. tit. de sent. excomm.* §. *quis possit*, Felin. *in cap. Dilecto num.* 3. *de maior. & obed.* Couar. *in cap. Alma*, §. 11. *num.* 1. *de sentent. excomm. lib.* 6. & est communis omnium aliorum opinio, vt testatur Costa *in repet. cap. Cum medicinalis num.* 44. *& seqq. de sent. excomm. in* 6. Cùm enim potestas Ecclesiastica in foro exteriori ordinetur ad puniendum delicta, & coercendum subditos in foro exteriure, potest vtique ex sua natura censuras emittere. Aliàs enim esset inermis, & infirma ad exequendum leges, & statuta. Vnde meritò appellatur ensis, & gladius spiritualis, *in can. Visis* 16. *quæst.* 2. *& in cap. Dilecto*, *de sent. excomm. & cap. Venerabilem*, *qui fil. sint legit.* & in Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. dicuntur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ. Hæc autem potestas non est deneganda Episcopis contra Regulares ex eo præcipuè, quòd Tridentinum mentionem non faciat de censuris, quando illos subijcit Episcopis in quibusdam casibus, & in alijs exprimat. Primò, quia quando aliquid ex natura rei inest, parum refert siue exprimatur, siue non, *l. Aliquando* 106. *ff. de cond. & demonstrat. l. Non rectè* 7. *C. de fideiussor.* Frustra enim exprimitur, quòd tacitè subintelligitur, *l. Cornelia*, *ff. de hered. instit. l. Hac verba*, *ff. de legat.* 2. Quia pro expresso habetur, quod tacitè inest, *l. Fideicommissa*, §. *Si filij*; *ff. de legat.* 3. Sufficit igitur, quòd in Tridentino sit expressum, posse ab Episcopis Regulares compelli ad processiones. Quia per hoc ipsum censetur expressum, & concessum omne id, quod est proprium iurisdictionis Episcopalis. Quia id expressum censetur, quod subintelligitur à iure, *l. licet Imperator*, *ff. de leg.* 1. *& l.* 1. *C. de testam. milit.* & obseruat Anton. Monach. Lucens. *decis.* 33. *num.* 10. Ios. Sesse *decis. Aragon.* 202. *num.* 31. Et quod sequitur ab expresso, *l. si ita*, §. *si filio*, *ff. de secund. tab.* & annotat Bald. *in l. fin. num.* 9. *Cod. de hered. instit. & in l.* 1. *num.* 10. *Cod. de ijs, qui ante ap. tab.* Idque expressum dicitur, quod habetur ex vi, & natura verborum, *l. Qui totum*, *ff. ad Trebell. & l. fin. Cod. ad leg. Falcid.* & aduertunt Bart. *in l. si fideiussor*, §. *Meminisse*, *ff. de legat.* 1. Ruin. *cons.* 148. *num.* 2. *vol.* 3. Paris. *cons.* 47. *num.* 107. *num.* 1. Sesse *decis. Aragon.* 65. *num.* 29. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 6. *& seq.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 198. *num.* 10. & Mascard. *de probat. concl.* 1389. *num.* 4. Et ideò Concilium aliquando non exprimit censuram in Regulares, tanquam virtualiter inclusam, & inhærentem, Gratian. *discept.* 916. *num.* 38. *&* 957. *num.* 25. Facitque quoad ait Crauet. *in l. cum filio*, *ff. de leg.* 1. *par.* 2. *num.* 38. Signo. *cons.* 173. *nu.* 13. quos sequitur Rota *vol.* 2. *decis.* 49. *num.* 46. scilicet expressum non facit cessare tacitum, quando in tacito eadem est ratio, quæ in expresso. Atqui in hoc casu eadem est ratio in radice potestatis ferendi censuras apud Episcopum. Ergo potestas expressa in aliquibus casibus non facit cessare potestatem tacitam in alijs, atque adeò taciti, & expressi idem erit iudicium, *l. cum quid*, *ff. si cert. pet. & l. fin. ff. de legat.* 2. *& l. item quia*, *ff. de pact.* Secundò respondetur: In ijs locis Tridentini exprimuntur censuræ non quidem ex necessitate, sed ad excitandam facultatem, quàm habent Episcopi, & ad maiorem declarationem ac energiam. Quia expressa quandoque magis absterrent, ac mouent, quàm tacita per notata Petri Lorioti *ad l. cum quid mutuum* 3. *ff. si cert. pet.* Idcircò non inutiliter censuræ in ijs Tridentini locis inseruntur: Nam, & clausula specialis validiùs operatur quàm generalis, Cagnol. *in l. in toto*, *ff. de regul. iur. l. doli claus.* 119. *ff. de verb. oblig. l.* 2. Bald. *Cod. de seru. pign. dat. man. cap. si aduersus*, *de heret. ca. Quanquam* 23. *dist.* Hinc, & ab Interpretibus traditur, abundantem cautelam non nocere, *l. testam. Cod. de testam. l. penul. C. de eunct. l. non solent*, *ff. de reg. iur.* Specul. *in tit. de posit.* §. 7. *n.* 8. Tiraquel. *de vtr. retract. par.* 1. §. 36. *gloss.* 2. *num.* 48. Boer. *in consuet ad. Bitur. tit. de stat. person.* §. 4. *gloss.* 5. Alciat. *paradox. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. Montic. *in tract. de inuent. hered. cap.* 5. *num.* 47. Gail. *obser.* 144. *num.* 3. *lib.* 1. *& obseru.* 1. *num.* 2. *lib.* 2. Respondetur tertiò: Inde oppositum sequi. Ex eo enim, quòd Tridentinum non determinauit, quo genere pœnæ possit Episcopus Regulares cogere ad processiones, palam fit, quòd erit in eius arbitrio eligere pœnam siue spiritualem, siue temporalem. Quandocunque enim pœna à iure certa non statuitur, est arbitraria, *cap. de causis* 4. §. *Illis etiam de offic. Deleg. cap. super his* 16. *de accus.* & vtrobique Gloss. *v. Arbitriam.*

Quod verò *in cap. de priuil. in* 6. adductum à Sanch. & 25
alijs decretum reperitur, ne Regulares ab Episcopis excommunicati possint, id habet locum primò in casibus extra Tridentinum. Secundò in casu, quo Regulares non subduntur Episcopis; in præsenti autem subduntur. Tertiò, ex contextu illius capitis colligitur, Episcopum procedere posse per censuras contrà exemptos in iis casibus, in quibus ius habet super illos. Quemadmodum id apertè eius verba sub §. *In eos autem positam*, quæ ita habent ostendunt, *Nisi forsan*, inquit textus, *ipsi Monachi ad Monasteriorum suorum Prioratus Ordinarijs eisdem subiectos*, *vel vt gerant eorum regimen*, *vel in eis tanquam proprijs locorum ipsorum Monachi resideant*, *fuerint destinati. Tunc enim et si possint liberè ad eadem Monasteria reuocari*, *&c. ratione tamen eorundem Prioratuum dicti Ordinarij sua iurisdictione in ipsis etiam quoad præmissa* (*quandiu morantur in illis*) *licitè vti possunt.* Monasterio igitur priuilegiato, vt eius Monachi à quocunque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, cessat in illis Ordinariorum iurisdictio quoad illa; nisi tamen illi Monachi mitterentur ad Prioratus subiectos Ordinariis. Quia tunc etiam licèt vtrobique sint Monachi, Ordinarij etiam quoad prædicta illos iudicant, quandiù ibi manent. Quare dicendum, non obstante priuilegio, quòd Regulares non possint censurari, adhuc censuris compelluntur in casibus subiectis Ordinario. Benè Gloss. *in ca. Placuit* 6. *quæst.* 3. vbi ait, quòd exemptus, delinquens in re non exempta, potest excommunicari ab Episcopo ex iuribus, quæ ibi adducit. Neque dicant hæc procedere in allegato tantum casu. Quia casus ille non ponitur limitatiuè, sed in exemplum, atque adeò regulam, siue dispositionem non coarctat, *l.* 1. §. *Quod vulgò*, *ff. de vi*, *& vi arm. & l. damni infecti stipul. ff. de damn. infect.* & docet ex multis Tiraquel. *in l. si vnquam*, *v. Liberis num.* 37. *C. de reuocat. donat.* Sic quoque textus *cap. Quemadmodum*, *de iureiur.* qui explicat lepram, vel paralysim, Doctores extendunt ad morbum gallicum, vt Nauar. *in summ. cap.* 23. *num.* 27. *cap* 8. Cocc. *lib.* 5. *instit. moral. tit.* 10. *num.* 65. Ledesma *de matr. quæst.* 43. *ar.* 3. *cauf.* 5. Philiar. *de offic. Sacerdot. to.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. Id, quod constat perspicuè ex particulis illis, *vt*, *vel*, quæ important exemplum, *ex d. cap. Quemadmodum*, cum eodem Sanchez *lib.* 1. *disp.* 57. *num.* 6. *de matrim.* Accedit, quòd lex specialis posterior derogat priori, quatenus est illi contraria, vt communiter docent Bart. *in l. sed & posteriores*, *ff. de legib.* Angel. *in l. non est nouum eod.* Decian. *in l. in toto iure num.* 7. *ff. de reg. iur.* Regula autem illa, lex noua simpliciter loquens, accipit determinationem à lege veteri, intelligitur respectu subditorum, non Iudicis, quando aliundè colligitur determinationem pendere ab arbitrio

Iudi-

Digitized by Google

Iudicis exequentis præscriptum legis. Ex quibus satisfit quinto argumento.

26 Secundum argumentum ex parte falsum est. Nam Episcopus non potest constituere Superiorem Regularem, ergo nec destituere, *cap. 1. de reg. iur. ac l. 2. Cod. si aduersus donat.* Menoch. *conf. 195. num. 24.* Surd. *decis. 128. num. 14.* & dixi *tom. 1. consul. 135. num. 20.* Ex parte verò est absurdum. Nam si Superior regularis posset ab Episcopo carceribus mancipari, aut aliò mitti, aut pœna pecuniaria mulctari, profectò subditi regulares priuarentur suo Pastore, alterum Monasterium cogeretur ad recipiendum exterum in suam familiam, Monasterium, quod non fuit in culpa, priuaretur rebus suis, & Regulares, quibus argentum, & aurum non esset, essent immunes, impunesque præcipuè, quia pœnas pecuniariæ contra Regulares esse in solitas, censuit Sac. Congregatio super Episcop. in Pisauren. *eg.* Septembris 1645.

27 Minimè etiam huc facit tertium argumentum. Nam verè obstat relatum *cap. fin. sess.* 25. Sac. Concilij Tridentini, ac citata Bulla Pij IV. Eo ipso enim quod Regulares quoad processiones subijciuntur Episcopis, rectè sequitur, posse coerceri censuris Ecclesiasticis, hoc est armis Episcoporum, si non obediant.

28 Quartum verò nihilo magis officit iurisdictioni Episcopali. Nam solum in dubijs petuntur responsiones. Atqui clarum est habeturque expressè, Episcopum ex allegato *cap. 16. sess. 25.* posse censuris compellere Regulares ad restituendum illata in Monasterium Nouitio recedenti ad sæculum. Quare super hoc clarissimo Concilij loco non potuit peti aliqua responsio. Frustra enim est. Petita igitur est super ijs locis, quæ nihil exprimunt circa modum cogendi Regulares ad obediendum Episcopo, atque adeò respectu processionum, vt ex superiùs allatis resolutionibus Sac. Congregationis Conc. & S. Rituum iam demonstratum est.

29 Vltimum denique nihil ad elusionem censurarum momenti habet. Nam licèt verum sit, quòd Regulares, habentes priuilegium, non teneantur accedere ad processiones, vt per Riccium *in prax. for. Eccles. resolut.* 308. *num.* 4. Vgolin. *de potestat. & offic. Episcop. par. 1. cap. 20. §. 2. sub num.* 5. Barbos. *eod. tractat. par. 3. alleg. 78. num.* 22. Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 24. quæst. 8. num.* 5. Estque communi calculo receptum; id tamen intelligendum est de priuilegijs non reuocatis per Sac. Concilium Tridentinum, vel concessis post ipsum Concilium, per quorum concessionem Summi Pontifices censentur derogasse Concilio. Neque vllus est Auctor, qui asserat, Concilium non derogasse in genere omnibus Regularium priuilegijs, quamuis ad id allegentur Riccius, & Vgol.

30 Neque prætendi potest, quòd Monachis, alijsue Regularibus suffragetur indulgentia illa ex declaratione S. Rituum Congregationis concessa Monachis Casinensibus in vna Placentina, nempè: *S. Rituum Congregatio censuit, non esse cogendos Monachos Casinenses Monasterij S. Sixti de Placentia ab Episcopo, vt præter eorum solitum, & consuetudinem accedant ad processiones maiores, & minores Rogationum: sed satis est, si ad processionem Sanctissimi Sacramenti accedant iuxta eorum solitum, & antiquam consuetudinem, die* 10. *Iunij* 1602. Nam hoc non est priuilegium Sedis Apostolicæ, quod communicetur alijs Regularibus, sed est particularis declaratio, fundata in solito, & consuetudine singularis Monasterij, & locorum, vt rectè atque expressè in ipsa declaratione habetur. Quam consuetudinem S. Congregatio censuit, seruari posse. At cum consuetudo sit ius particulare singulariter acquisitum, & quid facti, non extenditur de persona ad personam, neque de loco ad locum, ex Innoc. & Doctoribus *in cap. fin. de offic. Archid.* Rot. *decis.* 504. *num.* 1. *p.* 1. *recent. cum vulg.* Et licèt Secretaria Sac. Congregationis Rituum illius Decreti dederit aliud exemplum anno 1634. & superfuerit expeditum Breue Apostolicum, non tamen exinde sequitur, quòd sit priuilegium, sed solùm confirmatio decreti pro maiori illius robore, & pro obseruantia; vt eius verba explicant. Nec credi debet, quòd Vrbanus Octauus, cuius mandato fuit factum generale decretum anno 1627. à nobis supra relatum, de quo etiam *tom. 1.* quod scilicet omnes Regulares accedere teneantur ad processiones, sublatum fuerit per simplex Breue, emanatum ad alium effectum, nimirum confirmandi particulare decretum. Et quatenus etiam Casinenses haberent priuilegium, post S. Concilium Tridentinum, quòd pernegamus, non tamen eo gauderent cæteri Regulares. Tum quia dicta decreta non sunt priuilegia, sed declarationes iuris particulariter quæsiti per consuetudinem, & sic non communicabilis. Tum quia, quatenus essent priuilegia communicabilia, de ijs non communicant alij Regulares, qui habent priuilegium communicationis, cùm clausula, dummodo decretis Sac. Concilii Trident. non aduersatur. Et profectò, si in hac re admittantur communicationes, nullus Regularis esset obligatus ad processiones accedere. Quia omnes sibi inuicem omnia priuilegia communicant Mendicantes, & non Mendicantes, vt per Confect. *in summ. priuil. Regul. Mendic. tit. 3. num.* 5. Sorb. *in addit. ad Cæsarub. in comp. priuil. Mendic. v. Communio*, Piasec. *in prax. Episcop. tit. de visit. Regul. num.* 39. passimque alios.

Scrupulum eo loco motum, quòd accessus Regularium ad processiones sit actus facultatiuus, & quod cùm ipsi aliquando accesserint, aliquando verò non accesserint, non remanserint obligati ad semper accedendum, facilè amouebimus. Quoniam, dato initio coactiuo, scilicet Concilii Tridentini, actus deinde gesti non sunt simpliciter voluntarii, & facultatiui, sed necessarii, Gabr. *tit. de præscript. concl.* 10. *num.* 9. Surd. *decis.* 305. *num.* 28. Add. ad Gregor. XV. *decis.* 56. *num.* 2. Rot. *decis.* 400. *num.* 4. *par.* 4. & *decis.* 507. *num.* 25. *p.* 7. *recent.* Præterquamquòd generaliter actus in dubio censetur factus ex causa necessaria potiùs, quàm voluntaria, Surd. *decis.* 15. *num.* 13. Seraph. *decis.* 1405. *num.* 5. Gregor. *decis.* 92. *num.* 6. Et præterea etiam actus facultatiui cessant esse tales, euaduntque obligatorii si concurrat eorum multiplicitas, & continuatio per longum tempus, Rip. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina num.* 55. *de caus. possess. & propriet.* Add. ad Gregor. *decis.* 16. *num.* 15. Rot. *decis.* 85. *num.* 8. *par.* 5. *recent.* Eoque magis, quia consuetum facit actum de voluntario necessarium ad *text. in l. Quòd si nolit, §. quia assidua, de ædil. edict. l. Sacculary de extraord. crim.* Ac denique id procederet, dato priuilegio non accedendi, vt explicat Caldetin. *eo conf.* 8. *de Regular.* & Ricc. *in prax. p.* 1. *decis.* 363. *num.* 4. & Tambur. *de iur. Abbat. d. com.* 1. *disp.* 24 *quæst.* 8. *num.* 7. 31

Posita igitur obligatione Regularium accedendi ad processiones, non possunt iidem Regulares, neque debent eas dimittere per viam, sed tenentur eas comitari, & non discedere, nisi post functionem completam. Habetur ex Rituali Romano *tit. de process. litan. maior. & tit. de process. Fest. Corporis Christi*, atque ex Cæremoniali Episcop. *lib.* 2. *cap.* 32. & *seq.* & concordant declarationes Sac. Congregationis Episcop. & Regul. ac Sac. Rituum, præsertim in vna *Fanensi* tenoris huiusmodi. 32

Al Vicario Vescouale di Fano 16. *di Febraro* 1595. *Per lettere del Piouano di Mondolfo de* 4. *del passato si è inteso, che i Padri Conuentuali di S. Francesco di quel luogo nell' occasione delle processioni recusano di comenire alla Chiesa matrice, e di douere accompagnare il Clero in essa al ritorno essendo successo sì come egli scriue, che i detti PP. al passare vicino al Conuento siano rimasti in esso, abbandonando la processione contro l'honesto, e quello, che doueriebbono, come buoni Religiosi. E non essendo conueniente permettere, che si continui in questo abuso, d'ordine della Sac. Congregatione dico, che vogliate rimediare, con far sapere a' detti Padri, che sono obligati radunarsi col resto del Clero, e popolo nella Matrice, e parimente seguire le processioni fino al ritorno dentro di essa Matrice, e che così debbono essequire. Al che ripugnando, gli astringerete con gli opportuni rimedij senz' aspettare altro ordine.* 33

Et in vna *Syracusana. Sacra Rituum Congregatio ad declarationem Eminentissimi D. Cardinalis Sacchetti, quòd in solemnitate Corporis Christi processio incipere debeat ab ipsa Ecclesia Matrice, ad quam conuenire debent Archipresbyter S. Petri cum suo Clero, & omnes alij interesse* 33

resse debentes enumeratis in Cæremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 33. & nullo modo per viam expectare. Die 6. Septembris 1636.

34 Ac in vna *Pisaurensi*. Episcopus Pisaurensis institit pro declaratiuoe, an Clerus iam sæcularis, quàm Regularis, & Confraternitates illius Ciuitatis occasinne processionis Sanctissimi Sacramenti, Rogaionum, & aliarum, quas publicam nb causam fieri contigerit, in earum fine in Ecclesiam Cathedralem omnes conuenire, ibique precibus, nrationibus, & benedictioni assistere teneantur. *Et S. Rituum Congregatio respondit, omninò teneri die 7. Martij* 1648.

35 Itaque, exceptis dumtaxat ijs Regularibus, qui habent priuilegium post Sac. Concilium Tridentinum, ac ijs, qoi in strictiori clausura viuunt, ac monasterijs, quæ vltra medium milliare à Ciuitate distant, rectè, sapienterque facient Episcopi, si quoscunque Regulares recusantes, etiam mnoachos, & qunmodnlibet exemptos ad processiones accedere, pœnis sibi benè visis, etiam censuris Ecclesiasticis compellent. Illudque moneo, quòd si ex aliquo casu processio fieret ante tempus solitum, Regulares non interessentes, oon possunt puniri, vt declaratum reperio à Sac. Congregatinne Episc. & Regular. in vna *Forolivien.* 25. Iunij 1591.

36 Quòd an etiam procedat in pnecessionibus, quæ ab Episcopi indici solent occasione sui primi, ac solemois ingressus ad suam Ecclesiam, & diœcesim, negandum videtur. Nam ex iure communi Regulares ab huiusmodi processionibus sunt exempti per textum *in cap. Nimis praua 2. de excess. prel.* vbi Gregorius IX. præcipit Ordinarijs, quòd ex leui causa nullatenus possint compellere Regulares ad processiones, ibiqoe notat Abb. *num.* 3. & Anchar. *num.* 4. ac pnsequuntur Peyrin. *in add. ad Const. Sixti IV. cap. 2. num. 529. in fin.* Cochier. *de iurisd. in exemp. par. 2. quæst. 45. num.* 109. Processio autem, quæ fit in primo ingressu Episcopi, sicuti etiam associatio in actu visitationis respectu Regularium, qui Episcopo non subsuot, est leuis causa, dum tales processinues primariò, & directè fundaotur in solo honore, & reuerentia Episcopo debita. Honor autem, & reuerentia debetur Episcopis à suis subditis, nnn autem ab exemptis.

37 Neque obstaret, si in hisce processionibus, vel visitationibus adesset concessio Indulgentiarum, & sic quòd videantur institutæ ad petendam opem diuinam, atque adeò ad eas accedere compellendi sint etiam Regulares. Nam ex doctrina Calderini *d. conf. 8. de Regular.* potest quidem Episcopus vocare Regulares ad processiones ex graui causa, dummodo tamen non fiat in fraudem. Fraus autem apertè conoiicitur in huiusmodi processionibus, dum non sunt publicæ, nam non recensentur inter processiones publicas, ad quas Sac. Concilium Tridentin. maodat compelli Regulares, sed priuatæ, vt firmat Peyrin. *ad Constit. 2. Iulij II. §. 25. num. 66. & ad Constit. 7. Pij V. §. 29. num. 25.* Dian. *tom. 2. de dub. Regul. resol.* 106. Nouar. *in Luc. Regul. v. Processiones num.* 5. & Barbos. *in sum. Apost. const. v. Processio num.* 23. Ac proinde non possunt ad eas Regulares compelli. Ac præsertim si accideret, quòd ab erectinne Conuentnum regularium ad antecessnrum Episcoporum processiones in ingressu, ac visitatione factas Regulares nunquam accesserint. Hac enim stante consuetudine accedere non tenentur ex resolutione Sac. Rituum Congregationis relata à Campanili *in diuers. iur. Can. rubric. 12. cap. 13. num.* 118. Peyrin. *in add. ad dict. Constit. Sixti IV. cap. 2. num. 29.* & Lezan. *in summ. Processio num.* 30.

38 Nihilominus tenendum est, Episcopum ad huiusmodi processiooem obligare posse etiam Regulares iuxta expressam facultatem Sacri Concilij Trident. *dict. sess. 25. cap.* 13. Ordinarijs attributam, vbi quòd possiut Episcopi compellere Regulares ad publicas processiones, quarum nomine veniunt processiones ad augmentum diuini cultus ordinatæ, prout est poblicatio Indulgentiæ plenariæ, vel processio ad publicum bonum ordinata, vti est primus ingressus Episcopi ad suam Ecclesiam, & diœcesim, vt in specie firmauit Campanil. *in diuers. Iur. Can. cap. 13. rub. 12. num.* 118. Leiua *in exam. Episc. lib. 6. cap. 28. num.* 15. Nouar. *in lucer. Regular. v. Processio num.* 3. Barbos. *in collect. ad d. text. Concil. num. 4. & de Episc. alleg. 78. num.* 2. Tamburin. *de Iur. Abb. disp. 24. quæst. 3. num.* 2. Dian. *resol. mor. par. 3. res. 106. tom. 2. de dub. regul.* Adeòque antiquus est hic honor processionis, exhibendus Episcopo non solùm in ingressu Ciuitatis, sed etiam cuiuscunque Castri principalis suæ diœcesis, vt decernatur in cæremoniali Episcoporum his verbis: *Quando verò Episcopus post ingressum in Ciuitatem propriam voluerit alias Ciuitates, vel oppida insignia sua diœcesis visitare, conueniens erit, vt prima vice cum sacra Cleri sæcularis, & regularis processione &c.*

39 Nec obstat *consil.* Calderini *de Regul.* Quia loquitur quando Episcopus vellet prætexere causam publicam, vt Regulares cogeret ad processiones, secùs autem quando indicit processionem generalem pro suo ingressu, quæ est causa à communi Doctorum sententia approbata. Quia tunc dicitur vti iure suo, non autem facere fraudem Regularibus. Minusque nbstat, processionem pro primo ingressu Episcopi intelligi solùm de illa facta in Cathedrali, & in principali Ecclesia, non autem de alijs oppidis diœcesis: Tum quia Doctores id non distinguunt, sed generaliter loquuntur: Tum quia Cæremoniale Episcop. *lib. 1. cap. 2. propè finem*, quod est excerptum à iure canonico, aliisque sacris ritibus, loquitur de ingressu locorum diœcesis: Tum quia si id verificatur in propria, & principali Ciuitate respectu Regularium, ibi existentium, eodem modo debet verificari de Regularibus existentibus in diœcesi, cùm eadem sit ratio de toto quoad totum, ac de parte quoad partem ex vulgaribus, & ineuitabile argumentum est de toto ad partem, *l. qua de tota, ff. de rei vend. l. an pars, ff. pro derelicto, l. hæredes mei §. cum ita, ff. ad Trebell.* Ergo si ad processionem primi ingressus in diœcesim in commune bonum ordinatam, pnssint compelli Regulares, in commune bonum vt sic ordinata, quando visitantur eius oppida necesse est, ac proinde etiam ad eam Regulares compelli possunt. Nam ex regula iuris in toto partes omnes etiam minimas non est dubium cootineri, *l. Iulianus, ff. de leg. 3. l. qui vsumfructum*, vbi oot. per Bart. & Ias. *ff. de verb. oblig.* cum alijs.

40 Quare non licebit Regularibus censuras ab Episcopis hanc ob causam relaxatas cum populorum scandalo spernere. Nam aut causa, ob quam infligitur excommunicatio est manifestè leuis, vel intolerabilem continens errorem, & tunc potest excommunicatus non curare in foro interno censuras. Aut causa est dubia, prout putant Regulares esse causam, de qua agimus, quamque nos certam esse statuimus auctoritate Sacrarum Congregationum, ac Doctorum, præcipuè Tamburini *d. disp. 24. de iur. Abb. quæst. 8. in fin. lib.* 1. & hoc casu excommunicatus debet timere, ac seruare excommunicationem per text. *in cap. per suas, de sent. excom.* Vbi Glos. & Canonistæ communiter, ac tradit Sot. *in 4. d. 22. quæst. 2. ar.* 3. vbi ait, quòd si hoc casu excommunicatus celebrat, fit irregularis, ac sequitur Alter. *de censur. disp. 2. lib. 1. cap. 1. litt. A.* & egregiè præcæteris Suar. *de censur. disp. 4. sect. 8. num.* 42. quod etiam docuit Gasp. Hurtad. *de censur. in com. d. 24. n.* 104.

41 Et quatenus Regulares opponerent sua priuilegia, ex quorum dispositiooe credunt se non posse adstringi ad huiusmodi processiones, illa tamen debent exhibere Episcopis, alioquin non erunt extempti à pœnis contractis nb spretas censnras. Quia cùm talia priuilegia nnn exhibeantur, poterit Episcopus legitima iurisdictione contra eos procedere, ac proinde ritè, ac rectè eos excommunicare per *text. in cap. Cum persona 7. §. fin. de priuil. in 6.* ac docet Fusch. *de visit. lib. 2. cap. 20. num.* 6. & firmauit Rot. in Salamantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Cantuccio, quæ est decisio 145. *p. 2. diu. num.* 6. Qui textus, & Doctores loquuntur in terminis, quando scilicet per exemptos fuisset allegatum priuilegium, & non exhibitum Episcopo. Iusta igitur erit excommunicatio, & quatenus de priuilegio in contrarium postea doceatur, erit ex nouiter deductis reuocanda sententia, sed interim seruandæ censuræ, vt decor Ecclesiæ, ordo iudiciorum, & dispositiones Canonum requirunt.

42 Denique moneo, quòd licet tutius sit de iure, quòd quando certæ sunt personæ, quæ habent interesse debeant speciatim citari, nec sufficiat si per edictum, Alex.

cons.

Digitized by Google

cons. 106. *num.* 14. *lib.* 5. Cæphal. *cons.* 203. *num.* 76. Menoch. *recuper. remed.* 8. *num.* 103. Roland. *cons.* 73. *num.* 15. *lib.* 3. Capyc. *decis.* 87. *num.* 2. Gratian. *discept.* 194. *num.* 3. & *seqq.* ac Put. *decis.* 6. *lib.* 2. attamen in hoc casu sufficit edictum contra Regulares, vt accedant ad processiones, cùm id etiam significet verbum illud vocati quo vtitur Concilium iuxta vniuscuiusque loci morem, & praxim totius Orbis, quæ hunc Concilij locum sic interpretata est, ac Sac. Congregationis eiusdem Concilij declarationes, eùm illud affigatur valuis Ecclesiæ, vel alij loco, vt probabiliter ad eorum notitiam peruenire possit. Quòd est contra Peyrinum *de priuileg. Regul. par.* 1. *constit.* 2. *Sixti IV. num.* 57. motum ex friuola ratione, quòd Regulares non legunt edictu.

Verùm proposito hoc dubio in Sac. Congregatione Concilij. *An scilicet in primo ingressu visitationis Episcopi, teneantur Regulares accedere ad processionem cum Clero sæculari?* Cui dubio occasionem dedit Episcopus Anagninus, qui occasione suæ primæ visitationis, primique ingressus in Terram Carpineti dictus Episcopus plenariam Indulgentiam ex authoritate S. D. N. publicare intendens, edictum tenoris sequentis publicauit. Omissis &c. *Di qui è che habbiamo risoluto di fare vna publica generale, e generalissima processione per sollennizare con la douuta decenza dette Sacre attione per eccitamento maggiore de' fedeli alla diuotione, e pietà, che perciò intimiamo tutto il popolo, comandando à detto effetto à tutti gli Ecclesiastici, così Secolari, come Regolari di detta Terra, che debbano interuenirui personalmente, e processionalmente sotto pena à detti Ecclesiastici di scomunica latæ sententiæ da incorrersi ipso tunc, che non saranno interuenuti, ò d'altre pene à nostre arbitrio. Conqueruntur Fratres Ordinis strictioris obseruantiæ se immeritè, atque iniustè compelli ad huiusmodi processionem. E contra vero conqueritur D. Episcopus dd. Fratres præfatum edictum non sine populi scandalo contemnentes dictæ processioni non interfuisse, & non obstantibus censuris ob eorum contumaciam ipso facto incursis, à celebratione Diuinorum Officiorum non abstinuisse. Quare præsuppositis ijs, quæ ab vtraque parte informante deducuntur, quæritur, an dicti Fratres potuerint ad prænominatam processionem ab Episcopo compelli.*

Die 9. Decembris 1662. Sac. Congregatio Em. S. R. E. Card. Concilij Trid. Interpr. censuit, non potuisse. Standum est itaque huic decreto in hoc casu, quod authenticè vidi, ac legi. Quare, & in hoc quoque parendum.

CONSVLTATIO XLVII.

An in compromisso, atque laudo in materia processionum inter Parochos, & Regulares, siue sodalitates laicorum requiratur auctoritas superioris?

1 PRo negatiua sententia, eam nempe haud requiri, non mediocriter pugnat illa inprimis ratio, quòd in compromisso ad effectum, vt per compromissarios decernatur modus celebritatis festi cum solemniori, & frequentiori cultu, ac veneratione, populique concordia, nullatenus requiratur auctoritas superioris, sed potiùs locum habeat dispositio *cap.* 1. & *cap. fin. de pact. in* 6. cùm versetur in licitis, & honestis. Quia scilicet licitum est pacisci de modo seruando in incessu processionum in delatione Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, vt assignetur Ecclesia ex qua leuari, & ad quam referri debeat, vt diuini cultus ratio habeatur, & discordiæ tollantur. Idque præsertim, quando nulla inducitur Parochis considerabilis subiectio, sed solùm quædam ordinaria administratio. In his enim non reperitur lex aliqua expressa, contrarium disponens, quemadmodum in specie casus haud dissimilis ratiocinatur, & firmat Rot. in Calaguritana præeminentiarum coram Seraphino, *vt in decis.* 36. *num.* 36. & 81. quam refert ac sequitur Gratian. *in addit. ad decis. March.* 232. *num.* 1. & *seqq.* & Ricc. *in collect. decis. par.* 6. *collect.* 1386.

2 Eòque magis, si laudum ipsum fuerit vnanimiter mutua stipulatione acceptum, atque homologatum cum expressa promissione illius obseruantiæ. Ex hoc enim habet vim rei iudicatæ, *l. Cum antea*, & *l. ne in arbitris*, *C. de arbitr. l. non minorem*, *C. de transact.* Bart. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de re iud.* Socin. *cons.* 25. *in princ. lib.* 1. Paris. *cons.* 46. *nu.* 13. *lib.* 1. Rot. *dec.* 65. *nu.* 1. *p.* 7. *rec.* & coram Buratto *dec.* 657. *nu.* 4. & 9. & in Romana rescissionis concordiæ 22. Iunij 1652. coram Bichio. §. *fin.* Diciturque cum effectu proprio transactio, Glos. & Doctores *in l.* 2. *C. commun. vtriusq. Iud.* Caccialup. *de transact. q.* 3. *sub n.* 1. & 5. Socin. *d. cons.* 25. & *cons.* 69. *n.* 6. *lib.* 4. Dec. *cons.* 60. *num.* 3. Bald. *in rubr. extr. de arbitr.* Gozzadin. *cons.* 98. *n.* 19. Paris. *d. cons.* 46. *sub n.* 16. *lib.* 1. & *cons.* 89. *num.* 10. Afflict. *dec.* 117. *per tot.* Rot. *dec.* 512. *num.* 1. *p.* 1. *diu.* & *d. dec.* 65. *num.* 3. *p.* 7. *recent.* & *d. dec.* 657. *d. num.* 9. & 10. coram Buratto, & in Calaguritana iuris accedendi ad processiones 15. Aprilis 1622. coram Remboldo apud Posth. *de manut. decis.* 265. *num.* 7. & *seq.*

Proindeque cùm nihil sit, quod repugnet inter ipsas 3
partes, quia id, quod quis habet in simplici facultate sua, potest alteri promittendo inducere ad necessitatem, *l. ex commodato*, §. *sicut*, *ff. commod. l. sicut de act. & oblig.* vtrique tenor dicti laudi est attendendus, Rot. *decis.* 603. *num.* 10. *p.* 1. *tom.* 3. *recent.* Neque ab eo licet recedere, Rot. *d. dec.* 65. *n.* 3. *p.* 7. *recent.* Sed interclusa est via vlteriori prætensioni, Rota in Romana executionis contractus 27. Maij 1594. coram Litta. Cùm transactio contineat exceptionem litis finitæ, impediatque illius ingressum, & regressum ad eam, & repellat à limine iudicij, Rot. in Bononien. de Tostinis 31. Maij 1649. coram Eminent. Cerro, §. *Quia cùm ipse*, & in Rom. dominationis 9. Decembris 1650. & 29. Aprilis 1652. coram Royas, in vtraque §. 1.

Iuncta maximè longissima obseruatione subsequuta, 4
quando triginta tantùm annorum sufficeret ad præsumendum confirmationem Apostolicam, Mohed. *decis.* 2. *de transact.* Put. *dec.* 365. *num.* 3. & 7. *lib.* 2. Rot. *decis.* 179. *num.* 7. *p.* 2. *diu.* & *dec.* 21. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *dec.* 32. *num.* 5. *p.* 6.

Quin etiam in iis, quæ sunt præter ius, qualia sunt su- 5
pradicta, cùm nulla lege, vel canone contrarium expressè disponatur, Put. *decis.* 197. *num.* 1. *in fin. p.* 1. sufficiunt decem anni, Glos. *in cap. fin. in punct. de consuet.* Rot. *decis.* 639. *num.* 11. coram Seraph. & *decis.* 722. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.* & in Mediolanen. sustentationis libri 30. Maii 1654. coram Dunozetto §. *Et bonum ius Canonicorum*, *vers. satis fuisset obseruatio decennalis.*

Ac præsertim quando non deficit scientia, & patientia 6
Episcopi, quæ dubio procul ex approbatione Constitutionum Sodalitatum, continentium expressam obligationem, & ex actuum multiplicitate, ac temporis diuturnitate præsumitur, Innoc. *in cap. Bona* 2. *n.* 1. *de postul. Prælat.* Seraph. *decis.* 306. *nu.* 5. & 7. Rot. *inter rec. decis.* 225. *num.* 4. *par.* 5. & *dec.* 139. *num.* 7. apud Posth. Attentoque maximè, quòd non doceatur de aliquo actu contrario, vt aduertit Seraph. *decis.* 1334. *num.* 3. Coccin. *decis.* 469. *num.* 6. Add. ad Greg. XV. *decis.* 325. *sub num.* 6. Vnde tutius vltrò se offert Apostolica confirmatio præsumpta ex obseruatione laudi, resultans ex actibus positiuis non turbatè gestis, Seraph. *decis.* 1080. *num.* 7. Add. ad Greg. *decis.* 354. *num.* 18. Rot. *decis.* 725 *num.* 4. *p.* 5. *rec.* Haud obstante Constitutione Vrbani VIII. super præiudicialibus Ecclesiæ, cùm, vt suprà deduxi, nullum prorsus excogitari possit præiudicium Ecclesiæ Parochialis iuxta tradita per Rotam in citatis decisionibus Seraphini 36. & 81. & in additione Gratiani *ad decis. Marchia* 232. *num.* 1. & *seqq.* ac Ricc. *in collect. decis.*

Et sanè, cùm actus gesti per sodales, & per Regulares non competerent de iure communi, sed ex dispositione laudi, vt præfertur accepti, & homologati, ad illud pernecesse referuntur, eiusdemque obseruationem probant, licèt de illo facta non appareat expressa mentio, vt ex *l. quadam mulier*, cum ibi notatis *ff. de rei vindic.* dixit Rot. in Russanen exemptionis 20. Aprilis 1640. coram Carillo, §. *penult.* & in Elhoren iuris conferendi 4. Iulij 1640. coram eodem, §. *Quod obseruantia*, & facit decisio 295. *nu.* 31. *p.* 3. *rec.*

Neque vrget, quòd quamuis Parochi prędecessores aut 7
ignoranter, aut ob aliquod commodum permiserint supra-

dicta

Digitized by Google

dicta fieri, non tamen exinde fuerit illatum præiudicium successoribus, quominus possint contrauenire. Nam, cessantibus etiam alijs supra deductis, dum compromissum factum fuit bona fide super re dubia, vtique laudum subsequutum, & homologatum afficere debet, non solùm compromittentes, & homologantes, sed omnes alios successores, vt dicitur de transactione facta ab vno ex fideicommissarijs, quæ nocet etiam successiuè vocatis ad fideicommissum, licèt non sint hæredes transigentium, *l. Præses Cod. de transact.* cum alijs adductis per Rot. in Romana successionis de Comitibus 26. Iunij 1647. *sub §. de potestate transigentium*, coram Ghislerio, & in d. Romana donationis 10. Decembris 1650. & 29. Aprilis 1652. coram Royas in vtraque §. *fin.*

8 De sincera autem compromittentium fide dubitari non oportet, cùm ad compromissum deuenerint ob varias prætensiones hinc inde deductas extraiudicialiter, & appareat, causam finalem compromissi fuisse controuersias super præmissis extraiudicialiter deductas, & litium futurarum occasiones, quibus partes cautè occurrere voluerunt, abscindere, cùm sufficiat quæuis probabilis hæsitandi ratio, dummodo calumniam euidentem excludat, *l. In summa*, ibique Gloss. *v. Nulla*, *ff. de condit. indeb.* Rot. *in rec. dec.* 263. *num.* 2. *p.* 3. *& decis.* 348. *num.* 4. *p.* 4. cum alijs relatis in Romana rescissionis concordiæ 15. Iunij 1648. coram Corrado §. *Quia contrarium*, & in d. Bononien. de Tostinis 30. Maij 1649. coram Eminentiss. Cerro, §. *Et vlterius.*

9 Denique sit regula, quòd pactum initum à Rectore Ecclesiæ, & Regularibus, si non sit in Ecclesiæ fauorem, non est perpetuum, nisi accedat Superioris authoritas. Est autem perpetuum si sit ad Ecclesiæ fauorem. Tunc enim non est necesse, quòd adsit authoritas Superioris. Quia hæc supponitur adesse, cùm aliud non velit Superior, quàm Ecclesiæ fauorem. Atque ita tradunt Archid. *in cap.* 1. *de pact. in* 6. *num.* 1. Io. Andr. *in princ.* Anchar. *sub init.* Butr. *num.* 1. *&* 3. Franch. *num. item* 3. contra Lapum, & habetur luculenter in *cap. fin. de pact. in* 6. vbi disponitur, quòd pacta huiusmodi, si sint licita, & honesta, debeant ex vtraque parte perpetuò, ac inuiolabiliter obseruari, non obstante, quòd non interuenerit Superiorum assensus. Idemque comprehendere laicos ex identitate rationis, ait Imola in hunc locum.

CONSVLTATIO XLVIII.

1 *An Parochis in associatione cadauerum defunctorum liceat ingredi Ecclesiam Regularium cum Cruce, superpelliceo, & stola, ibique assistere donec ab ipsis Regularibus officium peragatur? Vbi de eorum præcedentia.*

2 *Quid si pro Parochis extet consuetudo immemorabilis Officium peragendi?*

3 *Quidue dicendum de Capitulo Cathedralis?*

1 Mors ipsa, quæ omnium controuersiarum finis est, nunquam sine controuersia.

2 Ad 1. Prima opinio asserit non licere. Nam ingressus Parochi in Ecclesiam Regularium cum superpelliceo, Cruce, & stola est actus iurisdictionis. Stola enim est signum propriè denotans iurisdictionem, & officium Sacerdotale, iuxta Gloss. *in l. vn. v. fibulis C. nulli licere lib.* 11. Qua ratione si Episcopus interueniat, non licet Parocho eam in funeribus deferre; quia nimirum Episcopo præsente, cessat eius iurisdictio, nec ipse fungitur officio Sacerdotali, Gratian. *discept.* 298. *num.* 74. At Ecclesiæ Regularium sunt prorsus exemptæ à quacumque iurisdictione, vt constat ex priuilegijs summorum Pontificum concessis diuersis Religionibus, atque adeo ijs omnibus, qui habent communionem priuilegiorum, & præcipuè ex priuilegio Sixti IV. concesso Prædicatoribus, vt in Bulla, quæ dicitur, *Mare magnum*, quæ est prima eiusdem Pontificis apud Confectium *in coll. priuil.* ibi: *Volentes, &c. aut in personas, domos, & loca huiusmodi aliquam praeminentiam, superioritatem, & iurisdictionem quomodolibet exercere præsumant.* Hinc loca Regularium, etiam Ecclesiæ, non possunt visitari ab Episcopis, etiamsi sint intra diœcesim, vt ex Armendariz *in addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib.* 1. *tit.* 6. *de visit. lib.* 5. *§.* 2. *numer.* 93. refert decisum Barbos. *ad Concil. Trident. sess.* 7. *cap.* 8. *de reform. num.* 15.

Quare iurisdictio, quam habet Parochus super cadauere cessare debet statim atque ingreditur Ecclesiam Regularium, quia ingreditur in locum exemptum, ac in alium territorium. Iurisdictio autem non extenditur extra proprium territorium, *l. extra territorium, ff. de iurisd. omn. Iud.* vbi Doctores, & *cap.* 2. *§. statuto Episcopi, de constit. in* 6. & ita censuit S. Rituum Congregatio in vna Licien relata à Peregrino *in comp. priuil. Regul. pag.* 106. his verbis: *Sacra &c. censuit, non licere Capitulo, & Clero Liciensi quouis prætextu, etiam associandi ad sepulturam defunctorum cadauera in Ecclesia S. Irenes Clericorum Regularium Missam, aut alia diuina officia, ipsis Regularibus inuitis, celebrare, aut psallere, sed associato funere, ad Ecclesiæ portam debere Parochum, vel illum ex Capitulo, & Clero, penes quem animarum curæ exercitium existit, ad populum conuerti, eique benedictione impertita, recedere, relicto cadauere in Ecclesia dictorum Clericorum Regularium, ad quos dumtaxat peragendi cura spectabit.* Quod decretum fuit confirmatum in vna Bituntina 20. Iunij 1602. relata ab eodem Peregrino vbi supra pag. 108. ac idipsum declarauit fauore Discalceatorum Sancti Augustini 16. Iunij 1641. vt ex decreto relato à Pasqualigo *in obser. ad Laurent. de Franch. num.* 1591. ibi: *Et associare vsque ad portam Ecclesiæ Regularium.* Et de suo *nu. seq.* clarius: *Ad ipsum quoque Parochum spectat curare omnia, quæ pertinent ad funus vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium, quia iurisdictio supra defunctum durat quousque transeat in aliorum iurisdictio supra defunctum durat quousque transeat in aliorum iurisdictionem, non transit autem in iurisdictionem Regularium, nisi quando peruenit ad ianuam Ecclesiæ.* Quod sequutus est Lantusca *in Theat. v. exequiæ num.* 8. *&* 9. Quod prosequitur Lezzan. *in sum. v. defunctus num.* 4. Et ex alijs declarationibus probat Barbos. *de offic. Parochi cap.* 26. *num.* 74. & relatis pluribus Summorum Pontificum Constitutionibus, alijsque decretis firmat Aldan. *in comp. resol. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 4. idemque Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 82. *& seqq. & in compend. Bull. v. officium.* At nos numerum augeamus. 3

Firmana. S. Rituum Congregatio respondit, Officium facere super cadaueribus in Ecclesijs Regularium ad ipsos Regulares spectare, & pertinere, non obstante contraria consuetudine. Et ita omnino in casu proprio in Ciuitate Firmi seruari mandauit die 11. Nouembris 1641. 4

Aliàs S. Rituum Congregatio decreuit, officium super cadaueribus illatis in Ecclesias Regularium pro sepultura ibidem habenda, ad ipsos Regulares pertinere. Sed cùm nuper fratres Ordinis S. Dominici exposuerint, Parochos illius Ciuitatis, prætextu consuetudinis, quam illi ab eadem S. Congregatione sublatam contendunt, huiusmodi decreto non acquiescere, & multa propterea scandala exoriri in magnum Ecclesiastici ordinis dedecus, & suffragiorum diminutionem, Eminentissimi Patres, qui omnia omnium iura illibata volunt, ad Amplitudinem tuam scribi mandarunt, vt seruato interim præfato Sac. Congregationis decreto ad fauorem Regularium edito, eosdem Parochos coram S. Congregatione in ius vocet, à qua ipsi remissoriales ad probandam consuetudinem, quæ suffragetur, decernantur audiendi super id, prout ordo dictauerit rationis. Ita ergo Amplitudo tua exequatur, quam Deus diutius Ecclesiæ suæ seruet incolumem, Romæ die 31. Maij 1642. 5

S. Rituum Congregatio iuxta alias resoluta, respondit, officium super cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectare & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum seruari mandauit, non obstante contraria consuetudine, die 27. Nouembris 1638. 6

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præposita censuit defunctorum cadauera in Ecclesijs dictorum Fratrum sepelienda ab ædibus defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, monito tamen prius & requisito, ac expectato proprio defunctorum Parocho, à quo benedictionem, & vltimum vale recipere possint, quo venire expressè recusante, possint ijdem Fratres, etiam ipso inuito, dicta cadauera ad suas Ecclesias transportare, consanguinei verò talium defunctorum, illis præsentare in Parochia- 7

Digitized by Google

rochialibus, & alijs presbyterorum, etiam Cathedralibus Ecclesijs compelli nullo modo possint. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens decretum ad vnguem seruetur; prout eadem Sacra Congregatio seruari mandauit Romæ die 14. Iunij 1639.

8 Die 3. Decembris 1639. *Sac.* Congregatio Eminentiss. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, quoties cadauera defunctorum ad Ecclesiam fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum & reliqua, quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque altero, sed à fratribus obiri, & peragi debere.

9 Sacra Congreg. super Episcopis in Bareñ, Vicario. *Fù già per ordine di questa Sacra Congregatione sotto i due Ottobre del 1595. scritto al Vicario di quel tempo, e vostro predecessore, che portandosi cadaueri de' defonti a sepellire nelle Chiese de' Regolari, e giunto il cadauere dentro la Chiesa loro, non potesse il Clero secolare farui altra funtione, sopra che i preti secolari non hauessero altro, che la quarta funerale della cera douuta alla Parochiale. Che i medesimi cadaueri si portassero à dirittura alla Chiesa de' Regolari, nella quale debbono esser sepelliti senza portarli prima alla Chiesa Parochiale per pigliar l'vltimo Vale. Che finalmente si portasse la Croce sola della Chiesa della sepoltura. Et essendo ora nata differenza trà il Clero di Modugno, luogo di cotesta Diocesi, & i Frati Domenicani del medesimo luogo sopra i sudetti capi, questi Illustrissimi miei Signori à relatione del Signor Cardinal di Siena mi hanno ordinato di scriuere che facciate eseguire i sudetti ordini anche nella presente controuersia, quando però per parte del medesimo Clero di Modugno non si prouasse legitimamente che la consuetudine sia canonicamente prescritta in contrario, e state sano; di Roma 29. Luglio 1616.*

10 Et iterùm eidem. *Sotto a' 29. di Luglio 1616. si prescrisse al Vicario Arciuescouale, vostro antecessore il modo da tenersi nel sepellire nelle Chiese de' Regolari i cadaueri de' defonti, con ordine che le facessero eseguire nella differenza nata per simil conto trà il Clero, e i Frati di S. Domenico di Modugno, luogo di cotesta Diocesi, ma essendosi poi di nuouo sentite le parti, e le ragioni loro, mi hanno questi Illustrissimi miei Signori à relatione del Signor Cardinal di Siena ordinato di scriuerui, che facciate in ogni modo osseruare il tenor delle lettere già scritte al vostro Antecessore sotto il sudetto giorno, e del decreto della Sacra Congregatione de' Riti, di cui si manda qui allegata la copia, nè permettiate, che li sudetti Frati siano più molestati per simil conto, che se il Clero sudetto pretende cosa alcuna la deduca nella medesima Congregatione, sicuro di riceuerne ogni compita giustitia, e state sano. Di Roma à 9. di Ottobre 1618.*

11 Decretum autem S. Congregationis Rituum est huiusmodi. *Polignanea. Solutis iuribus Ecclesiæ Parochialis, corpus defuncti recto tramite ad Ecclesiam Regularium, in qua sibi viuens sepulturam eligit, deferri debere, censuit S. Rituum Congregatio.*

12 *Sacra Congregatio Episcoporum, &c. In Calaritana funeralium, attentis narratis, neque partibus tam verbo, quàm scripto informantibus, auditis, Eminentissimo Sanctacrucio referente, diligenter, ac maturè examinata, & discussa, censuit, cadauer, de quo agitur, restituendum esse, prout vnà cum funerali pompa restitui mandat, & præcipit Ecclesiæ S. Mariæ à Iesu Fratrum Minorum Obseruantiæ S. Francisci, nec Capitulum, & Clerum Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ funeralia in dicta Ecclesia S. Mariæ, neque S. Mauri eorumdem Fratrum exercere & celebrare super defunctorum ibidem sepelienda cadauera, reseruato tantum iure eidem Capitulo, & Clero probandi prætensam immemorabilem. Et ita declarauit hac die 12. Martij* 1660. Quod decretum fuit confirmatum ab Alexandro VII.

13 Quibus resolutionibus tanquam fundatis in priuilegijs Summorum Pontificum, & in perpetua obseruantia dictarum Congregationum, & præcipuè Rituum, debent omnino se submittere Parochi, vt in terminis notat Gratian. *discept.* 298. *num.* 4.

14 Notandum, quod immemorabilis vsus cum aliquibus Regularibus non potest inferre præiudicium alijs iuxta doctrinam Panormiti *in cap. Cum accessissent, de constit. in fin.* & Rodriq. *quæst. regul.* 55. *art.* 19. *tom.* 1. Donat. *in prax. tom.* 4. *p.* 1. *tract.* 7. *quæst.* 17. *num.* 3. Nam in hac materia tantum dicitur præscriptum, quantum possessum, Caual. *decis.* 487. *num.* 4. Burat. *decis.* 404. *num.* 4. Ideoque requiritur specialis præscriptio contra vnamquamque Religionem, & Ecclesiam, quia negligentia vnius in admittendo Clerum sæcularem in suam Ecclesiam non potest præiudicare alteri volenti tueri, & conseruare iura sua.

Neque obstant nonnullæ declarationes, quæ solent 15
in contrarium allegari. Quia sunt in diuersis terminis. Aliæ namque firmant Parochum ingredi posse cum stola Parochiam Regularium, non verò Ecclesiam vt in Asculana 29. Ianuarij 1629. relata per Barbos. *in collect. ad Sacr. Concil. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 13. *num.* 26. & Sacra Congregatio Rituum sub die vltima Septembris 1628. Aliæ dicunt, quòd Parochus possit etiam Ecclesiam Regularium ingredi, & ibi permanere, vt refert Pasqual. *loco relato num.* 1593. sed intelligendæ sunt absque propria Cruce, superpelliceo, & stola, vel alio signo iurisdictionis, quemadmodum ipse Pasqualigus declarat, inquiens; dum cadauer defuncti peruenit ad ianuas Ecclesiæ Regularium, quamuis possit Parochus ingredi, & ibi permanere, tamen cessat eius iurisdictio.

Quibus declarationibus innixa Sacra Rota resoluit 16
contra Parochum prætendentem deferre stolam in Ecclesia Regularium in vna Veronensi iurium parochialium coram Virili, quæ est *decis.* 260. *num.* 1. apud Posth. *de manut.*

Eòque magis ita resoluendum est fauore Regularium, 17
quibus assistit priuilegium peculiare, prohibens quibuscumque accessum ad eorum Ecclesias occasione peragendi diuina officia sine ipsorum consensu. Quod priuilegium habent Casinates ab Eugenio IV. constitutione eius 9. ibi: *Vt autem huiusmodi Congregationis Monachi liberius in eorum Regularis vitæ obseruantia valeant perdurare, omnes & singulos Episcopos, vel locorum quorumlibet Ordinarios, aut alias quasuis personas ad Monasteria, siue loca dictæ Congregationis causa ordines celebrandi, seu causas ciuiles, aut criminales exercendi conuentus, siue synodos, & processiones conuocandi, Missas, & alia officia celebrandi sub excommunicationis pœnam, quam incurrant ipso facto, si aliter attentauerint, accedere, vel immorari, ipsis inuitis, tenore præsentium prohibemus.* Pro quo emanauit declaratio Sac. Congregationis Rituum, quæ est huiusmodi.

All' Illustrissimo, e Reuerendissimo Signor mio Osseru. il 18
Signor Cardinal Morosino. Fu fatta relatione à questi miei Signori Illustrissimi di quanto V.S. Illustrissima mi scrisse de' 18. di Luglio, e insieme del contenuto dell'esame fatto ad instanza del Capitolo di cotesta Cathedrale sopra la consuetudine che si pretende contro i Regolari per conto de' funerali; & essendo parso alle Signor. loro Illustrissime, che la pruoua non sij bastante per l'intento, oltre che si è visto quanto a' Monaci Cassinensi vn priuilegio concesso loro da Eugenio Quarto per il quale si prohibisce espressamente à chiunque si sia il poter fare qualsiuoglia sorte di Officij Ecclesiastici nelle Chiese di quella Congregatione, e così anche l'attestatione di molti sopra l'osseruanza di esso, mi hanno ordinato, che io lo faccia sapere à V. Signoria Illustrissima, acciochè resti contenta comandare che per l'auuenire s'osserui secondo il tenore del sudetto priuilegio, che è conforme all'vso comune, e alle resolutioni sopra ciò fatte da questa Sacra Congregatione, & humilmente bacio à V. S. Illustrissima le mani. Di Roma al primo d'Ottobre del 1591.

Necnon sententia Auditoris Cameræ tenoris sequentis. a
Christi nomine, &c. In causa & causis, quæ coram nobis primo & in prima inter Reuerendiss. Abbatem, & Monachos S. Mariæ Cæsenæ Congregationis Casinensis ex vna, & R. D. Hippolytum Aldinum Curatum Ecclesiæ Sancti Petri dictæ Ciuitatis Cæsenæ de, & super ingressu dicti Curati in Ecclesiam S. Mariæ dictorum RR. Abbatis, & Monachorum, ac decantatione officij mortuorum, rebusque alijs, &c. dicimus, &c. d. R. D. Hippolyto Curato non licuisse, neque licere, quando corpora defunctorum suæ parochiæ deferuntur ad Ecclesiam S. Mariæ Cæsenæ dictorum RR. Abbatis, & Monachorum, in eam ingredi cum stola, neque ibi officium decantare, nec aliquas functiones exercere,

sed omnia peragenda spectare, ac pertinere ad eosdem Monachos, priuatiuè quoad ipsum Curatum, &c. Ita pronunciaui ego Petrus Paulus Caballettus Locumtenens. Lecta, lata, &c. 1646. die 6. Martij.

20 At nihilominus tenendum est, licere Parochis ingredi Ecclesias Regularium cum Cruce, superpelliceo, & stola occasione associationis funerum, ac ibi super cadauere sui defuncti Parochiani officium peragere. Primum in hanc sententiam mouet iurisdictio voluntaria, quam habet Parochus in suos Parochianos, ex qua potest confessiones illorum, dum est extra Parochiam, immò etiam in aliena diœcesi audire, vt communiter docent Ripa, *de remed. ad car. pest. §. sed quia num. 53. & 63.* Ledesma *2. p. 4. quæst. 7. art. 5. dub. 9.* Angles *in flor. p. 1. quæst. 3. de confes. art. 8. dub. 4. concl. 2.* Imol. *in Clem. Dudum nom. 32. de sepult.* qui alios citat, Cardin. *ibidem §. statuimus, quæst. 5. dub. 3.* Summistæ *v. Confessio*, Host. tit. *de pœnit. & remis. §. cui Confitendum*, Præpos. *in cap. Quis in aliquo d. 51.* Capyc. *decis. 202. num. 15.* Suarez *de Sacram. disp. 28. sect. 6. num. 4.* passimque alij. Quia Parochus adhuc extra diœcesim retinet suam iurisdictionem quoad suos parochianos. Ergo etiam potest officium super illorum cadauere peragere in Ecclesijs Regularium, etiamsi Ecclesiæ sint de aliena iurisdictione, cùm hoc non impediat, sicut non impedit eorum confessiones audire, atque absoluere, quando sunt in aliena diœcesi.

21 Neque dici potest, quòd fit iniuria Regularibus, & perturbatur eorum iurisdictio. Quia cùm peragere officium super cadauere sui parochiani, sicut eum absoluere, sit actus iurisdictionis voluntariæ, siquidem causa non agitur inter partes, nec cum strepitu, non infert aliquod præiudicium; quia de iure iurisdictio voluntaria exerceri potest in alieno territorio, *l. 2. ff. de offic. Proconf.* vbi Doctores & *cap. nouit, de offic. leg.* & notat Bart. *in l. vn. num. 6. ff. de confes.* Couar. *lib. 3. var. cap. 20. num. 8.* asserens omnes, ita sentire, Megala *p. 1. inst. lib. 1. cap. 7. num. 25. in fin.* Nauar. *cons. 24. num. 3. de cland. despons.* Sanch. *lib. 3. de matrim. disp. 19. num. 8.* & tradiderunt Innoc. *in d. cap. nollit*, vbi etiam Panorm. *num. 3.* Oldrad. *cons. 88.* Vnde posse Episcopum in aliena diœcesi absoluere à censuris proprios subditos in foro fori, docent Gonzal. *ad regal. 8. Cancel. glos. 62. num. 12.* Ledesma *2. p. 4. quæst. 26. art. 2. dub. 5.* asserens esse communem sententiam, & Sayr. *lib. 2. de censur. cap 21. num. 28.*

22 Confirmatur. Quia Parochus habet iurisdictionem in suum Parochianum in ordine ad ea omnia, quæ ad suum officium pertinent, quod potest independenter à quocunque loco exercere, atque adeo in hoc, vel illo loco. Nam hæc iurisdictio est in ordine ab bonum spirituale, ac proinde in quocunque loco illam exercere potest, tanquam pastor sui subditi, in cuius officio gerit vices Christi, atque adeo non circumscribitur loco, sicut non circumscribitur iurisdictio Christi. In eo enim loco, in quo potest principalis exercere iurisdictionem, potest etiam Vicarius ipsius. Quia est ius personale, quod non est affixum loco, sed sequitur personam ipsam, & proinde potest illo vti in omni loco, *l. 1. §. illud, ff. quod leg. & l. fin. ff. de contr. empt. l. in omnibus, ff. de reg. iur.*

23 Deinde pro eadem sententia pugnat, quòd exempti habent iurisdictionem tantùm quoad personas, non autem quoad loca. *cap. per exemptionem, de priuil. in 6.* ibique Gemin. *num. 5.* Ancbar. *nom. 3.* Franc. *num. item 3.* Gulielm. de monte Laud. *in Clem. Pastoralis, num. 24. de re iud.* Rota in Aretina, seu montis Politiani Iuris visitandi 9. Martij 1596. coram Rubeo, & in Taraconensi iurisdictionis de Tutela 5. Iunij 1593. coram Millino, & in Constantiensi iurisdictionis 18. Maij 1611. coram Ottembergo. Vnde non esse Monasteria, & Ecclesias Regularium loca plenè exempta, etiam ratione sui, sed solùm ratione personarum, dilucidè statuunt Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 9. §. 3.* Suar. *3. p. tom. 5. de censur. disput. 5. sect. 4. num. 10.* Coninch. *disp. 13. de censur. dub. 7. num. 63.* Salas *disp. 14. de legib. sect. 6. num. 85.* Alter. *de censor. dispot. 5. lib. 3. cap. 5.* Filiuc. *tract. 11. cap. 5. quæst. 9. num. 149.* Merol. *tom. 1. th. mor. disp. 4. cap. 6. num. 489.* Cochier. *de Iurisd. ord. in exempt. p. 2. quæst. 45. num. 2. & seq.* Palaus *p. 1. op. mor. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 5. num. 30.* asserentes, quòd communis vsus ita videtur accipere exemptionem Monasteriorum, & Ecclesiarum Regularium, Paterque ex eo, quòd Episcopus exercere potest aliquos actus iurisdictionis in Ecclesijs Regularium. Potest enim in illis erigere baldachinum. Ergo etiam poterit Parochus peragere officium super cadauere sui parochiani defuncti in Ecclesia Regularium, quæ ratione sui non est exempta.

Et hæc sententia fulcitur ex declarationibus Congregationis super Episcopis & Regularibus in vna Brixien. 18. Iunij 1591. & in Nicoteren. 4. Iunij 1615. quatenus declarauit, quòd Parochus teneatur vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium funus ducere, & prosequi, non autem inquit, quòd non possit ingredi, ac officium peragere si velit. Et in vna Barnabitarum 20. Martij 1604. *Sacra Rituũ Congregatio censuit, Parochũ defuncti facere debere officiũ in Ecclesijs Clericorum Regularium Vrbis, & præsertim Barnabitarum.* 24

Verùm quia Regulares suis quibusdam priuilegijs hanc sententiam elidunt; idcircò statuo, id Parochis licere cum hac tamen limitatione, dummodo in Ecclesia Regularium cum Cruce, superpelliceo, & stola ingressi, nullum officium super cadauere peragant. Ita statuendi fiduciam præbent declarationes expressæ S. Congreg. super Episco. & Reg. in hunc tenorem. 25

In Cathacen. 8. Maij 1595. *Parochi, si velint, possunt exequijs assistere, etiam in Ecclesijs Regularium, dummodo non faciant officium, nec prætendant præcedentiam.* 26

In Firmana 29. Nouembris 1641. *Parochi occasione funerum possint ingredi Ecclesias Regularium cum soperpelliceo, & stola, dummodo officium super cadauere peragant ipsi Regulares, nisi adesset concordia, vel Consuetudo immemorabilis in contrarium.* 27

In vna Gallipolitana 20. Nouembr. 1601. *E stato altre volte dichiarato da questa S. Congregatione, che i Parochi possano interuenire alli sepolture de' morti, che si portano alle Chiese de' Regolari, e possano arriuare insino alla Chiesa, & entrandoui assisterui senza far cosa alcuna. E cosi ordini, che si faccia tra i Frati di S. Domenico, e gli altri Regolari, e cotesti Curati.* 28

In Ceruien. Cardinali Beuilaquæ 26. Iunij 1615. *E stato altre volte dichiarato da questa Sac. Congregatione, che i Parochi possano interuenire alle sepolture de' morti, che si portano alle Chiese de' Regolari, ma che doppo arriuati alla Chiesa, & entrati in essa, i Regolari facciano l'vfficio senza che i Parochi, ancorche presenti, s'intromettino in cosa alcuna. Questi Illust. &c. mi hanno ordinato di scriuere à V. S. Illostr. di far osseruare quanto dalla S. Congregatione è stato più volte risoluto.* 29

In Grauinen. 22 Iannarij 1616. *E stato più volte dichiarato da questa S. Congregatione, che i Parochi possano interuenire alle sepolture de' morti, che si portano alle Chiese de' Regolari, ma che doppo arriuati alla Chiesa, ouero entrati in essa, i Regolari facciano l'officio, senza che i Parochi, ancorche presente, s'intromettino in cosa alcuna.* 30

In Rauennaten. 28. & 31. Aug. 1615. *Parochus si sit in quasi possessione faciendi officium sopra defonctos sua parochia, etiamsi sepeliantur extra Parochiam in quacunque Ecclesia Ciuitatis, siue Regolarium, siue secularium, vel Abbatialium, manutenendus est.* 31

In Casinen. Abbati Montis Casini. *Dalle sue, che la P. V. mi hà mandato con auertire, acciochè non succeda altro scandalo trà i Frati, e il Clero secolare simile all'occorso a' 27. Luglio passato con dar ordine, che nella presente Chiesa de Frati, & altre di qualsiuoglia Ordine in occasione di sepellire i morti, debbano far l'officio sopra il corpo i medesimi Regolari assistendo il Clero, officiandogli altri, senza voler guidare, ò gouernare l'Officio, poiche è stato altre volte dichiarato dalle Signorie loro Illustrissime, che se bene la cura de' corpi, e di sepellirli, e così anche di cominciar l'Officio spetti al Parocho, nondimeno giunto il Cadauere alla Chiesa de Regolari ad essi tocca proseguir l'officio, eccettuato però il caso, se vi fosse consuetudine prescritta à fauore del Clero secolare da osseruarsi inuiolabilmente, 20. Settembre 1594.* 32

In vna Montispelusij 15. Nouembris 1580. *Il Clero secolare può far l'officio sopra i morti nelle Chiese de' Regolari, se così è consuetudine antichissima.* 33

Et 16. Augusti 1560. *Altrimente il corpo morto mentre è fuori della Chiesa tocca al Curato del defonto in tutto, &c. ma giunto il cadauere dentro alla Chiesa de' Regolari, ad essi spetta far l'officio, se bene il Paroco volendo può entrare.* 34

In Neritonensi 16. Maij 1588. *E i Regolari non Parochi della Parochia del defonto non debbono far l'officio sopra i morti, che non si portano à sepellire nelle lor Chiese, nè in Casa, nè per istrada, ma solo dentro la propria Chiesa.* 35

In Ne-

36 In Nicoterensi 5. Iulij 1615. *Parochi defunctorum in Regularium Ecclesijs humandorum corpora vsque ad easdem Ecclesias associare, ac etiam in illis permanere possunt, absque tamen eo, quod in officio decantando vllatenus se intromittant, nisi contraria adsit consuetudo.*

37 In Turritana 24. Nouembris 1617. *Clerus sæcularis, postquam Christi fidelium cadauera in fratrum Religiosorum Ecclesijs sepelienda associauerit, in eisdem Ecclesijs super huiusmodi cadaueribus officium defunctorum cum stola & pluuiali psalmos, responsoria, aliasue preces, vel orationes recitare, aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus dumtaxat hæc omnia peragenda sunt.*

38 Et in Cremonen. 9. & 16. Augusti, ac 6. Septembris 1604. & 1. Iulij 1606. & 31. Iulij 1646. censuit, *licere Capitulis, quoties defunctorum funera ad Ecclesias quascunque, etiam Regularium, comitantur, ingredi Ecclesiam, atque in illa super ipso corpore psalmum Miserere, vel De profundis, cum versiculo, responsorio, & oratione super defuncto, sine tamen stola, & pluuiali recitare, vel decantare*, ac demum in vna Placentina Mense Iunio, & sub 9. Nouembris 1663. vbi luculentissimè sic censuit, Parochis in associatione, siue occasione associationis cadauerum licere ingredi Ecclesiam Regularium etiam cum stola, & superpelliceo, dummodo Ecclesiam ingressi nullum super cadauere officium peragant. Idem censuit re maturè discussa, & quibuscunque in contrarium non obstantibus in eadem Placentina die 7. Decembris 1668.

39 Idipsum censuit S. Rituum Congregatiò in vna Eugubina 12. Maij, & 5. Iulij 1613. & in Placentina, & Licien̄ 23. Maij 1619. & in Catanien̄ Ciuitatis Platiæ 12. Octobris eiusdem anni, ac sæpè alibi. Vnde falsum est, quod asserit Pasqualigus, & alij, quò istæ declarationes sint intelligendæ de ingressu absque propria cruce, superpelliceo, & stola. Nam contrarium manifestissimè euincunt. Deinde quis vnquam Parochis interdixerat ingressum in Ecclesiam Regularium sine superpelliceo, & stola ita, vt illam ingredi possint; vnde fuerint necessariæ tot declarationes Sacrarum Congregationum?

Et quamuis Regulares pro se extorserint sub inuolucro verborum decretum à S. Congregatione super Episcopis, sub die 27. Nouembris 1671. ne Parochi liceat in associatione siue occasione associationis cadauerum ingredi Ecclesias Regularium, sed teneri dimittere eadem cadauera ad ianuā Ecclesiarum &c. Attamen proposito dubio in eadem S. Congregatione, An parocho associanti vt supra, liceat ingredi Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce, eadem S. Congregatio distulit resolutionem sub die 22. Iunij 1675. Cùmq; idem dubium à Regularibus in Congregatione S. Rituum, vel scitè proponeretur, eadem S. Cōgregatio sub die 13. Iulij 1675. distulit etiam resolutionem. Quod quidem idem esse videtur, ac nihil esse ad d. dubium respondendum, atque adeo quod Parochis liceat ingredi in dictas Ecclesias cum Stola, & Cruce, prout superius probatum est. Declaratiò verò S. Congregatio super Episcopis ad fauorem Casinensium edita in Placentina sub die 18. Decemb. 1661. confirmata à Clemente X. 18. Ianuar. 1672. fuit reuocata à dicta S. Congregatione, & contrarium resolutum, vt liquet in eadem causa inter Parochos, & Monachos Casinenses superius adducta.

40 Nec obstat vnicum fundamentum primę sententiæ. Nam stola sine suo exercitio non est signum præcipuum iurisdictionis, sed vestis Sacerdotalis, *c. Ecclesiastica, d. 23.* & vt docet D. Thom. 3. *p. q. supplem. art. 7. in corp.* est habitus proprius Sacerdotis, & est veluti forma totius ornatus sacerdotalis, siquidem ipsum determinat, vt sit proprius ipsius. Quæ & orarium appellatur in Concil. Brac. 1. *c.* 27. cuius meminit S. Ambrosius, alijque Patres apud Durant. *de rit. Eccles. lib. 2. cap. 9. num.* 13. vbi Rab. Maurus *lib. 3. de inst. Cler. cap.* 19. hæc habet: *Quintum quoque est, quod Orarium dicitur, licet hoc quidam stolam vocent. Hoc enim genere vestis solummodo eis personis vti est concessum, quibus prædicandi officium delegatum. Benè etiam oratoribus Christi orarium habere conuenit, & ipsi sedulò ad verbi ministerium cohortentur, & plebs ipsi commissa indicium salutare conspiciens ad meditationem legis concurrere feruentius admoneatur.* Iuuat, & hanc sententiam Conc. Tolet. 4. *cap. 59. c. Vnum orarium d.* 25. Amalar. Fort. *lib. 32. cap.* 20. Synodus Laodicena *c.* 22. & 23. *c. Non oportet, & seqq. d.* 22. S. Greg. Nazian. *or.* 1. Conc. Autel. *cap.* 22. *c. Monacho* 27. *qu.* 1. & in Concil. Maguntiaco sub Carolo Magno *cap.* 2. item in Trullano, quod sub sextæ synodi nomine circumfertur, *c. Nullus* 21. *q.* 4. & in Conc. Tribur. apud Burchard. *lib. 6. c.* 10. *c. vt presbyteri* 17. *q.* 4. Sed quibusnam nisi Parochis mandatum est oues suas verbi diuini prædicatione pascere ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 1. de reform.* ac alibi? Ergo cùm ingrediuntur Ecclesiam Regularium cum stola vtuntur habitu ipsis concesso, præcipuè occasione processionum, in quibus semper in vsu fuit mors deferendi orarium, vt ostendit Fortunatus Pictauiensis *in vit. S. Marcelli Ep. Paris.* Itaq; Parochus ingrediens Ecclesias Regularium cum superpelliceo & stola, vtitur habitu suo, & quia in illis nullum peragit officium super cadauere cum vsu stolæ, nullam exercet iurisdictionem, sed puram assistentiam cum suo habitu. Iurisdictionem enim est propter vsum, vt tradit Sot. *de iust. & iur. lib. 4. qu. 4. art. 4.* & Vasq. *lib. 1. contr. illustr. cap. 29. n.* 3. Hinc est, quòd etiam Parochus regularis ingreditur Ecclesiam Clericorum sæcularium cum stola occasione funerum. Quare, tametsi solus ingressus cum stola in Ecclesiam esset actus iurisdictionis, esse reciprocua.

41 Neque Crucis delatio, vt de Cruce Archiepiscopi in diœcesi exempta sine benedictione, quòd scilicet eius delatio sine benedictione non sit actus iurisdictionis, tradunt Doctores *in Clem. Archiepiscopo, de priuil. in* 6. vbi Anchar. *nu.* 6. Imol. *num.* 4. & 10. Card. *in princ. n.* 5. & *in §. simili modo nu. 6. & in §. si tamen n.* 1. Vitalin. *n.* 20. 53. & 58. Cocchier. *de iurisd. in exempt. p. 2. quæst. 45. n. 34. & seqq.* Gratian. *discept. 467. per tot.* præcipuè *nu.* 25. Quarant. *in sum. Bullar. v. Archiepiscopus num.* 28. ac Rot. in Bareñ iurisdictionis 15. Maij 1609. coram Sacrato, & apud Buratt. *decis. 321. num.* 7. Et quemadmodum licet ipsis Regularibus ingredi alienam Parochiam cum Cruce ad leuanda funera, de licentia tamen Parochi, cùm alioquin illis non liceret, vt alibi probauimus; ita enim licere debet Parochis, & Clero sæculari ingredi cum Cruce in Ecclesias Regularium. Quinimmò, si licet ingredi cum stola, multò magis licebit ingredi cum Cruce. Stola enim est verum ac maius signum iurisdictionis.

42 Decreta verò S. Congregationis tam Rituum, quàm super Episcopis, & Regularibus, quæ videntur esse contraria nil aliud decernunt, nisi quòd Parochus non teneatur neue possit ingredi cum stola, Cruce, & superpelliceo Ecclesiam Regularium, ibique etiam officium peragere super cadauere defuncti, non verò quòd nequeat ingredi, si velit, cùm eadem stola, Cruce, & superpelliceo, dummodo officium non peragat.

43 Minus obstat assertum priuilegium Eugenij IV. pro Casinensibus, Sixti IV. pro Prædicatoribus, & alia si qua sint. Nam sunt restricta ad actus iurisdictionis ciuilis, & criminalis, & ad officiorum celebrationem, quam Parochi in Ecclesias Regularium ingressi exercere non prætendunt ex declarationibus adductis. Et tanquam odiosa, passiuam recipiunt interpretationem à iuris dispositione, & ex inuiolabili obseruantia.

44 Pariter neque obstat *decisio* 260. apud Posth. *de manut.* Nam & si dicat num. 2. quòd dum cadauere defunctorum sepeliuntur in Ecclesijs Regularium, Parochus non possit intra dictam Ecclesiam se intromittere, id tamen procedit quoad intromissionem in ordine ad exercendum actus funerales, non autem, vt non possit Ecclesiam ingredi, dummodo nullum actum in illa exerceat, vt prosequitur eadem decisio, ibi: *nec aliquo actus exercere.* Quod consonat cum declarationibus relatis quæ omnino in hac re attendendæ sunt, non autem hæc decisio Rotalis, loquens sub inuolucro verborum. Decisio verò 552. *p. 5. tom. 2. rec. sub nu. 24. & seqq.* admittit, quòd officium celebrari debeat per Presbyteros Ecclesiarum, non autem per Parochos. Quod vltrò concedimus.

45 Denique non obstat asserta sententia Auditoris Cameræ. Quia non est inter easdem partes, neque in eisdem diœcesibus, quapropter non afficit omnes Parochos in ea non nominatos, neque citatos, Rot. in Calaguritana præeminentiarum 6. Februarij 1665. coram Ottalora. Eòque minus nocere potest, quia data fuit contra Parochum prætendentem, non solum ingredi Ecclesiam Regularium, sed ibi etiam defuncti officium celebrare, & ideò dici nequit illam emanasse super eadem causa.

46 Quod verò ad præcedentiam in Ecclesia, sic scripsit Sacra Congregatio super Episcopis Episcopo Alexandrino. *E dispiacinto à questi miei Signori Illustrissimi lo scandalo nato tra cotesti Canonici Regolari di S. Maria, e Pre-*

tiregolari di San Siro per causa della precedenza de' Funerali. E per prouedere hanno risoluto ch' io scriua à V.S. che fino à tanto non si ordinerà altro in contrario, ella ordini per commissione della Sacra Congregatione, che quando i due Curati delle Chiese predette vanno insieme à' morti stijno tutti, e due dietro alla processione con le stole al pari, e quanto al tenere la mano dritta, la ceda il Canonico regolare al Prete regolare nella Parochiale di S. Siro, e faccia il simile il Prete all'altro in quella di S. Maria, die 9. Ianuarij 1592.

47 Ad secundum, quod attinet, dicendum est, posse Parochos officium peragere. Constat ex adductis resolutionibus Sacrarum Congregationum, in quibus præseruatur huiuscemodi immemorabilis. Idque iure, meritòque, nam habet vim tituli, ac priuilegij, *cap. super quibusdam, §. propterea, de verb. signif.* Gabr. *tit. de præscript. concl.* 1. *num.* 1. *&* 2. Caputaq. *decis.* 355. *p.* 2. Pegn. *dec.* 103. *num.* 3. Et probata possessione, seu quasi, est concedenda manutentio ex eumularis per Posth. *de man. num.* 31. *cum seqq.* & in hac specie Gratian. *discept.* 492. *à num.* 1. Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 190. Rot. coram Seraph. *dec.* 585. & declarauit S. Rituum Congregatio 10. Martij 1597. & alibi sæpissimè.

48 Hinc non obstant assertæ declarationes, quòd officium super cadaueribus spectet ad Regulares in eorum Ecclesijs, non autem ad Sacerdotes sæculares. Quoniam ex illis non censetur derogatum consuetudini immemorabili, Rota in Salamantina Iurisdictionis 23. Octobris 1579. & 27. Iunij 1582. coram Seraphino. Nam habet vim legis, in casibus præcipuè reseruatis, Gabr. *vbi supra concl.* 1. *cum seqq.* & pro illius derogatione requiritur expressa mentio, quæ non continetur sub reuocatione consuetudinis sub quacunque dictione vniuersali facta, Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 5. Garz, *de benef. p.* 3. *art.* 2. *num.* 154. præsertim in hac materia funerali, in qua valdè attenditur consuetudo, etiam quoad personas, Glossa *in Clem. Dudum, §. Verum, v. Integrum, de sepult.*

49 Neque obstat, quod ijdem Regulares habeant liberam sepulturam *ex d. Clem. Dudum*. Quia hæc facultas consistit, vt possint recipere omnes, qui elegerint in eorum Ecclesijs sepulturam, non autem tollitur ex ea ius alijs debitum de iure communi, vel de consuetudine, Glos. *in d. Clem. loc. cit.* cùm valdè sint priuilegiati Regulares habendo ius funerandi, quo antea carebant, quia non habent popolum, Host. *in cap.* 1. *de Sepul.* Quod vero attinet ad Constitutionem Pij V. 190. ex qua Regularibus dabatur facultas leuandi corpora defunctorum absque interuentu alicuius, illa fuit redacta ad terminos S. Concilij Tridentini à Gregorio XIII. *Const.* 15. à quo etiam fuit reuocatum Mare magnum, vt ipsi vocant, quæ reuocatio confirmata fuit à Clemente VIII. Ideòque S. Congregatio in eiusmodi controuersijs sub die 12. Iannarij 1604. statuit vt tam Parochi & Presbyteri, quàm Regulares pietate christiana vnanimiter officia defunctis præstent, vt ex decrèto impresso apud Gratian. *d. discep.* 492. *num.* 45.

50 Ad 3. Videtur dicendum, quòd decreta Sacrarum Congregationum pro Regularibus procedant, & loquantur contra Parochos, vel etiam contra Canonicos Collegiatæ, & fortè contra Canonicos Cathedralis tanquam singulos, non autem tanquam capitulariter congregatos, neque Capitulum repræsentantes, & constituentes vnum ac idem corpus cum Episcopo. Atque ideò quemadmodum interueniente Episcopo, debetur illi præcedentia, ita etiam Capitulo, quamuis in Ecclesijs aliorum, vt rectè Felin. *in cap. Cùm non liceat num.* 2. *de rescript.* quem cęteri sequuntur, congesti à Gratian. *discept.* 111. *num.* 11. *cum seqq.* & Rot. *dec.* 87. *num.* 8. *p.* 5. *rec.* post Tambur. *de iur. Abb. tom.* 3. *dec.* 113. Quòd autem Capitulum Cathedralis præcedat omnes inferiores, etiam Prælatos, vel Capitula etiam in eorum proprijs Ecclesijs, firmauit Rot. in Aprutieñ, seu Ciuitateñ præcedentiæ 28. Nouembris 1659. coram Meltio, & in terminis funeralium fuit resolutum in Parmensi à S. Congregatione super Episcopis sub anno 1655. & sequenti.

51 Fundatur id in ratione Iurisdictionis, ac reuerentiæ, quæ etiam per Regulares, atque exemptos debetur Episcopo, & per consequens etiam Capitulo, tanquam constituenti cum eo vnum Corpus, & illum repræsentanti, vt benè *d. decis.* 91. *p.* 5. *recent. num.* 14. *&* 15. vbi de concursu Capituli Cathedralis in propria Ecclesia Canonicorum Regularium, omnimodam exemptionem habentium.

Et quidem sicuti potest Episcopus cum suis Canonicis exequias Principis solemniter celebrare in Ecclesia Regularium, quia in omnibus Ecclesijs suæ diœcesis, etiam Regularium, & exemptis potest diuina solemniter peragere cum assistentia Canonicorum Cathedralis, ibique baldachinum, ac sedem erigere, in quo casu Canonici præcedunt Regulares, vt per Barbos. *in sum. Apost. dec. v. Episcopus, collect.* 292. *num.* 2. *& collect.* 53. *num.* 1. *v. Baldachinum*. Ita quoque interueniente Capitulo Cathedralis capitulariter, nedum quia Episcopum repræsentat, ac vnum corpus cum eo constituit, sed etiam quia ipsum Capitulum aliquam habere dicitur iurisdictionem, & præeminentiam in Ecclesijs Regularium, & in Regulares, vel ratione participationis, quam habet cum Episcopo in ecclesiastica administratione, vel ratione iurisdictionis habitualis ab ipso exercendæ, Sede Episcopali vacante, vel Episcopo absente. 52

Neque obstat, quòd Regulares sint exempti. Tum quia etiam hodie in multis casibus ex decretis Sac. Concilij Tridentini, & ex Constitutionibus Apostolicis Episcopus, vel Capitulum, Sede vacante, habet iurisdictionem in Regulares, quos casus plenè enumerat Barbos. *de Episcop. alleg.* 105. Tum etiam quia, stante antiqua Regularium subiectione, si ab eis non debetur obedientia, debetur tamen reuerentia, vt *in d. dec.* 181. *p.* 5. *rec. num.* 15. Quod in Parochis. & in Canonicis Collegiatarum considerari nequit. 53

At nihilominus contrà censendum est. Siquidem decreta probibentia Clero sæculari, ne officium faciat super defunctis in Ecclesijs Regularium, speciatim etiam loquuntur de Capitulo, & Clero Cathedralis, vt præter iam adducta sic fuisse resolutum cum Capitulo Andrien. scribit Barbos. *de potest. Paroch. p.* 3. *cap.* 26. *nu.* 80. *&* 82. vtrobique *in fin.* & ratio ipsa sic decernendi æquè militat respectu Cleri Collegiatarum, ac respectu Cathedralium. Ea enim tota consistit in eo, quòd Ecclesiæ Regulares sunt exemptæ, vt opportunè aduertit Tambur. *de iur. Abb tom.* 1. *disp.* 15. *qu.* 18. & Cesped. *de exempt. Regular. dub.* 219. *num.* 25. Hæc autem communis est omnibus Clericis tam Collegiatarum, quàm Cathedralium. 54

Neque vrget similitudo præcedentiæ. Quia differt à iure funerandi. Præcedentia enim supponit concursum exemptorum, & non exemptorum, ius verò funerandi in Ecclesijs Regularium præcisè excludit Presbyteros sæculares. 55

Minus vrget, quòd quemadmodum si Episcopus interueniret, posset ipse facere officium, ita potest Clerus Cathedralis, qui participat de honore, & præcedentia Episcopi. Pernego enim suppositum. Neque enim ipse Episcopus in Ecclesijs Regularium potest se ingerere, quando ius celebrandi diuina ad eos pertinet, vt in simili obseruat Cesped. *loc. alleg. dub.* 222. *num.* 2. & de Episcopo volente prædicare in Ecclesijs Regularium exemptis annotat Peyrin. *de priuil. Minim. tom.* 1. *const.* 26. *Leon. X. §.* 25. *num.* 47. Deinde non rectè infertur à præcedentia & honore, qui debetur Episcopo, ad Capitulum. Quia Regulares debent reuerentiam Episcopis ob dignitatem Episcopalem, cùm sint loco Apostolorum, vt ex Constitutione Leonis X. refert Cesped. *dub.* 320. *num.* 1. Quæ qualitas nullo pacto est communicabilis, aut inest Capitulo. 56

Itaque probanda est etiam per Clerum Cathedralis consuetudo immemorabilis, & donec probetur, seruanda sunt decreta, vt expresè in illis sancitur. Cęterùm multi etiam teneot, immemorabilem in hisce casibus non suffragari, sed quacunque consuetudine non obstante, ius faciendi funera spectare ad Regulares, ijque sunt Tambur. *de iur. Abb. d. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 18. Cesped. *dub.* 219. *num.* 25. *in fin.* & Barbos. *de Paroch. p.* 3. *cap.* 26. *num.* 82. Sed pranè, cùm sit contra virtutem immemorabilis, & expressa decreta Sacrarum Congregationum. 57

Cuius quidem immemorabilis vigore etiam contra Ecclesiam parochialem Regularium allegari potest priuilegium Apostolicum exercendi in aliena Parochia, & in loco exempto iura parochialia, *ca. cum ea per mundum* 58

dum

dum 9. quaest. 3. Clem. 1. iuncta Glossa in v. priuilegia, ibique Abb. sub num. 32. & Vitalin. sub num. 54. de priuil. Rot. dec. 667. num. 4. par. 1. & dec. 11. num. 2. cum binis seqq. ac dec. 614. num. 1. & 2. p. 3. recent.

59 Secundò, quia pro acquirendo, seu conseruando hoc iure praeeminentiarum in funeribus, & alijs functionibus parochialibus in Ecclesijs Regularium, sufficit sola quadragenaria; quia huiusmodi consuetudini ius non resistit, sed assistit, cùm tota diœcesis sit Parochia Ecclesiæ Cathedralis, ac propterea in illa omnes parochiani aliarum Ecclesiarum Sacramenta percipere possunt, cap. 3. cum Glossa v. foris veniunt, ibique Abb. in vltima Glossa, de offic. Archipr. quæ pro acquirendo huiusmodi iure funerum suffragatur, cap. ex transmissa extr. de praescript. & cap. constitutus, de relig. dom. & cap. cum inter, extr. de verb. ac rer. signif. Abb. in d. Clem. 1. sub num. 33. in fin. ibique Vitalin. num. 74. de priuil.

60 Tertiò, quia cùm ius parochiale esset ab initio apud Episcopum, & eius Ecclesiam Cathedralem ante diuisionem Parochiarum, tam in habitu & potentia, quàm in exercitio, & hodie etiam in potentia existat, ex dicta immemorabili possessione præsumitur, & allegari potest, vel Episcopum in distributione parochialium hoc ius suæ Cathedrali, eiusque Capitulo præseruasse, vel illi hoc ius concessisse, quod facere potest, cùm ratione iurium parochialium possit Episcopus in sua diœcesi quicquid potest Papa in vniuerso mundo, Vitalin. in d. Clem. 1. sub num. 31. 32. ac 33. & sub num. 94. de priuil.

61 Quartò, quia in huiusmodi præeminentijs attenditur consuetudo, licèt aliàs de iure alter præcedere deberet, ac repugnaret iuris communis dispositioni, vt per Bald. in cap. cum olim de consuet. ac alios sæpè diximus, & firmauit Rota dec. 4. in fin. de elect. in non. & dec. 335. num. 8. & dec. 716. num. 18. dec. 964. num. 1. Præsertim si sit centenaria, & immemorabilis, quæ etiam sufficeret, si esset quadragenaria, & per tempus quadraginta annorum obseruata, Purpur. in l. 1. v. 200. ff. de offic. eius, Barbat. cons. 5. num. 2. Rot. dec. 410. num. 1. & coram Seraph.

62 Nec releuat, quòd cum in facultatiuis non currat præscriptio, non potuerit ex dictis actibus continuatis per tempus immemorabile acquiri Capitulo ius interessendi in Ecclesijs Regularium contra illorum voluntatem, ac ipsis inuitis. Tum quia cùm dictis Regularibus competeret facultas prohibendi, ne Capitulum funeribus suarum Ecclesiarum interesset, ac præeminentiam haberet per modum iuris notoria, non est facultatiua, sed illi per consuetudinem contrariam præscribitur, Rot. dec. 11. num. 9. p. 2. rec. Tum etiam quia cùm actus facti concernant exercitium actus iurisdictionalis in eorum Ecclesijs exemptis, qui sine coactione fieri tanto tempore non potuerunt, ac fuerint longissimo tempore quadraginta annorum continuati, & facultas prohibendi, ne Capitulum Cathedralis in funeribus in suis Ecclesijs faciendis competat Regularibus ratione priuilegij, illis ab Episcopis, ac Sede Apostolica concessis, illis præscribi potuit, & contra eosdem Regulares immemorabilis præscriptio concurrit, quia ex iure priuatiuo, & ex multiplicatis actibus factis eum exercitio iurisdictionis excluditur præsumptio, quòd fuerint facti vigore facultatis, Rota dec. 217. num. 2. coram Seraphin. dec. 1. num. 3. de caus. poss. & prop. coram Cæs. de Graff. decis. 397. num. 3. p. 2. rec.

63 Quod absolutè procedit in hoc casu. Quia sicuti si Episcopus interesset funeribus deberet præcedere omnibus etiam in Ecclesijs Regularium. Quia iure funeralia spectant ad ius parochiale, quòd resider penes Episcopum, Gratian. discept. 298. num. 71. & 74. cum seq. ita etiam præcedentia debetur Capitulo Cathedralis. Quia eadem reuerentia, quæ ab inferioribus Clericis, ac Regularibus debetur Episcopo, debetur etiam eius capitulo Cathedralis, quod cum eo facit vnum corpus etiam in funeribus in aliena Parochia celebratis, vt in specie tradit Felio. in cap. Cum non liceat num. 2. ibique Abb. num. 2. extr. de præscript. At hanc rationem refellimus supra.

64 Neque obstat Gratianus, & Rubeus d. discept. 298. Quia non loquuntur in immemorabili consuetudine, immò excipiunt quadragenariam. Fundantur enim in supposito, quòd Parochi in funeribus sint cæteris præferendi; quia in illis sunt Vicesgerentes Episcoporum, & quòd in materia facultatiua non cadit præscriptio.

Quæ quidem in iure non subsistunt. Quia cùm tota diœcesis sit Episcopi Parochia, & illi debeatur in quacunque Ecclesia inferiori præcedentia, & volens possit funeribus interesse, ita etiam debetur capitulo Cathedralis, illum repræsentanti ex Felino superiùs allegato. Et quia ex immemorabili resultat præsumptio, quòd hoc ius suo capitulo in erectione parochialium reseruauerit, & facultas excluditur, cùm ratione tituli, & ea iuris dispositione possit Episcopus ab initio hæc iura suæ Cathedrali reseruare, quod excludit materiam facultatiuam, vt in puncto, quòd possit præscribi ius funerandi, etiam quoad præeminentiam contra Episcopum, cui tanquam capiti debetur, & sic multò magis contra Parochum, Capitulo tanquam membro Episcopi subiectum, tradit idem Abb. in d. cap. cum non liceat sub num. 17. extr. de præscript. 65

CONSVLTATIO XLIX.

1 *An Regulares ad funus accedentes conuenire debeant in Ecclesiam Parochialem cum aliis pariter accessuris, & inde omnes vnà cum Parocho ad domum defuncti efferendi processionaliter procedere?*

2 *An distributio candelarum occasione funeris inter clerum sæcularem, & regularem debeat esse æqualis?*

AD primam dubitationem quod attinet respondeo, seclusa legitima consuetudine, omnes conuenire debere in Ecclesiam parochialem. Quia, qui est magis dignus, trahit minus dignum, vt alibi diximus. Parochus autem in funeribus, & exercitio curæ animarum est magis dignus. Nam gerit vices Episcopi, qui dicitur Rector Parochialis, ca. Bona rei 12. quæst. 2. & cap. Ad Apostolicam, de donat. Boet. de auct. magn. consil. in addit. n. 16. Germon. de indult. Cardinal. §. Ad beneficia num. 45. ac proinde præfertur omnibus in cura animarum. Ergo debet etiam præferri in loco, in quem Regulares, omnesue alij conuenire debent occasione funeris eius parochiani. Quia subrogato debetur idem honor, ac subroganti in actibus, in quibus illum repræsentat. Deinde ille debet præferri in loco, qui ibidem plus iurisdictionis habet, vt docet Flam. Rub. cons. 15. num. 131. vol. 2. At Parochus plus iurisdictionis habet. Nam ob iurisdictionem, quam Parochus habet in sua parochia, non potest funus leuari sine illius licentia, & antequam dicat subuenite, Imol. in Clem. Dudum nu. 6. de sepult. Card. §. huiusmodi in fin. Oldr. cons. 82. n. 2. 1

Cuius rei si quis desiderat declarationes Sacrarum Congregationum, nouam præter alias innumeras, nunc præbeo. In Placentina die 16. Decembris 1661. *Sacra Congregatio Eminen. S.R.E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, reque, auditis partibus, Em. Pallote referente, maturè discussa, & examinata, censuit, declarauit, & decreuit quoad primum, Monachos huiusmodi accedentes ad funeralia defunctorum conueaire debere in Ecclesiam Parochialem defuncti cum alijs pariter accessuris, & inde omnes vnà cum Parocho ad domum defuncti efferendi ritualiter procedere.* 2

In Viglenanen. 13. Nouembris 1600. Sacra, &c. *Regulares vocati ad sepeliendos mortuos etiam in sua propria Ecclesia, debent accedere ad Ecclesias Parochiales, ex quibus cadauera amouentur, & inde cum Clero sæculari discendere non autem expectare extra ianuam Ecclesiæ, & alijs se postea associari. In Senogallien. 26. Augusti 1616. Sacra &c. censuit, Regulares, cum alicui funeri conuocari contigerit, debere ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum Parocho ad domum, ex qua cadauer extrahendum est, se conferre. Casu autem, quo dictum cadauer in aliqua Ecclesia deponi contingat, in eandem Ecclesiam, vbi depositum erit, conuenire debene.* 3

Idem quoque censuit eadem S. Congreg. super Episcop. siue S. Rituum Congregatio in vna Bononien. 9. Decembris 1617. *Sacra, &c. censuit, vocatos omnes ad funus debere conuenire in Parochialem Ecclesiam defuncti, & in Tropien. 8. Febr. 1631. & in Thelesina 12. Febr. 1633. Sacra, &c. Regulares, vel alij funus comitantes non permittantur expectare per viam, neque ad domum defuncti, sed tantùm in Eccle-* 4

sia parochiali, non obstante contraria consuetudine expectandi per vias, vel ad domum defuncti. Quòd, si concurrat legitima consuetudo conueniendi in aliam Ecclesiam obseruanda est, ex S. Congregatione Cõcilij, quæ die 6. Ianuarij 1649. censuit *Regulares, quando vocantur ad associanda defunctorum cadauera, teneri accedere ad parochialem Ecclesiam, aut, concurrente legitima consuetudine ad aliam Ecclesiam. Sed nullo modo posse per viam expectare, aut in domum defunctorum conuenire, non obstante contrario vsu allegato.*

5 Immò non obstante, quòd non interesset Clerus, sed solus Parochus ex declarationibus S. Congregationis super Episcopis sub die 23. Martii 1646. & 29. Maij 1648. & 28. Aprilis 1651. quæ etiam in vna Neritonen 16. Maij 1588. declarauit in hoc attendi debere consuetudinem, vt Clerus conueniat quò solet conuenire, & vbi non adest consuetudo in Ecclesiam parochialem.

6 Et S. Rituum Congr. in Limana 15. Decembris 1632. censuit Regulares vocatos ad funus conuenire debere in Parochialem, aut in aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem & in Bononien. 2. Iunij 1620. aut vbi Clerus congregari consueuit.

7 Absolutis verò exequijs Regulares rectà, si velint, ad suos Conuentus redire possunt, neque tenentur comitari Capitulum ad Cathedralem, vel ad Collegiatam, neque Parochum ad suam parochialem ex dicta Sacra Congregatione super Episcop. in Andrien. 20. Ianuarij 1657.

8 Quoniam cùm in hoc attendi debeat decus actionis, attento maximè locorum situ, cùm possit contingere, quòd Ecclesiæ parochiales multùm distent ab vtriusque Cleri Ecclesijs, & non nisi cum maximo incommodo in parochialem conueniri queat, aliæque plures rationes vrgere possint, meritò potuit consuetudine introduci, vt totus Clerus conueniat in Ecclesiam, saltem proximam ædibus defuncti, vel in aliam. Quò etiam respexit Rituale Romanum *in rubr. de exeq.* vbi *de exequiar. ord.* ita disponit *Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, conuocetur Clerus, & alij, qui funeri interesse debẽt, & in parochialem, vel in aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem, ordine conueniant.* Quod vt inuiolatè omnes obseruent, Paulus V. in Bulla prælibato Rituali præmissa, hortatur, hoc est mandat, vt obseruent. Nam *hortari* plus est, quàm *monere*. Id enim quoddam quasi imperium habet, *l. Iubemus, C. ad leg. Iul. repetunt.* At *Monere* æquipollet verbo *mando*, sicut æquipollet verbo *Rogo*, quod aliquid minus videtur importare, *vt l. si seruus meus, ff. de neg. gest. & in c. Rogo 11. qu. 3.* vbi id notat Glos. *v. Rogo*, Butr. *in cap. Nam concupiscentiam in fin. de const.* Imol. *ibid. n.* 8. Syluest. *v. Præceptum qu. 2.* Suar. *lib. 3. de legib. cap. 15. nu. 7.* Quòd magis locum habet in præsenti, quia Pontifex dicit, vt illud inuiolatè omnes obseruent, quæ verba exprimunt eius enixam voluntatem, quòd fiat, quod hortatur. Præsertim, quia præmisit Pontifex suam dispositionem regulatiuam rituum Ecclesiasticorum, tanquam de materia omnino necessaria, vt constat ex proœmio. Et ad manutenendam hanc suam regulam inducit dictam exhortationem. Et proinde oportet quòd eodem modo seruari valeat, quò disposuit. Certum est autem, quod obligat ad seruandum quod disposuit, & proinde id etiam, quod hortatur, cùm hoc sit necessarium ad manutenendum eius dispositionem.

9 Ad secundam verò dubitationem respondeo, distributionem candelarum quoad differentiam quantitatis pendere ab arbitrio hæredum, aut aliorum distribui mandantium. Ita enim censuit S. Congregatio super Episcopis; & Regularibus in d. Placentina die 16. Decemb. 1661. Et die 5. Maij 1617. vbi declarauit, hæredes defunctorum posse vocare numerum Sacerdotum, sibi benè visum, & ceram pro libitu dare.

10 Ratio decidendi inde manifesta est, quòd vnusquisque rei suæ liberrimum vsum habet, *l. in re mandata, C. mand.* Adeo vt etiam possit abuti, textus egregius *in l. sed, & si lege §. Consuluit, ff. de pet. her.* ibi: *dum re sua se abuti putant, & l. 1. §. & magis, v. prodegit, ff. siquidem in fraudem patroni*, adeout etiam prodigo manifesto id liceat quandiu nondum est ipsi per Iudicem bonis interdictum, vt est communis opinio Doctorum, secundùm Alex. & Ias. *in l. is cuj bonis, ff. de verb. oblig.* vbi & Franc. Aret. Namquod quisque homo sanæ mentis, & legitimæ ætatis voluerit, quòd quæ libuerit circa res suas, id vtile ei esse, inspecta legis censura, reputatur, quamuis inspecta communi hominum opinione inutile ei sit, *§. Præterea*, eum Glos. *inst. de act. d. §. consuluit, d. §. & magis, & l. Quia autem in princ. & §. 1. ff. quæ in fraudem cred.* cum ibi *not.* per Glos. & vt lex ait, ipse sibi quoque insidiatus est, significans hominibus licere sibi ipsis insidiari, hoc est ad suum incommodum res suas prodigere. etiamsi in consequentiam quale damnum alijs resultet, vt ex dictis legibus, & *ex l. quia poterat, ff. ad Treb. §. sed neque, instit. de aut. tut. & inst. de leg. Fus. can. tol.* vbi notata per Aldubr. *l. non vsque adeo, ff. si quis à par. fuer. man.* Et quod isthæc omnia superat, dictuque mirabile esse videtur, licèt nobis etiam nosmetipsos vendere, *§. fin. instit. de iur. pers. l. si quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de iniur. rup.*

11 Ex quibus planè colligitur qualis sit vera dominij definitio. Est enim naturalis facultas eius, quod facere libet, nisi quid vi, aut iure prohibeatur. Ita *ex l. libertas, ff. de stat. hom. §. libertas, instit. de iur. pers.* Dominium eam in rebus habere, quid obsecro aliud est, quàm enim liberrimam ad libitumque facultatem habere circa rem suam?

12 At enim ego puto, arbitrium huiusmodi coercendum esse à decore personarum, loci, temporis, actionis. Si namque hæc ceræ quantitas, qualitasque relinqueretur arbitrio distribuentium, vel hæredum, poterit iis, qui minori dignitate constituti sunt distribui maior quantitas, & qui in maiori minor, Clero regulari cereus; sæculari, qui regulari præfertur, candelula. Quod quidem scandalo, vel saltem indecoro non caret. Quapropter vt euitetur inuidia, id est occasio turbarum, quandoquidem stimulos dedit æmula virtus. Nec quenquam iam ferre potest Cæsarue priorem, Pompeiusue parem, Lucan. *l. 1.* censeo, in hac re standum esse consuetudini hactenus seruatæ, vel ceram æqua lance distribuendam. Si tamen ipsi defunctorum hæredes maiorem ceræ quantitatem Regularibus donare voluerint, poterunt id facere post publicam functionem; licèt in huiusmodi casibus æquabile ius seruandum foret, non quod æquet omnes, sic enim non possent Clerici sæculares Regularibus esse digniores, maioresue, sed quod iustitiam inter eos, & æqualitatem quandam proportionabilem, æquitatemque conseruet cum decentia temporum, locorum, personarum *ad l. 2. C. de pign.* fugiendumque indecorum, cuius duo sunt discrimina, vnum excessus, alterum defectus. Ille plus est quàm deceat, hic minus. Id quod præcipuè viri Ecclesiastici in sacris officijs curare debent; nam secundùm eorum honestatem crescit, aut minuitur eorum æstimatio, *§. Sed pœna, instit. de minor.*

CONSVLTATIO L.

An Regulares possint concordare cum Parochis, vt ii peragant officium in Ecclesijs regularibus super cadauere defuncti parochiani? Et quo pacto concordia probetur?

1 Affirmatiuè. Ita censuit Sac. Congregatio super Episcop. in Firmana anno 1606. quæ huiusmodi concordiam confirmauit, & anno 1642. declarauit, Regulares teneri ad obseruantiam dictæ concordiæ. Siquidem concordia fieri potest super ijs omnibus, quæ possunt in controuersiam deduci, Gregor. *decis. 149. num. 4.* & facta parit exceptionem litis finitæ, & impedit alterius litis ingressum, idem Gregor. *dec. 354. nu. 1. & 2.* sicuti & post concordiam inter personas Ecclesiasticas initam non licèt amplius allegare contrariam dispositionem legis, præscriptionis, nec priuilegij, sed omnino pacta conuenta obseruanda sunt per textum *in cap. 1. de transact.*

2 Porrò ad hoc, vt Clerus sæcularis, & regularis validè possint inire contractus, præcipuè transactionis, requiritur copulatiuè interuentus Prioris, & Capituli legitimè congregati in loco solito, & quòd interueniat, nedum maior & sanior pars, sed etiam quòd nullus contradicat, si ex transactione remittatur ius clarum competens ipsi Capitulo, vt per plures decisiones firmatum fuit in Burgen. præeminentiarum *p. 3. recent. decis. 623. num. 1. & p. 3. dec. 328. nu. 1. & seq.*

3 Huiusmodi autem concordia probatur per scripturã, vel saltem per legitimum numerum testium formiter examinaro-

narorum iuxta textum *l. in exercendis*, *C. de fid. instr.* alijsque relatis firmat Rot. *dec.*133. *num.*7. *p.*5. *recent.* Item satis superque probatur ex illius tenore in eius confirmatione inserto, vt in puncto concordiæ, est decisio Seraph. 460. *num.* 2. & Rot. inter *rec. dec.*388. *num.* 2. *&* 3. *p.* 2. vbi subdit, nulla alia verificatione opus esse. Hinc non est necessarium, quòd sit probanda per instrumentum, vt in puncto tradit Angel. de Aret. *conf.* 20. *num.* 32. *ad* 37. & præcipuè *num.* 26. Card. Tusch. *lit. C. concl.* 351. *num.* 3. vt propterea etiam ex vnico teste, iunctis adminiculis, eam probari firmet idem Angel. *loc. cit. num.* 27. adducens rationem, quòd sit materia multum fauorabilis, quia imponit finem controuersiæ.

4 Vnde certum est, eam probari, quando concurrunt non solùm testes nullum habentes in ea commodum, sed etiam tenor ipsius concordiæ insertus in confirmatione, qui solus ex se sufficit, etiam si sola substantia, non autem integer tenor insertus fuisset, sicuti firmant *decis.* 338. *num.* 3. *&* 339. *num.* 4. *ad med. p.* 2. *recent.* & egregiè *dec.* 226. *num.* 2. *p.* 7. *recent.* non quidem ob clausulam ex certa scientia, sed quia præsumitur, Principem se informasse de veritate materiæ insertæ, vt benè declarat *d. dec.* 226. *nu.* 21. & comprobat *d. dec.* 338. *num.* 2. *p.* 2. *rec.* Nec mirum, quia scientia certa Principis non oritur ex adiectione clausulæ ex certa scientia, sed ab insertione tenoris, vel substantiæ. Et propterea confirmationem cum clausula ex certa scientia, non inserto tenore, vel substantia, certam scientiam non operari, dixit Rut. apud Seraph. *dec.* 981. *num.* 2. & contrà sola insertio substantiæ, vel tenoris certam scientiam inducit absque eo, quòd adijciatur clausula præfata, vt per Lotter. *de re benef. quæst.* 25. *num.* 88. *lib.* 1. *& alleg. dec.* 338. *num.* 2. *&* 226. *num.* 22. *p.* 7. *rec.* Quinimò solius substantiæ insertio importat, vt confirmatio dicatur concessa ex certa scientia, Lotter. *loco cit. d. quæst.* 25. *num.* 88. *cum seqq.* Rot. *decis.* 192. *num.* 3. *p.* 1. *rec.*

5 Item quando in confirmatione concurrit supplicatio vtriusque partis, qua nulla maior probatio, *l. cum precum*, *C. de liber. caus.* Burat. *dec.* 300. *num.* 6. Nec releuat, quòd dicatur supplicationem potuisse à Parochis, vel à Clero sæculari fraudolenter porrigi, etiam nomine Regularium. Nam fraus non præsumitur, & supplicatio semper præsumitur porrecta vel à supplicante, vel de eius ordine, Put. *decis.* 171. *num.* 1. *lib.* 3. *in nou.* Quæ sanè supplicatio, dum concurrit obseruantia subsequuta, inducit etiam nouum vtriusque partis consensum, Rot. *dec.* 218. *n.* 15. *p.* 7. *recent.* & sola tribuit robur, ac fidē scripturæ, quantumuis informi, Buratt. *dec.* 857. *num.* 5. Add. ad Gregor. *decis.* 469. *lit. B.* vbi ampliat etiam si constet de obseruantia aliquorum capitum tantummodo, Caputaq. *dec.* 234. *num.* 2. *p.* 1. vbi firmat etiam in copia copiæ.

6 Hincque tollitur obiectum, quòd sola supplicatio non probet consensum eius, cuius nomine porrecta apparet. Nam hæc conclusio procedit, dum alia adminicula non concurrunt, secus autem si concurrant, sicuti declarat Seraphin. *dec.* 560. *num.* 1. *&* 2. vt si concurrat fauor Regularium in plerisque alijs capitulis concordatis, Buratt. *ibid. num.* 2. necnon stylus Sac. Congregationis super Episcopis, & Regularibus de confirmando præiudicialia Religionibus, nisi consultis Procuratoribus generalibus in Curia residentibus. Tum & maximè continuata obseruantia, & quidem longæua, supera triginta annos, quæ apta est inducere nouum consensum iuxta superius allegata.

7 Neque subsistit, quòd obseruatio debeat esse præscripta. Nam contrarium firmant Caual. *dec.* 427. *num.* 2. *& seq.* Rot. *dec.* 14. *num.* 4. *&* 5. *p.* 7. *rec.* Menoch. *cons.* 1144. *num.* 85. *& seq.* Verùm in materia tam leui longè minores probationes sufficere deberent. Ac proinde quadragenaria requiritur solùm, dum agitur de fundando intentionem in præscriptione, non autem si fundatur in scriptura, quæ impugnatur ex defectu consensus; hoc enim secundo casu sufficit obseruantia aliquot annorum tantummodò, vt per Seraph. *d. dec.* 460. *num* 8. *in fin.* ibi: *plures anni inter confirmationem & litem motam*. Et in fortioribus ad effectum adhibendi fidem est *dec.* 36. *num.* 1. post Pacif. de Salu. quibus adstipulatur Menoch. *d. cons.* 1144. *num.* 85. *& seqq.* vbi etiam annotauit obseruantiam differre à præscriptione, hancque eandem differentiam agnouit Rot. apud Caual. *d. dec.* 427. *num.* 2. *&* 3. vbi propterea in suo casu admittit obseruantiam annorum decem, quæ quidem satis est, vt per Rot. *d. decis.* 14. *num.* 4. *&* 5. *p.* 7. *recent.* vbi quod sufficit aliquando ita fuisse obseruatum per duos, vel tres actus.

Et in hoc casu confirmationis Apostolicæ, vel Sac. Con- 8
gregationis super Episcopis & Regularibus non obstat, quòd ijdem Regulares non potuerunt contrahere absque licentia Prouincialis, vel Generalis. Quoniam dum concurrit confirmatio Superioris, aliud non requiritur, quia Superioris auctoritas cessare facit illam inferioris, vt in fortioribus, nempe de alienatione facta per monasterium etiam cum expressa reseruatione consensus Capituli generalis, Præsidentis, & Diffinitorum dixit Rot. apud Seraph. *decis.* 1027. *num.* 6. cum duobus *seqq.* & iterùm *decis.* 1080. *num.* 6. vbi quòd confirmatio Apostolica facit, ne requirantur aliæ solemnitates.

Præterea probatur ex loco, in quo reperitur. Receptis- 9
sima quippe Doctorum sententia est, quod huiusmodi scripturæ habentur pro authenticis, recipiuntque fidem à loco, quando in loco ipso nulla recipitur scriptura, quæ prius non fuerit examinata & reperta legalis, & authentica, ne aperiatur via fraudibus per suppositionem scripturæ non veræ, vt rectè scribunt Felin. *in cap. Ad audientiam* 12. *num.* 11. *&* 15. *de præscript.* Crauet. *de antiq. temp. p.* 1. *num.* 2. *post med.* Gratian. *discept.* 582. *&* 859. *nu.* 30. Scac. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 779. *& seq.* ac sæpiùs firmauit Rot. apud Verall. *dec.* 42. *lib.* 1. *& decis.* 430. *lib.* 2. *in cor.* & coram And. *dec.* 88. *n.* 6.

Dum igitur adest concordia, non oportet disputare, an 10
suffragetur Parochis, ac Clero sæculari sola consuetudo, licèt dum est consuetudo immemorabilis illam suffragari, & nunquam exclusa consuetudine in genere censeri exclusam immemorabilem, tanquam maximè priuilegiatam in puncto funeralium contra Regulares plenè respondit Gratian. *discept.* 492. *per tot.* & signanter *num.* 5. cum tribus *seqq.* & sub *num.* 17. *cum seqq.* respondet ad Constitutionem Pij V. à Regularibus allegari solitam, illumque sequitur Barbos. *de Paroch. cap.* 26. *num.* 82. *in fin.* quamuis ibidem ex sententia Sac. Rituum Congregationis teneat sufficere, allegare immemorabilem, nisi probetur; & consuetudinem etiam in genere saluauit Sacra Congregatio Rituum in declaratione relata ab ipso Barbos. *in collect. Bullar. fol. mihi* 531. *in fin. vers. Parochi defunctorum*, & donec illa probetur, manutenendos esse sæculares contra Regulares in possessione, in qua reperiuntur, resoluit eadem Sacra Rituum Congregatio in causa relata *in d. collect. Bullar. v. Parochus in principio*. Qua de re nos alibi. Itaque rectè ait Senatus *in l. sine ingenua*, *ff. ad S. Con. Tertyllian.* *Quæ iudicata, transacta, finitaue sunt, rata maneant*. Quod ita intelligendum inquit Vlpian. ibi: *vt iudicata accipere debeamus ab eo, cui iudicandi ius fuit; transacta scilicet bona fide, vt valeat transactio; finita vel consensu, vel longo silentio sopita*.

CONSVLTATIO LI.

An Canonici, & Præbendati, qui vtuntur almutio, possint illud deferre, dum vti singuli inuitantur ad associandum funera, atque adeò præcedere Parochis?

Et quid si sub sua Cruce conueniant ad funera etiam cum Parochis iuxta formam statuti Synodalis?

Respondeo ad primum negatiuè. Primò, quia Pa- 1
rochus præcedit Canonicis, saltem vti singulis, cùm cura sit dignior Canonicatu, *arg. cap. cùm in illis, de præb.* Io. de Sylu. *de benef. quæst.* 61. *nu.* 2. Molan. *tract. de Canon. lib.* 2. *cap.* 12. Repugnat autem iuri, ac honestati, quòd Parochus in officio suo, sacerdotali habitu indutus, alios sequatur, qui funeri extra suum officium, & sic vt priuati intersunt. Nam minor præferretur maiori, Abb. *cons.* 21. *num.* 4. *lib.* 1. Roch. de Curt. *in tract. de consuet. num.* 100. Decian. *cons.* 21. *num.* 69. *lib.* 1. quos post alios refert, ac sequitur Menoch. *cons.* 902. *num.* 79. *&* 81. ac tradit Tob. Non. *cons.* 72. *num.* 7. Fab. de Ann. *cons.* 40. *num.* 21. Mastril. *lib.* 41. *cap.* 14. *num.* 1. & censuit S. Rituum Congregatio in Nullius 12. Maij 1612.

Secundò, quia vti singuli non erigunt propriam Crucem, & ideò non incedunt collegialiter, nec faciunt Capitulum, collegium, vel vniuersitatem, sed tantùm in actione funerali pro ministris, ac seruis Ecclesiæ reputantur, Rot. apud Caualer. *decis. 57. num. 1. & 4.* Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 37. num. 17.*

2 Non obstat priuilegium deferendi almutium. Quia cùm in eo dicatur, quòd possint illud deferre quando incedunt vti singuli, id recipit passiuam interpretationem à iure communi, cui non derogat, vt respondit Rot. *d. decis. 57. num. 6.* coram Caual.

3 Atque ita semel ac iterùm censuit S. Congregatio super Episcop. & Regular. in Placentina funerum, nempe, *Sacra &c. attentis narratis, ac sæpius auditis partibus Eminentissimo Franciotto iterùm referente, toto negocio diligenter, & maturè discusso, censuit, memoratum cadauer spectare ad Ecclesiam Parochialem SS. Faustini, & Iouita, & eidem propterea esse restituendum, necnon Præbendarios posse vti almutio in casibus quando incedunt collegialiter vnà cum Capitulo 2. Maij 1659.*

4 *Sacra &c. attentis narratis, & causa ad relationem Eminentiss. Franciotti iterùm proposita, & examinata, censuit, declarauit, & decreuit, Præbendarijs suprascriptis licere tantùm deferre almutia, in ijs casibus, quando incedunt collegialiter cum Capitulo, 10. Nouembris 1662.*

5 Ad 2. Non videtur posse denegari eiusmodi delatio almutij. Constat enim Episcopum in Synodo statura condere posse, quæ vim legis babeant inter eius subditos, *cap. vt animarum, de constit. in 6.* vbi Glos. *Statuta* notat, ea esse perpetua, Sperellus *dec. 14. num. 21. p. 1.* & in materia funerum Rot. in Barcinonen. Statuti *decis. 107. p. 7. recent.* vbi *sub num. 16.* quòd huiusmodi statuta, tanquam continentia eximium misericordiæ opus, dicuntur dirigere humanas actiones ad æternam felicitatem. Habentque locum, etiamsi continerent aliquod præiudicium personarum inferiorum; sufficit enim statuentes moueri ea rationabili causa, prout hic, ad effectum solemniùs ducendi funera, vt statutum teneat, & in præiudicium aliquorum, vt benè Ias. *in l. omnes populi, num. 13. ff. de inst. & iur.* Rot. apud Seraph. *dec. 707. nu. 8.* & in his terminis *d. decis. 107. nu. 18. & 20. p. 7. recent.*

6 Neque obstat, quòd præbendarij, quando incedunt sine Capitulo, non debeant deferre almutia, ea ratione, quia sine Capitulo dicuntur incedere vti singuli, non autem collegialiter, & vti vniuersi, cùm alij Clerici, præter Canonicos, Collegium non constituant, ad textum *in cap. dilecta*, vbi Abb. *de exces. Prel.* & fuit sæpiùs resolutum à Rot. *decis. 112. num. 1. & 4. p. 7. recent.* Nam id procederet, nisi adesset statutum concedens, vt præbendarij ad funera conueniant cum almutijs sub sua Cruce. Non enim negatur præbendarijs, quin possint in aliquem actum conuenire, vti vniuersi, quando ad hoc habent ius aliquod speciale, vel consuetudinem iuxta doctrinam Host. *in summ. de exces. Prel. §. 1.* Rip. *respons. 12. num. 13. de rescript.* quos in terminis sequitur Rot. *decis. 136. num. 3. p. 6. recent.* Cùmque in hunc actum pietatis conueniant ea dispositione iuris synodalis, & authoritate Superioris, faciunt collegium, quicquid sit quoad alios actus, in quibus non habent ius conueniendi, vt plenissimè probat Calder. *cons. 6. num. 2. & per tot. de his, quæ fiunt à Prel. sine cons. cap.*

7 Quod faciliùs admittendum est, accedente diuturna obseruatione, ea qua præsumitur, quòd hæc constitutio synodalis fuerit à Sede Apostolica confirmata, vt per Rotam apud Seraph. *decis. 507. num. 3. & in recent. d. decis. 107. num. 14. p. 7.* Et quia confert ad maiorem funerum solemnitatem, & sic ad augmentum pietatis, atque Religionis, cuius in omnibus prima est causa, *l. sunt personæ in fin. ff. de relig. & sumpt. funer.* Et hoc etiam casu præcedentia debetur Parocho per ea, quæ alibi diximus.

CONSVLTATIO LII.

Cuinam competat præcedentia in funeribus inter Parochum proprium defuncti, & Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ in locis, vbi non est Cathedralis?

COmpetere Parocho prolixè ac eruditè firmat Gratian. *tom. 2. discept. for. cap. 298.* cum Theodosio Rubeo, cuius responsum adducit, & Barbos. *in Pastoral. alleg. 78. num. 38.* ac referunt ita decisum à Rota Romana in vna Calaguritana præeminentiarum de Victoria die 16. Nouembris 1592. Idque probant pluribus rationibus, vt apud ipsos videre est. 1

Et quidem attenta discrepantia decretorum haud facilè est, hanc controuersiam resoluere. Videntur enim pro Parocho stare decreta antiqua Sac. Rituum Congregationis, nominatim in Nucerina die 24. Octobris 1609. & in Prænestina die 13. Iulij 1619. ac Rituale Romanum *tit. de exeq. §. Exequiarum Ordo in fine*. Pro Cathedrali verò ac Collegiata videntur stare decreta recentiora cum opinione Rotæ apud Seraph. *dec. 1445.* & adducta per Barbos. *de offic. Paroch. cap. 9. per tot.* 2

Verùm in hac re, quoad præcedentiam in ordine ad locum nobiliorem seruanda est consuetudo, ita quidem, vt Parochus semper retineat sua iurisdictionalia, in quibus præferendus est Capitulo, siue Cathedrali, siue Collegiali. Sub terminis huius distinctionis hoc dubium resoluit S. Rituum Congregatio in vna Ostiensi die 18. Aprilis 1607. quæ ita se habet. *Sacra, &c. Et quando contingit associare funus alicuius defuncti ad aliquam Ecclesiam parochialem, in quam simul Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ cum Parochis aliarum Ecclesiarum dicti loci conueniunt, præcedentiam dandam esse Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, etiam supra proprium Parochum, cui tamen ius faciendi officium in propria Ecclesia reseruetur.* 3

Et in alia Prænestina, *Sacra, &c. Præcedentiam semper & vbique competere Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ supra prædictum Parochum, & in asportandis funeribus defunctorum propriæ Parochiæ. Ius tamen faciendi officium in propria Ecclesia ipsi Parocho reseruatur.* 4

Idipsum disertè firmatum fuit à dicta Sac. Congregatione die 14. Maij 1643. nempè, *in associatione funerum, salua legitima loci consuetudine, deberi præcedentiam Capitulo Collegiatæ supra Parochum, etiam proprium defuncti, sine tamen præiudicio in reliquis iurium, & præeminentiarum eidem Parocho de iure, vel de consuetudine competentium.* 5

Etenim pro Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ rationes illustrissimæ sunt, quas vide apud Felin. *in cap. cùm liceat inst. de præscript.* Genuensem *in prax. cap. 61. num. 12.* & Mantiq. *de præcedent. quæst. 24. num. 2. & quæst. 32. num. 25.* & præcipuè quoad Canonicos Cathedralis extant sequentes declarationes. *Canonici Cathedralis præcedere debent Parochum, etiam in funere, non autem alij. Inter Canonicos autem præcedentia datur Archipresbytero, si stolam deferat.* Sac. Rituum Congregatio in Viterbien. 25. Iunij 1611. In Nullius 12. Maij 1612. & in Prænestina Canarum 14. Augusti 1618. Vide Mancinum *in pr. visit. infirm. tit. de præced. dub. 9. & 12.* 6

CONSVLTATIO LIII.

An liceat facere Octauas pro defunctis, præcipuè inter Octauam omnium Sanctorum, sine speciali Indulto Sedis Apostolicæ?

VIdetur respondendum licere. Ratio autem est, quia nullo iure id prohibetur, alioqnin diminueretur cultus diuinus, cuius augmentum ius desiderat, *cap. ex parte, de const.* Caputaq. *dec. 215. num. 6. lib. 3.* Gabr. *cons. 183. nu. 3. lib. 2.* maximè in suffragium animarum defunctorum, pro quibus semper orat Ecclesia, *c. visum*, vbi Archid. & alij *de consecr. d. 1.* & obseruant Amalar. *de ord. Antiph. cap. 65.* Isidor. *de Eccles. offic. lib. 1. cap. 15.* & hanc opinionem firmanit Rota in Romana commemorationis defunctorum 3. 1

Iunij

Iuoij 1665. coram Otalora, & iterùm 9. Iunij 1666. coram eodem.

2 At verò tenendum est, non licere. Primò: Quoniam octaua omnium Sanctorum ponitur inter maiores, ac proinde non possunt absque particulari priuilegio celebrari infra dictam octauam Missæ pro defunctis. Instituere enim, ac celebrare octauas vltra præscriptas à Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Missali, ac Rituali Romano nemini est permissum sine authoritate Pontificis, Gauant. *in rubr. Breuiar. sect. 3. cap. 8. num. 1.* Quart. *ad rubr. Missal. p. 1. tit. 2. dub. 1.* Secundò quia id claré prohibent rubricæ generales Missalis *cap. 5. num. 2. in fin.* & tradunt Barbos. *in sum. Apostol. decis. collect. 478. num. 5.* ac Lezan. *in sum. v. Missa num. 46.*

3 Hisce rationibus satisfacere conatur Rota locis allegatis. Et ad primam respondet, illam non vrgere: Quia nullo iure reperitur prohibitum dicere Missas pro defunctis, nisi infra octauam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Hebdomadæ maioris, Feriæ quartæ Cinerum, & Vigiliarum Natiuitatis Domini, & Pentecostes, vt in specie respondet Barbos. *de offic. & potest. Paroch. p. 1. cap. 2. num. 28. & in sum. Apost. decis. collect. 478. num. 5.* & vtrobique recenset decretum S. Congregationis Rituum emanatum sub die 28. Augusti 1626.

4 Ad secundam respondet, quòd octaua omnium Sanctorum non est de prohibitis, & prohibitio restringitur ad superiùs expressas, & illas solùm tanquam de maioribus, & primæ Classis enumerant Pasqualig. *de Sacrif. Miss. quæst. 281. de Miss. defunct. & rubr. Missal. general. §. 5. tit. de Miss. defunct. num. 2. in fin.* cui omninò standum est, Reuerendiss. Fagnan. *in cap. Cum creatura num. 29. & seqq. de celebr. Missar.*

5 Verùm hæ responsiones sunt extra rem: Non enim negatur, quòd in octaua omnium Sanctorum dici non possint Missæ priuatæ pro defunctis, nec quod non applicentur pro illis suffragia; sed quòd possit celebrari octaua pro defunctis: Nam priuatæ non continent illam publicam, & solemnem commemorationem defunctorum, quam continet octaua solemnis. Etenim iuxta rubricas generales Missa Conuentualis debet conuenire cum officio, vt desumitur *ex d. cap. Cum creatura, de celebr. Mis.* ac tradunt Garz. *in sum. tract. 3. diff. 3. dub. 3. num. 17.* Peyrin. *tom. 3. de priuileg. in addit. ad const. Pyrrhi cap. 1. num. 20.* Gauant. *in rubr. Miss. p. 1. tit. 4. lit. P.* Niger. *in addit. ad Ruiz. ad præfat. quæst. 6.* & alij communiter. Quia est pars officij diuini. Rubricæ autem mandant fieri officium de octaua omnium Sanctorum. Quare eo ipso quòd à Rubricis demandatur celebrari octaua omnium Sanctorum, necessariò sequitur suum contradictorium, nempè esse prohibitam octauam defunctorum, sicuti alibi sibi contradicendo firmant dictæ decisiones, dum aiunt, quòd instituere, ac celebrare octauam vltra præscriptas à Rubricis nemini est permissum sine auctoritate Papæ, prout aliàs expresfsè permissum est in octauis enumeratis. Stante enim resistentia Sacrorum Rituum non est necessarium, quòd expresfsè id prohibeatur, per textum *in cap. Dilecta, de excess. Prælat.* & probat Bald. *in l. 1. num. 1. C. quæ res vend. non pos.* Rectè igitur constitutum est id non licere sine Sedis Apostolicæ priuilegio. Et ita dissentiendo à Rota, censuit ac declarauit S. Rituum Congregatio in dicta Romana, cuius decretum est huiusmodi.

6 *Sacra Rituum Congregatio ad instantiam Monachorum Camaldulensium S. Gregorij de Vrbe declarauit, nemini licere facere octauas pro defunctis, præsertim intra Octauam omnium Sanctorum sine speciali indulto S. Sedis Apostolicæ, neque intuitu alicuius altaris priuilegiati in aliqua Ecclesia licere exponere tabellam super ianuam ipsius Ecclesiæ cum inscriptione: Indulgenza perpetua per li morti: sed tantùm super ipso altari priuilegiato consuetis verbis: Altare priuilegiatum pro defunctis. Et perpetua vtraque parte plenè informante, non licuisse, neque licere censuit S. Mariæ super Rotundam, quacunque consuetudine in contrarium non obstante, ac die 13. Augusti 1667.*

7 Hinc fit, quòd si aliqua Ecclesia haberet priuilegium celebrandi cum octaua commemorationem defunctorum, à Summo Pontifice concessum, poterit vigore huius priuilegij prohibere alijs Ecclesijs, ne eandem Octauam celebrent. Nam quod alicui conceditur per priuilegium, sine illo fieri non potest, *l. ius singulare 15. ff. de legib.* Bald. *cons. 382. num. 7. lib. 5.* Ac præcipuè ex eo, quod si permitteretur alijs Ecclesijs eandem Octauam celebrare, oriretur æmulatio, & scandalum, quæ sunt euitanda. Quapropter piè, ac prudenter sanè Clemens Octauus in sua *Constitutione 115.* noluit, quòd erigerentur plures Confraternitates eiusdem nominis, & erectas annullauit, antiquiorem præseruando. Quod Paulus V. confirmauit, & ampliauit in sua *Constit. 21.* Sic etiam prohibentur erectiones nouarum Ecclesiarum, ne alijs præexistentibus inferatur præiudicium, vt dixit Rota coram Seraph. *dec. 847. num. 1. cum seqq.* & in Ianuen. priuilegiorum 28. Iunij 1649. *§. quoniam est aduertendum*, coram Cardinali Corrado. Sic quoque pro PP. Basilianis contra PP. Benedictinos, prætendentes deferre eundem habitum cum cuculla plicata, iam præoccupatum censuit eadem Sacra Rituum Congregatio in Salamantina cucullæ, non obstante pendentia causæ in Sacra Rota, quæ ipsa, quoque in Bononien. fabricationis filarum sub signo Campanæ iam præoccupato respondit, non licere alijs mercatoribus illo vti.

CONSVLTATIO LIV.

An Episcopus possit sibi puluinar, & pannum sternere, & sic orare in Ecclesijs alienæ diœcesis, & in ijs habere illas praeminentias, quæ proprio Episcopo in sua Ecclesia, & diœcesi debentur?

AFfirmandum videtur. Quia hæc præeminentia non conceditur ratione iurisdictionis, sed ratione dignitatis, ac proindè dicitur concedi vti Episcopis, significando dignitatem, propter quam conceditur. Præcipuè cùm fauorabilia sint amplianda. 1

Respondeo tamen negatiuè. Quia hæc sunt de reseruatis proprio Episcopo, qui ex administratione, & iurisdictione maior, & dignior alieno Episcopo censetur in propria diœcesi. Maioritas enim ex administratione, & iurisdictione desumpta hominem digniorem reddit, cùm cæteræ qualitates pares sint ex Crusio *de præemin. cap. 1. nu. 12.* Ista enim strati præeminentia in Ecclesijs distinguit proprium ab alieno Episcopo, & radicata dignoscitur non in titulo Episcopali, sed in ipso Episcopatu ratione iurisdictionis actu exercitæ, quæ de sui natura habet dignitatem annexam, sicuti notatur *in cap. licet ex, de procur. in 6.* Vnde Episcopus in aliena diœcesi vnam tantùm retinet dignitatem, nempè Episcopalem, in propria verò diœcesi, & in proprijs Ecclesijs duplicem. Nam vltra Episcopalem, habet etiam dignitatem iurisdictionis. Quapropter non mirum si Episcopo in Ecclesijs alienæ diœcesis stratum non debeatur, sed tantummodo Episcopo diœcesano, qui in sua diœcesi habet vtramque dignitatem. Duplex enim dignitas plus tribuit, quàm vna sola, Ias. *in l. re coniuncti num. 18. de leg. 3.* Menoch. *cons. 51. num 31. lib. 1.* Tiraquell. *de nobil. cap. 5. num. 8.* Sic viri Prætorij, qui vice pro Prætore mittebantur, retinebant lictores, & insignia Imperij vsque dum ex Prouincia ipsis commissa discederent, prout ex Dione *lib. 53.* scribit Hotoman. *de Magistr. Roman. descript. cap. de Proconsul. col. 4.* 2

Et ita sæpè censuit S. Rituum Congr. præsertim in vna Policastren. 21. Augusti 1604. nempè: *Episcopo extra suam diœcesim, & in loco, in quo non habet iurisdictionem non conueniunt ea, quæ proprio Episcopo in sua Ecclesia, & diœcesi debentur.* 3

Et in vna Iadren. 13. Octob. 1618. *Episcopus in aliena Ecclesia non potest sibi puluinar, & pannum coloris violacei sternere, & extra suam diœcesim non competit illi deosculatio textus Euangelij.* 4

CON-

CONSVLTATIO LV.

An, & quo pacto debeatur præcedentia Canonicis presbyteris, Diaconis, Subdiaconis in Ecclesiis præcipuè, in quibus prębendæ non sunt distinctę, tam in choro, quàm in Capitulo, aliisue sessionibus, atque actibus?

1 Videtur dicendum, quòd io Ecclesijs Collegiatis, in quibus præcipuè præbendæ noo sunt distinctæ Canonicus, qui præuenit in adeptione possessionis debear posterioribus præcedere in stallo, voce, optione, ac cæteris actibus, & prætogatiuis, vt post Seraph. *decis.* 437. *num.* 3. & plures alios firmat Barbos. *de Canon. & dignit. cap.* 18. *num.* 12. Quoniam hic honor datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, & seruitia. Quod sine dubio videtur procedere in ijs Ecclesijs, quibus adest consuetudo, quòd Canonici, qui priùs fuerint possessionem adepti, præferantur posterioribus, licèt sint maiores in ordine, vt censuisse Sac. Rituum Congregationem in Hecitanien.} 23. Maij 1603. idem refert Barbos. *loco citat. num.* 12. addens banc consuetudinem attendendam esse ex adductis per Henric. Boic. *de Synod. p.* 3. *sub princip. num.* 33. Auendagn. *de exeq. mand. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. & alios, ac declarauit eadem Sacra Congregatio in Romana S. Mariæ super Rotundam die 16. Decembris 1606. Ea ratione, quòd ibi præbendæ non sunt distinctæ, neque Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* loquatur de Ecclesijs Collegiatis, sed de Cathedralibus tantùm. Idemque censuit Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ io Romana S. Hieronymi Illiricorum anno 1630.

2 Quamobrem eiusmodi consuetudo dici nun potest abusus, neque contra ius clarum, sed potiùs secundùm ius, & propreteà, etiamsi non probaretur plenè requisita immemorabilis, constat illam esse omninò seruandam, etiam in petitorio, & multò magis in possessorio summarijssimo, in quo, suspenso petitorio, concedenda est Canooicis inferioribus, in ordine manutentio. Tum quia ius manifestè non resistit, sed potiùs assistit. Tum quia in hac materia præcedentiæ attenditur consuetudo, etiamsi ius resisteret, vt inter Priores Collegiatarum, & Canonicos Cathedralis fuit firmatum in Lucana præcedentiæ 24. Ianuarij 1628. coram Gluslerio, & in Cæsaraugustana 28. Aprilis 1634. coram eodem apud Posth. *de manut. decis.* 229. *n.* 1. *& decis.* 584. *n.* 3. & nos alibi.

3 Neque obstant declarationes Sac. Rituum Congregationis in contrarium adductæ. Quia loquuntur in Ecclesijs Cathedralibus, vbi præbendæ vel sunt, vel debent de iure esse distinctæ. Immò in Tropiensi, à qua aliæ proueniunt, supponitur distinctio præbendarum, & in hoc tantùm casu improbari consuetudinem quarundam Ecclesiarum, vbi Canonici primò recepti præferuntur Canonicis posteà receptis, licèt isti posteriores sint maiores in ordine, & dignitate.

4 At nihilominus sit regula generalis. Distinctio Ordinum in materia præeminentiæ potissimùm est attendenda *per l.* 1. *&* 2. *C. vt dignit. ord. seru. lib.* 12. *l. vt gradatim, de mun. & honor.* & tradunt Glos. §. *aliam, instit. de bonor. poss. & in l. Quisquis, C. de postul. & in cap. Licet* 2. *d.* 45. Lar. *de alim. num.* 24. *& in l. Honor*, §. *gerendorum, ff. de mun. & hon.* Dec. *in l. Cùm quid n.* 7. *ff. si certum pet.* Cassan. *in catal. glor. mund. p.* 7. *consid.* 14. 26. 33. 38. *&* 40. *& p.* 9. *consid.* 1. Rodriquez *tom.* 3. *quæst. regul.* 37. *art.* 2. Campanil. *in diuers. iur. rubr.* 12. *cap.* 12. *num.* 1. *& seq.* Freccia *de subfeud. lib.* 2. *v. Quis dicatur Dux num.* 47. omnium latissimè Gratian. *discept.* 728. *num.* 16. *&* 845. *num.* 3. Rota coram Merlino *decis.* 639. *num.* 19. & scribit Eugenius IV. ad Archiepiscopum Cantuariensem, cuius epistolam refert Diana *p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 1. & idcircò nun interest, an maior in ordine receptus sit priùs, vel posterius, quia semper ei prælatio competit respectu minoris, Gratian. *decis. Marchia* 16. *num.* 1. Gregor. XV. *decis.* 310. *num.* 3. *&* 5. & Seraph. *decis.* 1445. *num.* 3. ac Ricc. *in pr. resol.* 564. *num.* 3.

5 Verùm in hac re non egemus suffragio regulæ generalis, dum apertissimè fauet Constitutio Gregorij IX. relata *Cap. Statuimus, de maior. & obed.* vtpotè quæ id in specie hisce verbis decidit: *Statuimus, vt presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium, & sic de reliquis obtineant ordinatim, etiamsi posteriùs admittantur.* Cuius dispositionem perpendit Rot. io Romana præcedentiæ coram Sacrato inter *recent. dec.* 214. *num.* 1. *p.* 4. *tom.* 2. vbi firmatur de iure, præcedentiam deberi illi, qui est maior in ordine, etiamsi alias negans illam, esset antiquior in loco, & Verall. *decis.* 369. *p.* 2. vbi quòd si posterior receptus sit in ordine maior, semper debet præcedere priori recepto, si sit in ordine minor, & ita seruatur in Collegio Eminentissimorum Cardinalium. Nam Cardinales Diaconi si transferantur ad titulum presbyteralem, præcedunt alijs presbyteris post eos ad Cardinalatum promotis ex Constitutione 48. Clementis VIII.

6 Quod habet locum in omnibus actibus, quibus intersunt, vt Caonici, licèt sine habitu Canonicali. Nam præfata Constitutio nullum casum particularem determinat, atque adeò videtur indiscriminatim intelligenda tam de actibus, ac sessionibus capitularibus, quam extra Capitulum, cùm nimirum eadem subsit ratio honestatis, ac iustitiæ, ratione cuius minores maioribus obsequium debent, vt adnotauit Glos. *in cap. A Subdiacono, v. honorem* 93. *d.* & in hisce præcisis terminis est Glossa singularis *in d. cap. statuimus, v. seruitia*, ibi: *Alia vero seruitia extra diuinorum celebrationem facere non tenentur*, siquidem oon pertinent ad seruitia Ecclesiæ; reuerentiam tamen minores maioribus exhibere tenentur, vt minor assurgat maiori, & cedat ei primum locum in sedendo, & eundo. Atque textus perspicuus *in l.* 1. *ff. de alb. scribend.* ibique Doctores, & *in cap.* 1. *de maior. & obed.* vbi Abb. *num.* 2. *can. Episcoporum d.* 74. *cap. fin. d.* 75. Vbi enim datur expressa ratio legis, etiamsi verba deessent, dicitur casus comprehensus, Sperell. *dec.* 152. *num.* 2. & ideò eadem dispositio statuenda est in omnibus actibus, *l. Illud, ff. ad leg. Aquil.* Sperell. *decis.* 59. *num.* 5. Cùm tacitè sit prouisum omnibus casibus, io quibus eadem ratio militat, idem *decis.* 84. *num.* 10.

7 Nulla suffragante consuetudine. Nam esto, quòd consuetudo in præcedentijs attendatur ex traditis per Baldum *in cap. Cùm olim num.* 1. *&* 2. *de consuet.* Cyriac. *contr.* 201. *num.* 171. Mantic. *decis.* 244. *num.* 2. Seraph. *decis.* 404. *num.* 8. *& decis.* 116. *sub num.* 17. *& decis.* 606. *num.* 3. *p.* 4. *recent.* Etiamsi consuetudo minus dignum præferret digniori, Seraph. *decis.* 964. *num.* 1. omninò videnda, Rot. apud Posthum. *de manut. dec.* 32. *num.* 6. *& seq. & dec.* 63. *per tot. & decis.* 483. *num.* 1. *&* 2. *p.* 5. *recent. tom.* 2. Eòque faciliùs dum non agitur de absoluta præcedentia, sed de particularibus actibus in particulari loco, quo casu non est indecens minus dignum præferri digniori ex consuetudine, quæ in hac re ex solo decorio inducitur, vt optimè conciliando opiniones inter se pugnantes firmat Add. ad Greg. XV. *dec.* 124. *num.* 4. *sub lit. A. & dec.* 330. *num.* 10. cum concordantibus.

8 Hæc tameo doctrina præcipuè fallit, quando consuetudo est contra ius naturale, & publicum, qualis esset si minor præesset maiori, latè atque egregiè Decian. *cons.* 1. *num.* 4. 64. *&* 70. per textum *in cap. est ordo quæst.* 1. Præposit. *in c. Consuetudo d.* 12. Abb. *cons.* 21. *num.* 4. *&* 5. *p.* 1. Immò sufficit, quòd sit contraria iuri Canonico, Crauet. *cons.* 96. *num.* 3. Tuoc enim corruptela vocanda est, Abb. *eod. cons. num.* 5. & licèt esset immemorabilis, tamen vti irrationabilis, ac proindè impræscriptibilis non esset attendenda, Gregor. XV. *d. dec.* 310. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 124. *num.* 4. Præcipuè autem quando cessat omnis ratio dignitatis, vel officij, ex quibus interdum contrarium sustinetur, vt ad rem distinguendo firmauit Rota in Seguntina præcedentiæ 22. Iunij 1609. coram Pamphilio, Seraph. *decis.* 964. *num.* 2. Gregor. *dict. decis.* 124. *num.* 4. *in addit.* Et propterea tanquam proueniens ex nulla rationabili causa, dicitur corruptela, Rot. in Æsina bonorum 27. Maij 1637. coram Buccabella, affirmans huiusmodi consuetudinem non vacare vehementi suspicione calumniæ, & sic denegandam esse remissoriam ad ipsam probandam, Mantic. *decis.* 81. *num.* 5. *& decis.* 343. *num.* 2. *p.* 1. *diu. & decis.* 220. *num.* 3. quia probata non releuat, vt in hac specie dixit Rot. *decis.* 142. *num.* 6. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Cessatque omnis difficultas cùm in hac re sancitum sit,

Digitized by Google

fit, ne huiusmodi consuetudo attendatur, posita præbendarum distinctione in Sacerdotales, Diaconales, & Subdiaconales. Pro quo aduertendum est, quod notat Abb. in sæpè laudato *cap. Statuimus sub princ.* determinationem illius decretalis emanasse occasione consuetudinis, quæ in Ecclesia S. Mariæ Maioris irrepserat, vt qui primò recipiebantur, præferrentur etiam maioribus in ordine postea descriptis, atque adeò legem illam derogare etiam huic consuetudini, si quæ adest, censendum est, cùm per talem derogationem intelligatur quoque sublata consuetudo futura, vbicumque introducatur, vt per eumdem Abb. *num. 1. §. Item nota*, & in puncto Gratian. *d. dec. 16. num. 7. & 9.* Ex quo fit, vt quamuis consuetudo contra legem aliquando non improbanda esset, illa tamen impræscriptibilis sit, & intolerabilis, quæ derogatet legi abroganti consuetudinem, prout in hoc casu ad tradita per Gratian. *loc. cit. num. 5.* & fusè per Alex. *in l. si mihi, & Tibi, §. vlt. ff. de leg. 1.*

10 Hinc D. Hieronymus *in cap. legimus d. 93.* vti stultam reprehendit aliquorum Ecclesiasticorum consuetudinem, quia maiores præcedere non erubescebant. Nec immeritò: Nam in Ecclesia militanti, quæ instar triumphantis est, non omnes sunt pares in potestate, & officio. Quod minimè cognosci posset, si secundùm maioritatem, ac minoritatem honores, & munera non impenderentur, *c. Ad hoc, d. 89.* Ideòque irrationabilem omninò existere contrariam consuetudinem latè probat Roch. de Curt. *in cap. fin. v. irrationabilis, de consuet.* & Eminentissimus Cardinalis Otthob. *dec. 4. num. 29. cum seqq.* vbi signatè *sub num. 4.* sapientissimè asserit, pugnare cum ratione, ac communi sensu, quòd Diaconus præferatur presbytero, nullamque ait suffragari consuetudinem, quæ tanquam irrationabilis corruptela semper à S. Rituum Congregatione reprobata est, vt *sub num. 36. cum duobus seqq. & sub num. 43.* vbi decreta eiusdem Sacræ Congregationis egregiè commendat. Atque hinc est, quòd Episcopus licèt titularis, si simul sit Canonicus, præcedit omnes alios Canonicos, & Dignitates, tum quoad stallum, tum quoad functiones cantandi Missas, & alia, vt sæpiùs decreuit S. Rituum Congregatio, & dum casus occurrit seruatur, Romæ in Ragusina 22. Iunij 1594.

11 Cæterùm, secluso etiam iure, obseruantia deberet præscribi spatio quadraginta annorum, vt requirit Gratian. *discept. 298. num. 8.* Agitur enim de iure alterius tollendo, Felin. *in d. cap. Statuimus num. 2. post med.* & Rot. *in nou. dec. 6. de consuet.* Immò cùm agatur de actibus facultatiuis, quales sunt, quòd Canonicus ea sacerdotali classe patiatur inferiores sibi præferri, non incipit præscriptio, nisi à tempore prohibitionis, ita vt saltem semel in contradictorio iudicio fuerit obtentum, Gratian. *d. discept. 298. num. 9.* Surd. *cons. 127. num. 23. lib. 1.* Decian. *vbi supra num. 67.* Gregor. XV. *dec. 126. num 5.* Simplex enim tolerantia, & officiosa quædam modestia, qualis potuit esse in aliquibus Classis maioris non sufficit ad inducendam consuetudinem contrariam, Cranet. *d. cons. 96. num. 6. in fin.* Decian. *eo cons. 21. num. 78.* Et ex actu vnius Canonici non infertur, Dec. *cons. 215. num. 2.* Gregor. *dec. 162. num. 12.* Præsertim quando habentur actus contrarij, quamuis vnicus actus, non obstantibus mille in contrarium, plenè probet, dictam consuetudinem non extare, Surd. *cons. 393. num. 23. & seqq.* Greg. *dec. 162. num. 9. & seq.* Nec potuerint Canonici antecessores præiudicare suis successuribus, nec præsentes etiam volentes renunciare, vt in specie, ac prolixè firmat Gratian. *discept. 298. num. 99. & 84. & seqq.* Quod arguit intolerabilem indecentiam, Rot. coram Eminentiss. Otthobono *dec. 149. num. 18.* Greg. *decis. 441. num. 8. & decis. 44. num. 1. p. 7. recent.*

Quod ipsum semper censuit Sacra Congregatio Rituum tam in Ecclesijs Cathedralibus, ac Collegiatis in quibus præbendæ sunt distinctæ, quàm in Collegiatis, in quibus non sunt distinctæ, sicuti liquet ex subiectis declarationibus.

12 *In Albinganen. Canonicos Albinganensis Ecclesiæ, qui prius nullum ordinem sacrum annexum habebant, ex decreto visitationis Episcopi eiusdem Ciuitatis ordinatos, & distinctos fuisse in presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, S. Rituum Congregationi expositum fuit, ac narratum, quòd nonnulli ex prædictis Canonicis in diaconali ordine constituti sub prætextu antianitatis præcedentiam super Canonicos presbyteros prætendunt, & alij in Ordine subdiaconali eodem prætextu Diaconis præcedere contendunt. Quibus auditis.*

13 *Sacra Rituum Congregatio, vt aliàs sæpè, ita etiam nunc declarauit, ordinem in omnibus, maximè autem in Ecclesia, seruandum esse, vt qui digniores in ordine sunt, minus dignis præferantur. Et ideò Canonicos Presbyteros Albinganensis Ecclesiæ Diaconis, & Diaconos Subdiaconis præferendos esse, etiamsi Presbyteri Canonicatum post Diaconos, & Diaconi post Subdiaconos obtinuerint, censuit, & declarauit die 6. Septembris 1603.*

14 *In Lunen. Sarzanen. Sacra Rituum Congregatio iuxta aliàs resoluta respondit, ordinem Ecclesiasticæ Hierarchiæ seruandum esse, vt primum, & digniorem locum obtineant Canonici Presbyteri, secundum Diaconi, tertium Subdiaconi, licèt Diaconi, vel Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros sui Canonicatus possessionem acceperit. Et ita in Cathedrali Lunen. Sarzanen. seruari mandauit, non obstante contraria consuetudine, quam abusum S. Congregatio declarauit die 17. Iunij 1606.*

15 Ac plenissimè *in Tropien. In Ecclesia Tropiensi iuxta formam Concilij Tridentini præbendas fuisse ab Episcopo distinctas in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales S. Rituum Congregationi expositum fuit. Et quia in eadem Ecclesia vigebat, & adhuc viget consuetudo, vt ille Canonicus tam in Processionibus, quàm in Choro cæteris præferatur, qui prius sui Canonicatus possessionem acceperit, qui nulla habita consideratione suæ præbendæ, an sit Presbyteralis, Diaconalis, vel Subdiaconalis, pro parte nonnullorum dictæ Ecclesiæ Canonicorum, qui præbendas Presbyterales obtinent, quæsitum fuit, qui præferendus sit, & digniorem locum tam in Choro, quàm in Processionibus obtinere debeat?*

16 *Sacra Rituum Congregatio respondit, ordinem Ecclesiasticæ Hierarchiæ seruandum esse, vt primum, & digniorem locum obtineant Canonici Presbyteri, secundum Diaconi, tertium Subdiaconi, licèt Diaconi, vel Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros sui Canonicatus possessionem acceperint, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, quam abusum eadem Sac. Rituum Congregatio declarauit die 17. Iunij 1606.*

17 Item in Assisien. Fuit quæsitum, an consuetudo, quæ in Ecclesia Assisien. viget, & in qua præbendæ non sunt distinctæ, quòd priùs admissus in Canonicum, etiam quòd non sit Sacerdos, præferatur posteriori, licèt Sacerdoti, sit seruanda. *Et S. Rituum Congregatio mandauit seruari decretum aliàs factum die 17. Iunij 1606. pro Ecclesia Tropiensi, quando non sunt distinctæ præbendæ die 29. Ianuarij 1628.*

18 Ita etiam in Sulmonensi. Episcopus Sulmonensis volens consulere indemnitati Canonicorum suæ Cathedralis supplicauit declarari quid tenendum circa præcedentiam inter Canonicos Sacerdotes, & non Sacerdotes, stante quòd in sua Cathedrali non sunt distinctæ præbendæ, videlicet, an Canonicus priùs admissus, etiam quòd non sit Sacerdos, præferri debeat Canonico Sacerdoti posteà admisso? *Et S. Rituum Congregatio iuxta aliàs resoluta, respondit, Canonicum non Sacerdotem, licèt prius admissum, cedere debere digniorem locum Sacerdoti posteà admisso die 19. Nouembris 1633.*

19 Neque aliter in Sutrina. S. Rituum Congregatio censuit, respondendum Antonio Venturino Canonico Cathedralis Sutrinæ iuxta aliàs resoluta, hoc est præcedentiam deberi Canonico Sacerdoti supra omnes alios Canonicos non Sacerdotes, etiam quòd sint priùs admissi, non obstante contraria consuetudine, quam aliàs Sacra Congregatio abusum esse declarauit die 12. Decembris 1633.

20 Expressiùs in Vritana. Orta differentia inter duos prouisos de Canonicatu, alterum Sacerdotem, in minoribus, alterum dumtaxat constitutum, sed cùm præuenerit tam in expeditione Bullarum, quàm etiam in capienda possessione Clericus Sacerdotem, prætendens Clericus Sacerdoti præferri in præcedentia, petitum fuit definiri cuinam ipsorum debeatur præcedentia? *Et Sacra Rituum Congregatio iuxta aliàs resoluta in facti contingentia in eadem Ciuitate Vritana respondit, Canonicum Sacerdotem præferendum esse.*

21 Et in Pisaurensi. Iulius Cæsar Caualca Canonicus Pisau-

faurensis supplicauit, declarari ad ipsum spectare præcedentiam, tanquam Sacerdotem, supra alios Canonicos non Sacerdotes, etiam quòd hi possessionem suorum Canonicatuum priùs acceperint. *Et S. Congregatio respondit, præcedentiam hoc casu spectare ad Oratorem Sacerdotem supra alios non Sacerdotes, non obstante anteriori possessione capta per non Sacerdotem.*

22 Pariter in Ripana. Vbaldus Coratia de Monte Prandone Canonicus, & in Sacerdorio constitutus petijt à S. Rituum Congregatione, an sibi competat locus, & præcedentia supra alios Canonicos eiusdem Ecclesiæ, ad Ordines Sacros tamen non promotos, sed de Canonicatu tantùm anteà prouisos? *Eadem Sacra Rituum Congregatio, inhærendo decretis aliàs factis, affirmatiuè respondit die 17. Nouembris 1646.*

23 Præclarè in Theatina. Cùm Sacra Rituum Congregatio aliàs respondisset, præcedentiam competere Francisco Mariæ Panzæ, vti priùs recepto in Ecclesia S. Mariæ de Vasto, Theatinæ Diœcesis, & in Ordinibus Sacris constituto supra Vincentium Nardum, qui renuens parere decreto, fuit ab Ordinario suspensus à Diuinis, & cùm deinde per Breue Apostolicum se ad Presbyteratus Ordinem ante Franciscum Mariam promotum fuisse coram S. Congregatione comprobauerit, institit coram eadem, vt declararet, modò præcedentiam ad se spectare, vti Sacerdotem antiquiorem, & censuras reuocare dignaretur, *Eminentissimi Patres Sacræ Rituum Congregationi præpositi, præcedentiam in Ecclesiasticis functionibus dandam esse Vincentio Nardo, & reuocandas esse censuras, mandarunt die 6. Aprilis 1647.*

24 *Vrbis.* Circa dubium propositum, an Canonicus Collegiatæ in ordine presbyterali constituto, qui tanquam à principio locum habuit supra Diaconos, debeat cedere locum digniorem Canonicis Diaconis prædictis, si posteà ordinentur Presbyteri?

25 *Sacra Rituum Congregatio respondit, nihil innouandum esse, & illum Canonicum debere præcedere, qui priùs tanquam Presbyter præcedentiam habuit, licèt Canonici Diaconi posteà facti sint Presbyteri; quia attenditur prioritas Ordinis, & non Canonicatus. Et ita declarauit die 3. Augusti 1602.*

26 Exquisitè *in Æsyna. Sacra Rituum Congregatio respondit, præbendas diaconales, & subdiaconales in Cathedrali Æsyna non potuisse in casu proposito immutari in presbyterales sine auctoritate Sedis Apostolicæ, ac proindè seruandas esse litteras huius S. Congregationis vsque de anno 1625. emanatas, in quibus præscribitur, præcedentiam dari Canonicis obtinentibus præbendas presbyterales, licèt prouisis post Canonicos obtinentes præbendas Diaconales, & Subdiaconales in functionibus, quæ fiunt non solùm cum vestibus sacris, sed etiam in omnibus alijs actionibus, & functionibus, quæ fiunt cum habitu Canonicali. Et ita omnino seruari mandauit die 11. Nouembris 1641.* Quam præcedentiam eadem Sacra Congregatio extendit etiam ad Coadiutores Canonicorum Presbyterorum 9. Maij 1644.

27 Omnium illustrissimè in Romana. Exposuerunt Canonici sacro presbyteratus Ordine decorati Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres de Rotunda nuncupatæ hactenus intolerabilem irrepsisse abusum, vt nulla in Ecclesiasticis sessionibus, stationibus, ac possessionibus præterquam auctoritatis adeptæ possessionis præeminentiarum ratio habeatur inter Canonicos, qui quidem omnes pari præbenda indiscriminatim gaudent, vtpotè præbendarum distinctio ibi non adsit, immò tum conniuentia, tum literarum Apostolicarum tenore hucusque per simplices Clericos præbendas ipsas detineri posse patet indultum, quamuis aliquos sacris Ordinibus, ac præsertim regali sacerdotio insignitos esse oporteat, ne solemni inhibi silcant, quæ huiusmodi potestatem exigunt, & careat sacrificio, ara, Sacerdote, ac Ministris. Sacra itaque Rituum Congregatio, quòd à Canonicis Clericis pro tempore à die 16. Decembris 1606. qua Sacræ ipsius Congregationis decreto prouisum fuit, nihil pro tunc innouari, quid vel minimum releuans exhibitum sit, vel sola consuetudo ab ipsis Clericis, tunc sub litis initium deducta modernis nouissimè deducenda obueniat, Sacrorum Canonum dispositioni inhærendo declarauit inter pares præbendas obtinentes hierarchicum Ecclesiæ ordinem inconcussè seruandum fore, nullatenus attenta anterioritate possessionis adeptæ, nisi inter æquales ordine, neque tamen consuetudinem illam abrogans, qua alicubi laudabiliter inductum reperitur. Etenim ipsa præbendati ad susceptionem Sacrorum Ordinum nedum aliciuntur, sed suauiter impelluntur, vt qui primò ordinatus gradum Ordinis semel ascenderit ab antiquiori præbendato pari ordine postmodum insignito, ne stallo pellatur, immò ius prælationis semel adeptum nunquam amittat. Itaque Presbyteros Diaconis, Diaconos, Subdiaconis, Subdiaconos Clericis præferendos esse, tametsi præbendæ Sacrum Ordinem non desiderent, prout in Collegiata prædicta seruari mandauit, quauis etiam immemorabili consuetudine non obstante, quam abusum vocat die 29. Martij 1659. Vnde aduerto, quod licèt anno 1606. fuerit hæc causa in eadem Sacra Congregatione proposita, nihil tamen fuit resolutum, sed tantùm dictum, pro nunc nihil esse innouandum, quam deinde dicta die 29. Maij 1659. resoluit. Idem iudico de prouisione Visitationis Apostolicæ pro Ecclesia S. Hieronymi Illyricorum.

In Canonicis verò eiusdem Ordinis attenditur tem- 28
pus, quo fuerunt prouisi de Canonicatu, non autem susceptorum Ordinum Sacra Congregatio Episcop. & Regular. in Alerien. 8. Augusti 1601. Vnde Cardinales Diaconi si transferantur ad titulum presbyteralem, præcedant alijs presbyteris post eos ad Cardinalatum promotis, Clemens VIII. Constitut. 48. Sanctissimus.

Et inter Canonicos eiusdem Ecclesiæ tam Cathedralis, 29
quàm Collegiatæ ratione doctoratus, nulla datur præcedentia, sed solùm ratione dignitatis, ordinis, vel antiquitatis, vt sæpiùs à S. Congregatione decisum testatur Barb. *de Canon. cap. 18. num. 5.*

Multò magis Canonici Cathedralis Ecclesiæ, licèt 30
non sint Doctores, in Congregationibus, & vbique præferendi sunt Presbyteris non Canonicis, licèt sint Doctores, Sacra Rituum Congregatio in Bituntina 9. Iannarij 1608. Idem quoque, stante consuetudine, dicendum videtur de Canonicis Collegiatarum respectu aliorum Presbyterorum, nisi adesset consuetudo in contrarium Sac. Congregat. Episcopor. in Minerbinen. 26. Aprilis 1600.

Ex quibus correctum manet decretum Sacræ Con- 31
gregationis Concilij in Pharensi 21. Decembris 1570. in quo habebatur, quòd Episcopus auctoritate decreti Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 19.* immutare non debeat consuetudinem immemorabilem contra *dict. cap. statuimus, de maior. & obed.* vt Canonici Diaconi, & Subdiaconi præferantur Canonicis Presbyteris, sed in hoc seruetur sententia S. Congregationis super Episcopos, quæ talis est.

Episcopo Regiensi. *Questi Illustrissimi Signori, preso il parere della Congregatione del Concilio, hanno risoluto, che quanto all' assignatione degli Ordini Sacri, che si dee fare alle prebende di cotesta Chiesa secondo la forma del Concilio, intendendo il conseglio de' Canonici, il quale però non è obligato di seguire, e se per manco trauaglio V. S. assegnasse l'ordine presbiterale à quelle prebende, che ora sono possedute da Canonici Sacerdoti, questo sarà conforme al parere della Congregatione, mà pure, e nelle sacerdotali, e negli Ordini Sacri V. S. facci secondo giudicherà maggior seruitio di Dio. Quanto alla precedenza de' Canonici, ancorche il cap. statuimus, de maior. & obed. voglia, che s'attenda la prerogatiua degli Ordini Sacri, come si fà anche nel nostro Collegio de' Cardinali, tuttauia, se la consuetudine è in contrario, secondo l'opinione de' Dottori, questa vale. Mà per trouar temperamento buono, si è pensato, come si è fatto ancora altroue per ridurre le cose a termine conueniente, che sarebbe bene, che V. S. facesse vn decreto senza pregiudicio de' Canonici viuenti, che per l'auuenire s'attenda da quelli, ch'entreranno la prerogatiua degli Ordini, che hauranno, conforme a' Sacri Canoni. Il Matutino non è bene dirlo la sera, se non in certi pochi giorni particolari, come si fà ordinariamente in tutte le Chiese. E però volendo V. S. in questo dar sodisfattione à cotesti Canonici, potrà permettere, che lo dichino la mattina subito leuato il Sole, die 11. Maij 1581.*

Prædicta verò non procedunt, quando cætera non 32
sunt paria. Vnde Prælati subditis, Dignitates Canonicis præferuntur, licèt posteriùs ordinati, vel recepti.

Hinc

Hinc Sacra Rota indecorum, & indecens esse censuit, quod Canonici Portionarijs celebrantibus inseruiat pro Diacono, & Subdiacono. Quia maior noo debet seruire minori, apud Farinac. *p.1. decis.416.* Et si Portiones sint Dignitatibus perpetuæ vnitæ, Dignitatea non teneantur ad seruitia portionum, secus si ad vitam, nisi adsit sententia per Sedem Apostolicam confirmata ex Sacra Congregat. Concilij.

33 Canonici quoque Ecclesiarum Collegiatarum insignium præferuntur Canonicis Collegiatarum non insignium, licèt sint posteriores in erectione, & creati absque vllius præiudicio. Eò enim ipso, quòd Ecclesia est effecta insignia, gaudet priuilegijs Ecclesiarum insignium, ea Sacr. Congregatione relata per Barbos. *in collect. ad cap. Ex transmissa 133. de verb. signif. num.3. in fin.* Cæteris verò paribus attenditur tempus erectionis, S. Congreg. Episcop. in Nolana 29. Maij 1601.

34 Quare si Canonici non obtinuerint suum locum in processionibus, alijsue actibus, non incurrerint pœnas contra non accedentes inflictas. Ita rescripsit Sacra Congregatio Episcop. in Pharensi die 28. Aprilis 1574. cuius hæc sunt verba. *Questi Signori, i quali hanno veduto il processo, e gli atti fatti della Corte di V. S. contro Monsignor Brumante per la inobedienza, e contumacia, che si pretendeua contro di lui non essendo venuto alla processione intimatagli per parte di V. S. sono di parere, che non si sia potuto giustamento molestare, essendo le cause, ch'egli allegaua dell'impedimento del predicare il giorno seguente, e di non hauerli determinato luogo conueniente al suo grado, legitime, e ragioneuoli di non poter' essere astretto ad interuenire alla detta processione. E però hanno risoluto, che V. S. debba riuocare, & annullare quanto hà fatto contro di lui. E per leuar simili disordini, venendo occasione d'atti publici, ne' quali detto Monsignor habbia da interuenire, portando egli la persona di Protonotario, e disgiuntamente dal Protonotariato luogo di Preposto, hanno similmente risoluto, che come à Protonotario in ogni luogo gli dij il luogo appresso di se, e comparendo poi, come Preposto col suo Clero gli dij quel luogo, che si conuiene alla dignità, e Chiesa sua, distinto da gli altri, mettendosi egli in capo di detto suo Clero.*

CONSVLTATIO LVI.

An Clerici, siue Presbyteri, qui nullum obtinent beneficium, vel officium, residere cogantur, vel saltem à Diœcesi non discedere sine licentia Ordinarij? Vbi etiam de eorum seruitio?

1 AFfirmatiuè respondendum videtur per textum *in cap. Non oportet, de consecrat. d.5.* quod est Concilij Laodicensis *cap.41.* ibi: *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet Clericos preter iussionem Episcopi ad peregrinandam proficisci*, ibique Gloss. per quam refert Hostien. *in summ. de cler. non resid. §. Qualiter, vers. sed verum est*, quòd Clericus, etiam non beneficiatus, ne peregrinationis quidem causa sine Episcopi sui licentia abesse potest. Id quod prosequitur Villad. *de leg. part.2. quæst.2. num.6. argument. l. Illud, ff. de offic. Præsid.* & Abb. *in cap. vnic. de Cler. peregr.* Ita, vt ne possint quidem sine licentia sui Episcopi accedere ad Vrbem pro lucrando Iubilæo, vt tradit Boss. *de Iubil. sect. 4. cas.22. §.5. num.48.* asserens grauiter peccare. Quia cum Clerici sint addicti ministerio altaris, ne diminueretur cultus diuinus, necessaria fuit talis prohibitio.

2 Contraria tamen opinio est verior. Nam si Clericus ratione beneficij simplicis non potest cogi ad residendum propter generalem totius Orbis consuetudinem, de qua Glos. *in cap. Cum omnes, de Constitut. & cap. Dudum 2. de elect.* Alex. *consil.1. vol.7.* Felin. *in cap. Dilectus 2. col.1. de rescript.* Ferrett. *consil.112. num.1.* Imol. *in cap. fin. num.9. de Cler. non resid.* & ibi Abb. *num.3.* Ioan. Selu. *de benef. p.4. quæst.1.* Nauar. *in summ. cap. 25. num.121.* Gonzal. *in regul.8. Cancel. glos.5. num.80. & glos.15. num.26.* Mandos. *in regul. 1. Cancel. quæst. 13. num.7. & seq. in 2. edit. & de signat. grat. tit. de dispens. de non. resid. vers. beneficia omnia, & de monit. quæst. 39.* & ad Lapum *alleg.117. litt. D.* Azor. *tom.2. lib.7. cap.3. quæst.1.* Rot. *dec.483. num.2. p.1. diuers.* alijque communiter ea Garzia *p.3. cap.2. num.4. & seqq. signatè num.9.* vbi ait, sic fuisse decisum à Sacra Congregatione, asserente, Episcopum non posse cogere obtinentes beneficia simplicia aliquod personale seruitium suis beneficijs impendere, cùm ea antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine non nisi ad Officium recitandum teneantur. Nec item fuit mens Pij V. in Bulla de residentia edita 8. Iulij 1568. incip. *Cupientes*, cogere habentes beneficia simplicia in eis residere. Ergo multò minus, quando non obtinent beneficium. Item quia in Ecclesijs non Curatis Clerici non possunt prohiberi, ne quò velint, pergant, Cardin. *in cap. super inordinata, de præb.* Lap. *alleg.5. num.8.*

3 Atque ita censuit Sac. Congregatio Concilij die 21. Ianuarij 1574. *ad sess.6. cap.8. de reform.* cùm hac tamen limitatione, nisi talis Clericus sit adscriptus alicui Ecclesiæ, in qua se exerceat, vel habeat beneficium requirens personale seruitium, *ex sess.23. cap.6.* aut aliter statuto loci ab immemorabili tempore prohibeatur. Idem censuit, & Sac. Congregatio Episcoporum *in Senogallien.* 19. Augusti 1579. *in Ciuitate Ducali* 6. Septembris 1593. *in Ostun.* 20. Ianuarij 1616. & eadem S. Congregatio Concilij *in Tarracinen.* 19. Februarij 1628. & *in Ariminen.* cuius verba sunt ista: *Clericus, qui certo loco non est adscriptus, ab Episcopo suo inuitus retineri non potest, ne à sua Diœcesi recedat, & alibi Parochialem accipiat; adscriptus verò retineri potest inuitus*, die 5. Decembris 1574. Itaque si sint adscripti seruitio alicuius Ecclesiæ, non poterunt discedere absque licentia sui Episcopi, iuxta Concil. Trident. *dict. sess.23. cap.16.* vbi decernitur, quòd tales non debent locum deserere, inconsulto Episcopo, id est sine consensu Episcopi, prout hæc verba exponuntur *in cap. admonet de renunc. & in cap. Cùm & plantare, §. in Ecclesijs de priuil.* Quòd si deseruerint, sacrorum exercitium est eis interdicendum ad præscriptum sacri Canonis Concilij Calcedonensis, qui refertur *in can. neminem 70. d.* & à Tridentina Synodo innouatur *dict. cap.16.* Vnde admonet Fagnan. *in dict. cap. Admonet de renunc.* cauendum esse à modernis collectoribus *in dict. cap. Admonet num.7.* de Barbosa intelligit, dum alija relatis, dixerunt, presbyteris, & clericis non habentibus beneficium in titulum personalem residentiam requirens, licitum esse ire quo velint, & ordinarium teneri eis litteras commendatitias concedere. Quod est contra præciratum Concilij decretum. Si autem nulli Ecclesiæ inseruiant, poterunt ad libitum absque alia licentia discedere, cùm sint sui iuris, nec alicuius seruitio obligati sint, cùm nullum obtineant beneficium, quod aliquo egeat seruitio. Et in hanc sententiam olim propendisse Sacram Congregationem Concilij, testatur idem Fagnanus *loc. cit. num.37.*

4 Limita etiam, quando necessaria esset persona Clerici absentis ad vtilitatem alicuius Ecclesiæ in Diœcesi. Quo casu assignari debet illi congrua sustentatio. Et ita Sacra Congregatio Episcoporum respondit Episcopo *Cotronensi* die 19. Octobris 1592. & sæpè alibi. Tunc enim non solùm potest Episcopus ei denegare dimissorias, sed etiam illum cogere ad redeundum per sequestrationem patrimonij, ea eadem Sacra Congregatione Episcoporum locis allegatis.

Limita secundò, quando extaret contraria consuetudo à S. Congregatione approbanda, vt in hac declaratione. *Sacra, &c. præuia matura discussione, & vtraque parte informante, censuit, seruandam esse ex causis deductis consuetudinem, ab hac Sac. Congregatione approbatam, vt Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & alij Clerici, etiam non habentes beneficia, & officia, accedant ad possessiones publicas inseruiant Ecclesiæ festis diebus cum Missa cantata celebratur, & interueniant lectionibus, & Congregationibus casuum conscientiæ, & Cæremoniarum. Die 6. Iulij 1647.*

5 Prima verò sententia procedit de iure antiquo, quod per consuetudinem vniuersalem abrogatum est. Vel de consilio, non de præcepto. Nec enim in iure nouum est, quòd consilia magis dentur, quàm vt aliquid præcipiatur, & quod interdum suadeatur aliquid, non verò præcisè requiratur. Exempla sunt in *l. de consuetudine 24. de legib.* iuxta doctrinam Donelli. Item *in l.19. de negot.*

gest.

Digitized by Google

gest. in l.1. de inoffic. test. l. is, qui destinauit 24. de rei vind. l.15. de transact. ibi: Consultius est vbi notat Corras. *lib.* 21. *§.9. ad l.Iul. de adult. l.3. C. de piga. c.1. caus.*28. *q.1. & c.32. qu.7.*

6 Hinc huiusmodi limitationibus saluis, licèt Clerici habeant beneficium simplex, possunt tamen Ordinarij eos hortari, non cogere ad frequentandam Ecclesiam, & Chorum, nisi aliundè essent obligati, putà ex fundatione, vel consuetodine. Quam ob rem Sacra Congregatio Episcoporum, edictum Episcopi, quòd Clerici deseruirent omnibus Missis Cathedralis suspendit in vna *Fundana* die 18. Septembris 1648. Multòque minus prohibere potest eis sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, ne exeant è loco sine licentia, eadem S. Congregatio 28. Nouembris 1603.

Quod etiam rescripsit eadem Sacra Congregatio Episcopo Puteolano his verbis: *Si è trattato nella Sacra Congregatione dell' instanze, che fanno molti Sacerdoti di Pozzuolo per non esser astretti da V. S. à seruir nella Chiesa Catedrale, nella quale dicono di non hauer beneficio alcuno, e di potere anco partirsi da Pozzuolo, e dalla diocese, oue non hanno beneficio Curato, nè di residenza, essendosi anche considrratte le risposte di V. S. si è risoluto di scriuerle, che ella non può sforzare questi Sacerdoti à seruire contro à lor voglia in detta Chiesa, e molto meno à portargli la coda, nè anche conuiene di negar loro indistintamente di licenza di vscire dalla diocese, quando non hanno obligo la residenza. E però sarà bene, che ella veda con buon modo di riacquistargli, e dar loro qualche sodisfattione, acciochenon habbiano occasione di volersi partire, e procurando loro qualche emolumento, affinche seruano in detta Cattedrale, come ella desidera. E Iddio la conserui. Di Roma a' 2. di Ottobre del* 1606.

Et iterùm Vicario Capitulari Puteolano per hæc verba: *Si duole cotesto Clero, che non ostante l' ordine di questa Sacra Congregatione dato insin dell' anno* 1606. *sotto a' 2. di Ottobre, che cotesto Ordinario non habbia da sforzare que' Sacerdoti, ò Chierici, che non hanno alcun beneficio à seruire alla Chiesa Cattdrale, nè conuenga di negar loro la licenza di andar fuori di Diocese, quando non tengono obligo di residenza; hora si pretende da voi di far l' vno, e l' altro. Onde questi Eminentissimi miei Signori mi hanno commandato di scriuerui, che senza innouar cosa alcuna in questo proposito, vi contentiate onninamente dell' esecutione della lettera sudetta. Eseguite, e state sano. Di Roma a'* 25. *di Nouembre del* 1652.

7 Ij autem, qui sunt adscripti seruitio alicuius Ecclesiæ in sua ordinatione, possunt ad eidem inseruiendum cogi, maximè verò festis diebus. Quòd si seruire recusent, priuilegio fori priuati declarandi sunt. Qui verò non sunt adscripti, debent ascribi secundùm necessitatem Ecclesiarum, & cuiusque satisfactionem. Et si recusent, debent, vt supra, declarari. Si tamen sunt pauperes, sufficiet, quòd seruiant diebus festis. Ita Sac. Congregatio Episcoporum *in Monopolitana* 24. Octobris 1589. Non seruientes autem post debitas monitiones priuari debent habitu, & priuilegio clericali, vt censuit S. Congregatio Episcoporum *in Cathacen.* 3. Augusti 1592. & *in Caietana* 22. Ianoarij 1569. ex Concilio Trident. *sess.*23. *cap.*6. hoc est, amittunt dumtaxat priuilegium fori, ex S. Congregatione apud Dian. *p.*1. *tract.*2. *resol.*36. Quòd si ter moniti à suo Prælato habitum clericalem non deferant, amittunt etiam priuilegium Canonis, itaut percuti possint sine excommunicatione, *cap. In audientia* 25. & *cap. Contingit* 15. *de sentent. excomm.* Si verò priuati pœniteant, & seruire velint, redintegrari debent, eadem Sacra Congregatio *In Vritana* 3. Iulij 1590. Non tamen approbatur pœna pecuniaria contra simplices Clericos, qui etiam in festis omittunt inseruire, eadem Sacra Congregatio *in Caietana* 18. Februarij 1596. & 18. eiusdem 1656. Nec pro pecunia eximi debent à seruitio, eadem S. Congregatio *in Cathacen.* 3. Februarij 1640. & 16. Augusti 1641.

8 Sacra verò Congregatio Concilij Tridentini censuit, eos, qui ordinatur ob necessitatem Ecclesiæ, cui adscribuntur, *ex cap.*16. *sess.*23. licèt ex tali descriptione non acquirant ius ad participandas distributiones, æquum tamen esse ex ipso Ecclesiæ seruitio stipendium aliquod mereri. Ita in vna *Bellunensi*. Quare fuit concessum Episcopo *Cathacensi*, die 7. Iunij 1636. vt detrahere posset septem grana quolibet mense ex immunitatibus cuiusque Clerici, & ex ijs stipendium constituere Clericis seruientibus. Non enim gratis seruire cogendi sunt, nè illi quidem Ecclesiæ, cui adscripti sunt, Sac. Congregatio Episcoporum sub die 4. Maij 1619.

Hoc igitur stipendio constituto, poterunt cogi iuxta sequens decretum. *Die* 13. *Ianuarij* 1634. *S. Congregatio Cardin. Concilij Trid. Interpretum respondit, Episcopum aliquo emolumento, seu stipendio iuxta qualitatem loci, & Ecclesiæ constituto, posse Clericum ad personale seruitium ipsi Ecclesiæ præstandum compellere.* 9

Et die 23. Augusti 1631. in vna *Naxien. Sacra, &c. Si Sacerdotes ad seruitium Ecclesiæ Cathedralis, seu Metropolitana in ipsa Ordinum susceptione adscripti vigore decreti prædefunctorum Archiepiscoporum hactenus exequutioni demandati eidem Ecclesiæ seruitium præstare consueuerint; nec non patrimonia, ad quorum titulum sunt ordinati vnà cum reditibus extraordinarijs, qui ex ipsa Ecclesia percipiuntur, ad honestam ipsorum sustentationem sunt sufficientia, posse vtique à suo Archiepiscopo compelli ad præstandum seruitium, quod eiusmodi Ecclesia necessitas, vel vtilitas requirit.* 10

Item, si patrimonium illorom vnà cum sopradictis reditibus extraordinarijs Ecclesiæ sit ad victum sufficiens, & Episcopus aliàs solemniter celebrare non possit, vtique ad ita inseruiendum cogi posse, respondit eadem S. Congregatio *in d. Naxien. ad* 3. *dub.* 11

Ad processiones verò non tenentur, nisi obtinentes beneficia, vel officia Ecclesiastica, iuxta opinionem Archid. & Doctorum *in c. quando d.*36. & Sac. Congregationis Concilij in vna *Cauen.* anno 1592. his verbis: *Congregatio Concilij censuit, Episcopum posse compellere Canonicos, & alios Presbyteros, beneficia, & alia officia Ecclesiastica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quascumque Processiones publicas, vel indictas pro honore, vel bono publico.* Quod desumitur ex *text. in cap. nimis, de excess. Prælat.* vbi plenè Doctores, traditque Ricc. *decis.*90. *& in collect.*882. Proceditque etiam in omnibus Clericis quantumuis exemptis, ac in Diœcesi, in qua resident, tenue beneficium possidentibus, vt per Farinac. *in collect. decis.*179. Nullum verò habentes beneficium, vel officium, non possunt compelli, maximè cùm Ecclesijs non inseruiant, vt declarauit eadem Sac. Congregatio die 7. Februarij 1632. & notat Nouar. *in Summ. Bullar. tit. de process. num.* 14. Immò verba primi decreti non videntur includere Clericos in minoribus, sed solùm Canonicos, & alios Presbyteros, nomine enim Presbyteri non includitur Clericus; secùs verò si in eo diceretur, Canonicos, & alios Clericos. Tunc enim nomine Clericorum includerentur omnes Ecclesiasticæ personæ, *cap. Cleros, d.*21. Sed tamen Sacra Congregatio super Episcopos decreuit, omnes Clericos iuxta verba generalia decreti Concilij Tridentini *sess.*23. *cap.*13. teneri, præsertim vbi viget talis consuetudo. 12

Pro corroboratione autem eorum, quæ dicta sunt, & contra præcepta Episcoporum de accedendo ad Chorum saltem Cathedralis, quando ipsi pontificaliter functiones faciunt, aduertendum est primò, quòd si non constet de adscriptione ad seruitium Cathedralis, quæ fieri debet tempore collati Ordinis, illa fieri ampliùs non potest ex declaratione Sac. Congregationis in impressis *ad cap.*16. *sess.*23. *de reform. num.*1. & apud Garz. *de benef. p.*2. *cap.* 5. *num.*101. 13

Secundò, quod Concilium *dict. c.*16. renouans vsum adscribendi, non intendit onus seruitutis imponere, sed assignare tantùm certam Ecclesiam, vbi quisque ordinatus fungatur muneribus sui Ordinis, neue dicatur incertis, sedibus vagari, ponderatis præsertim verbis illis: *Vbi fungantur muneribus sui Ordinis*, quæ denotant causam finalem, & regulant dispositionem, *cap. illam*, ibique Butr. & alij *de præscript.* Surd. *dec.*95. *num.*28. & Rot. *dec.* 224. *num.*10. *p.*5. *rec.* 14

Tertiò, quòd si ex Concilio adscriptio fit ad finem exercendi functiones cuiusque Ordinis, antequam dentur alij superiores Ordines, talis obligatio cessat in Sacerdotibus, qui superiorem Ordinem non expectant. Et hos cogere nequeunt Episcopi, quia non habent officium, vel beneficium: Vndè neque cogi possunt tempore functionum Ponti- 15

ti-

Digitized by Google

tifi-alium, quia tunc deseruire debent tantùm Canonici, ex dispositione Concilij *sess. 24. de ref. cap. 12.* & ex forma Cœremonialis.

16 Quinto, quod propter respectum nun imponendi noua onera, qu S. Congregatio Concilij improbauit etiam habentibus beneficia, præter imposita ex lege fundationis, vel ex consuetudine, vt in declarationibus generalibus, bis verbis: *Sacra, &c. sæpius censuit, Episcopum non posse nouum onus beneficio imponere, sed tantum curare debere, vt si quod illo ex lege fundationis, aut ex legitima consuetudine incumbit, exactè adimpleatur.*

17 *In Bitteten. die 7. Martij S. Congregatio respondit, noua onera non posse ab Episcopo imponi beneficio authoritate ordinaria.*

Eadem Sacra Congregatio cum debita discretione procedendu non grauauit accedere ad solemnes Processiones, in quibus cum maiori pompa Ecclesia incedit, Clericos ratione adscriptionis, sed tantùm habentes officium, vel beneficium, vt in impressis *ad cap. 13. sess. 25. de regul. num. 6.* & in alijs tam Congregationis Concilij, quam Episcuporum, ac Rituum, per hæc verba: *Petitum fuit nomine Episcopi N. an Presbyteri, & Clerici omnes cogi possint sub pœnis accedere ad Processiones? Die 26. Aprilis 1636. Sac. Congregatio Concilij censuit, non posse cogi, nisi habeant beneficium, aut officium.* Multò minus causa est illos grauandi inseruiendu Choro, occasione Pontificalium functionum, ad quod expresse iam declaratum est, illos non teneri, sed hortandos esse, non cogendos.

18 Sextò, quòd tantùm abest, Concilium intellexisse grauare huiusmodi Clericos ad seruitium Ecclesiæ, cui adscripti sunt sine vllo præmiu, vt *in cap. 17. eiusdem sess.* disposuerit, quòd etiam in casibus exercendi functiones proprij Ordinis assignetur aliquod stipendium.

18 Septimò, quòd nulla maior ratio militat in coactione huiusmodi Clericorum ad seruitium tempore functionum Pontificalium, cessante necessitate, quàm in coactione in omnibus alijs diebus. Cogere autem ratione adscriptionis ad continuum seruitium, esset nouum onus, ac contra declarationes eiusdem Sac. Congregationis. Nam cùm quæreretur, an quis possit cogi, vt gratis inseruiat illi Ecclesiæ, pro cuius vtilitate, vel necessitate assumitur? S. Congregatio censuit, *non posse*. In causa Indiarum dubitatum fuit, an ob Sacerdotum penuriam, & ob periculum, ne pupuli Græcorum schismaticorum sacra audiant, & ad eorum ritum se transferant Sacerdotes pro Ecclesiæ necessitate, & vtilitate assumpti, & ad titulum patrimonij ordinati teneantur suis stipendijs sacra facere, & ijs recusantibus, Episcopi per censuras possint compellere? Die 18. Martij 1628. Sacra Congregatio mandauit scribi Episcupo, quòd in casu necessitatis cogat, sed cum discretione.

20 Octauò, quòd etiam respectu eorum, qui habent beneficium, est agendum cum debita discretione, & distinctione. Quia si quis habeat plura beneficia simplicia in diuersis Diœcesibus, non poterit interesse, nisi vno loco. Et si etiam in eadem Ciuitate extra Cathedralem, accedere ad Cathedralem pendebit ab eo, quòd illa hora non sit occupatus circa seruitium proprij beneficij, quod præponendum est, & certum est, quòd istis non possunt imponi onera seruitij personalis, ex declaratione Sac. Congregationis apud Gonzal. *ad regul. Cancel. glos. 5. num. 8.* & Piasec. *in prax. Episcop. tit. de visit. benef. simpl. num. 32.*

21 Placet denique adscribere verba Sacr. Congregationis super Episcopis, & Regularibus, quæ sunt ista: *Cum aliàs sub die 20. Nouembris proximi præteriti Sac. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita in quadam differentia inter R. Archiepiscopum Ragusinum, & Confraternitatem Sacerdotum eius Ciuitatis, decreuit vt infra, videlicet: Sacra Congregatio, auditis quæ nomine R. Archiepiscopi Ragusini, & Confraternitatis Sacerdotum eiusdem Ciuitatis proposita fuerunt occasione quorundam decretorum aliàs ab eadem Sacra Congregatione sub datum Romæ die 2. Octobris 1595. editorum, & visis eorum hinc indè deductis scripturis, & facta relatione per Illustrissimum D. Cardinalem Burghesium, cui negotium commissum fuerat ad referendum, censuit, & decreuit, prædicta decreta moderanda, & declaranda esse hoc, qui sequitur modo, videlicet, Congregationes huiusmodi eorumdem Sacerdotum fieri debere in solito Archiepiscopali Palatio, sed Archiepiscopum, seu eius Vicarium non posse, nisi pro tollendis, & sedandis discordijs eiusdem Congregationibus interesse. Numerum vero Mansionariorum aliàs ad decem reductum, & decretum super hoc factum esse approbandum, & confirmandum, ipsos tamen Sacerdotes, & Clericos Confraternitatis, seu Consortij cogi non debere, vt teneantur interesse Diuinis Officijs, sed placet, vt Archiepiscopus eos hortetur, vt illis intersint saltem solemnioribus diebus festis. Cæteris in primo antedictis decretis firmis remanentibus. Et ita exequi mandauit die 20. Nouembris 1601.*

CONSVLTATIO LVII.

An à decreto Episcopi, quòd celebretur matrimonium, possit appellari ad Metropolitanum? Et quid si Episcopus procedat etiam vti Delegatus?

Affirmatiuè respondendum censeo. Ratio præcipua est, quia verè hic non agitur de causa ex 1 maioribus, nihilque refert, quòd Episcopus procedat, etiam vti Delegatus. Equidem quod ad primum, ad effectum, vt appellari nequeat ad Metropolitanum, maiores causæ dicuntur eæ tantùm, quæ in iure Canonico sunt expressè, nempè quæstiones Fidei, Sacramentorum, & huiusmodi, vt *in cap. Maiores, de baptism.* & per Glos. *in cap. Quod translationem, de offic. leg.* sicut in puncto respondendo simili obiectioni, quòd in causa matrimoniali appellari non possit ad Legatum de Latere, firmat Gambat. *de offic. & potest. Leg. lib. 2. tit. de var. Ordinar. nomin. num. 191. & seq.* subdens, ineptè dici, quòd causæ matrimoniales sint tales; quia, licèt certa ratione sint maiores, tamen verè non sunt maiores quoad casum nostrum.

Neque obstat, quòd agatur de fœdere. Nam circumstantia ista nihil aliud operatur, nisi quòd causa sit spiritualis. At non indè sequitur, quòd sit de maioribus. Tria enim sunt causarum genera, maiorum, mediarum, & inferiorum, vt egregiè docet Host. *in cap. fin. num. 12. cum seq. de crim. fals.* Maiores propriè sunt illæ, quæ Sedi Apostolicæ sunt reseruatæ, vt *in cap. Quod translationem*, ibique Glos. *de offic. Leg.* Mediæ sunt spirituales, & Ecclesiasticæ, exceptis maioribus. Inferiores sunt profanæ. Ostenditque *num. 15.* dissonantiam inter maiores, & medias præcisè quoad appellationem. Et cum hac doctrina transit Anan. *eo loco num. 5.* Gambar. *vbi supra num. 190.*

Itaque non sufficit, causam esse spiritualem ad hoc, vt 3 dici possit de maioribus, talisque naturæ, vt per appellationem deuolui nequeat ad Metropolitanum, sed opus etiam est, vt sit de reseruatis Apostolicæ Sedi adeò, quòd inferiores non possint se ingerere, nè in primam quidem instantiam, & quoad eas comprobatum est, quòd non appellatio, sed natura ipsius causæ operatur deuolutionem ad Curiam, iuxtà celebrem Glossam *in cap. Quamuis, v. Qualibet, in fin. de elect. in 6.* & afferunt Doctores *in cap. Vt debitas, de appel.* atque expressè decernit Sac. Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 20.* vbi à decreto de primis instantijs excipit solùm causas, quæ iuxtà Canonicas Sanctiones in Curia tractandæ sunt.

Notum est autem, quòd de matrimonialibus, licèt 4 agatur de fœdere, cognoscunt in prima instantia Episcopi, nedum ex dispositione Sac. Concilij Tridentini loco allegato, sed anteà ex decreto Lateranensi sub Leone X. quemadmodum hoc præcipuo argumento vtitur Gambara superiùs adductus *num. 189.* Quòdque omnes causæ, quæ in prima instantia cognoscuntur ab Episcopis, possint in secunda cognosci à Metropolitanis, tradunt Barbos. *de potest. Episcop. p. 1. tit. 4. de Archiepisc. præst. num. 63.* Ventrigl. *in prax. for. Eccles. tit. de iurisdict. Archiepiscop. in suffrag. annot. 49. §. vnic. num. 2.* Et in puncto, quòd causæ matrimoniales in gradu appellationis deuoluantur ad Metropolitanum supponit extra dubium, Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 4.* & Pontius *eod. tract.*

Digitized by Google

tract. lib. 5. cap.10. num. item 10. ac Sperell. *dec.* 139. *sub princ.*

5 Minusque releuat, quòd Episcopus processerit ad decretum etiam vti Delegatus, ac proindè appellandum esse ad Delegantem. Nam certa est distinctio, quam sequitur Sac. Congregatio Concilij, quòd scilicet aut materia, super qua emanauit decretum talis est, vt Episcopus procedere non potuerit, nisi iure delegato, & tunc verum est, quod appellatio non datur, nisi ad Delegantem: aut verò procedere poterat vtroque iure, nempè delegato, & ordinario, & appellatio datur ad Metropolitanum; atque ita eandem Sacram Congregationem respondisse semel, ac iterùm anno 1565. refert D. Fagnanus *in cap. Ad audientiam* 1. *num.*46. *& seq. de Eccles. ædif.*

CONSVLTATIO LVIII.

1 *An Parochi Religionis Hierosolymitanæ, curam animarum sæcularium exercentes in ijs, quę dictam curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, subsint absolutè visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi.*

2 *An Episcopus præfatorum Parochorum Ecclesias visitare possit, & ab ipsis procurationem exigere?*

3 *An ius deputandi, & amouendi huiusmodi Parochos in Ecclesiis dependentibus, vel annexis Pręceptorijs, siue Commendis eiusdem Religionis, liberè competat ipsis Commendatariis, seu Præceptoribus, reseruata solummodò Ordinario loci facultate eos examinandi, & approbandi.*

4 *An possit Episcopus Presbyterum, quem tanquam idoneum ad curam alicuius ex prędictis Ecclesiis approbauit, iterùm nouo examini pro eiusdem Ecclesię cura subiicere?*

5 *An prędicti teneantur ad contributionem Seminarii, & Cathedratici, siue Synodatici, & Charitatiui subsidii? &*

6 *An teneantur accedere ad Synodum?*

1 AD primum quod attinet, affirmo ea Sac. Concilio Tridentino, idque non obstantibus quibuscumque priuilegijs, vt expresse disponitur *in cap.*3. *sess.*6. *& cap.* 4. *sess.*14. *de reform.* vbi ampliatur facultas Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, corrigendi, & castigandi, etiam extra Visitationem, non obstantibus quibuscumque exemptionibus, & consuetudinibus.

2 Neque obstat Constitutio 136. san. mem. Pij V. in Bullario nouo §.4. *&* 5. Quoniam redacta est ad terminos Sacri Concilij Tridentini à Gregorio XIII. *Constitut.*67. §.2. ibi: *Pij V. litteras super eorundem confirmatione emanatas, &c. ad prædicti Concilij decretorum terminos reducimus, ac redacta esse, nihilque ex ipsis priuilegijs, &c. Ordinarijs locorum detractum esse, &c. Et Militum Vicarij, Capellani, Ministri, Seruientes, Coloni, &c. etiam extra Visitationem puniri, & corrigi possint, ipsorumque Ordinariorum iurisdictioni plenè subiecti existant, &c.* Quam Gregorij XIII. Constitutionem præseruauit etiam Gregorius XIV. *const.*5. §.10. vbi etiam expresse subiungitur de Ecclesijs, & personis in ijs, quæ ad curam animarum pertineat decreta Concilij Tridentini omninò seruari debere. Idemque mandarunt Clemens VIII. *in Constit. confirm. priuil. Relig. Hierosol.* sub die 27. Iunij 1592. impressa post stabilimenta dictæ Religionis *fol.*92. *& seqq.* & Paulus V. *in Constitut.* sub die 1. Septembris 1505. impressa ibidem *fol.*101.

3 Atque ita sæpiùs declarauit Sac. Congregatio Concilij, de quo alibi, & decreuit san. mem. Gregorius XV. *Constit. incip. Inscrutabili*, edita nonis Februarij 1622. non obstantibus quibuscumque, &c. in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, &c. etiam S. Ioannis Hierosolymitani.

4 Minus obstat, quòd Episcopus non debeat extra Visitationem corrigere, & punire huiusmodi Parochos. Id namque est contra decretum Concilij Trid. *sess.*24. *cap.*4. *de ref.* Nec refragatur Constitutio Gregorij XIII. 67. §.2. Sed potiùs suffragatur Episcopo, cùm seruari mandet Concilij Tridentini dispositionem, & expressis verbis decernat, etiam extra visitationem posse Episcopos punire, & corrigere Militum Vicarios, Capellanos, & alios inseruientes, quibus priuilegia concessa sunt. Et quamuis ibidem subiungatur exceptio de ijs, qui Ecclesijs Militum actu inseruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident, ac sub eorum obedientia viuunt, quæ omnia simul concurrere intelliguntur, vel si legitimè, & secundùm Regulam dictæ Religionis professionem faciunt; attamen talis exceptio non applicatur Parochis Commendarum, cùm non resideant intra septa, & domos Militum, nec viuunt sub illorum obedientia, minusue sint professi secundùm Regulam Religionis Hierosolymitanæ, sed sunt Sacerdotes sæculares. Vndè remanent omninò sub regula, quòd Episcopi iurisdictioni plenè subiaceant, & extra visitationem puniri, & corrigi possint. Qui enim se fundat in exceptione, & limitatione Constitutionis probare debet, quòd concurrant omnes qualitates in ea requisitæ, vt per Surd. *cons.*45. *num.*14. vbi plures congerit, & in similibus priuilegijs Carthusianorum benè Rota *dec.*229. *num.*1. *&* 3. *par.* 3. *recent.* Et quidem si huiusmodi Parochi statim atque delinquunt, puniri non possent, sed expectandum esset tempus visitationis, magna profectò orirentur scandala apud Fideles, ipsosque sæculares, qui viderent palam committi delicta à Parochis, & non puniri, vt rectè deducit Fusch. *de visit. lib.*2. *cap.*20. *num.*28. *&* 30. vbi in specie loquitur ad effectum corrigendi excessus, ac puniendi delicta, etiam extra visitationem vigore Concilij Trident. *d. sess.*24. *cap.*3.

Ad secundum, etiam affirmo quoad ea, quæ concernunt dictam curam. Nam cùm Ecclesiæ Parochiales huiusmodi se immisceant cum subditis Episcopi quoad ministrationem Sacramentorum, dum Episcopus visitat in ordine ad curam animarum, visitat ea, quæ concernunt proprios subditos. Ex quo sequitur Episcopo visitanti deberi procurationem, quæ non est adempta per Constitutionem Pij V. Quia, vt iam diximus, illa fuit redacta ad terminos S. Concilij Tridentini, in quo expresse conceditur Episcopis procuratio, nisi adsit consuetudo in contrarium, qua non probata, dispositioni Concilij locus est, quemadmodum Sac. Congregatio aliàs declarauit *ad cap.*3. *sess.*24. *de reform.* 5

At nihilominus tenendum est, posse quidem Episcopum visitare Ecclesias Parochiales annexas Religioni Hierosolymitanæ, sed absque vlla procuratione. Ita Pius V. *Constit.*136. *incip. Expescit*, & declarauit persæpè Sac. Congregatio, præsertim in vna *Perusina* 11. Ianuarij 1578. & in vna *Senensi* 8. Martij. Constitutio verò Pij V. non habet locum, quando Ordinarius in concessione Ecclesiæ facta Hierosolymitanis, sibi, & successoribus suis ius procurationis expresse reseruasset, vt declarauit eadem Sac. Congregatio *in Elnen.* 27. Iulij 1604. 6

Ad tertium: Illud habet duas partes: Alteram, quæ respicit Parochorum deputationem: Alteram eorumdem amotionem. Quod attinet ad deputationem, quòd hæc non sit facienda ab Episcopo, sed ab ipso Commendatario, à cuius Commenda dependet Ecclesia, præuio tamen examine, & approbatione Episcopi videtur apertè definitum tùm à iure communi in *cap.* 1. cum ibi notatis, *de Capel. Monach. in* 6. tùm per Statuta dictæ Religionis, ab Apostolica Sede speciatim confirmata, vt *in cap.*59. *tit. de Commend.* tum denique per Constitutiones Apostolicas, vt in *Constit.* Pij IV. quæ est 9. in Bullario §.42. in qua expresse prohibet Ordinarijs, ne huiusmodi Ecclesijs audeant præficere Presbyteros sæculares absque consensu Religiosorum dictæ Religionis, qui illarum habent administrationem. Et pleniùs in Constitutione Pij IV. 47. §.4. *&* 5. vbi ampliat etiam in Vicarijs temporalibus, & in Constitutione 136. §.3. sub die 22. Septembris anno 6. quæ est in Bullario nouo; vbi tunc solùm datur facultas Episcopis deputandi huiusmodi Parochos, quando Commendatarij neglexerint eos deputare intra tempus præfixum ab ipsis Ordinarijs in casu, de quo loquitur ipsa Constitutio. 7

Quinimmò videtur locum esse concursui intra distinctionem sæpiùs factam à S. Congregatione Concilij, & à Ro- 8

Digitized by Google

à Rota, nempè: Quòd si Cura resider penes Vicarium habitu, & actu sit locus concursui. Si verò resider tantùm actu, sed habitu remanet penes eum, qui nominat, non sit locus concursui, sed dumtaxat examini, Rot. *dec.*579. *num.*1.*p.*2. *recent.* vbi refertur declaratio S. Congregationis, & *dec.*750. *num.*1. *eiusd. p.*2. atque in Barchinonen. Vicariæ 17. Maij 1624. coram Merlino. Et ad hunc effectum non attenditur, an sit Vicaria perpetua, vel temporalis, Rot. *d. dec.*710. *num.*5. In hoc autem casu cura etiam solo habitu residere non potest penes Commendatarium, cùm non habeat ordinem sacrum ad Parochiales obtinendas necessarium.

9 At contrarium verius est: Quia harum Ecclesiarum cura habitualis residet penes Conuentum Religionis Hierosolymitanæ, cui omnes Ecclesiæ eiusdem Religionis dicuntur vnitæ, vt habetur in prælibata Constit. Pij IV. §.67. Et ideò deputationem illius, qui curam actu exercet absque vllo concursu spectare ad ipsum Conuentum, seu ad Commendatarium, qui nomine Conuentus sub titulo locationis commendam administrat, vt ex *d. cap.*1. *de capel. Monach. in* 6. firmauit Rot. *dec.*153. *num.*1. & 8. *p.*2. *recent.* vbi referuntur aliæ resolutiones, ac latè Garz. *de benef. p.*9. *cap.*2. *num.*289. & *seqq.*

10 Quod verò attinet ad facultatem amouendi ad libitum huiusmodi Parochos, videtur esse contra ius commune, quo disponitur, etiam Vicarios in hisce Parochialibus esse debere perpetuos, nisi ea rationabili causa aliud Episcopo expedire videatur, vt *in d. cap.* 1. *de capel. Monach. in* 6. vbi loquitur in specie de Presbyteris per Regulares Episcopo præsentatis cum derogatione contrariæ consuetudinis, vel statuti, Rot. *decis.* 579. *num.* 3. *p.*2. *recent.* Nec non etiam contra Concilium Tridentinum *cap.*7. *sess.*7. *de reform.* vbi idem decernitur, & vlterius remittitur arbitrio Episcopi quantitas congruę huiusmodi Vicarijs assignanda cum derogatione priuilegiorum, & exemptionum, quæ in contrarium adessent. Eòque magis quando, vt in hoc casu, præsentans non est, neque esse potest verus Rector harum Parochialium. Tunc enim faciliùs id procedit, cùm non possit ei competere ius nominandi ministros ad sui nutum amouibiles, *dec.*309. *sub princ. p.* 2. *diu.*

11 Verùm tenendum est, quòd si dicti Parochi non sunt perpetui, sed tantùm amouibiles, prout regulariter solent esse in Ecclesijs, de quibus agitur, iuxta eandem Constitutionem Pij IV. §. 67. per eum debent amoueri, à quo deputantur, ita tamen, quòd non prohibentur Episcopi eos amouere, quos ad Curam exercendam minus idoneos repererint, seruata forma præfatæ Constitutionis 136. Pij V. Cui quidem Constitutioni non obstat reductio ad terminos Concilij Tridentini facta per Gregorium XIII. *in Constit.*67. §.2. Nam præterquam quòd non est hæc Constitutio Pij V. 136. data sub 22. Septembris anno 6. quæ ibi per Gregorium fuit redacta ad terminos Concilij, quinimmò potiùs illa expresè innouata fuit per Gregorium XIV. in confirmatione priuilegiorum Religionis *Constitut.*5. §.1. sed est alia Constitutio eiusdem Pij V. super exemptionibus Religiosorum data sub die 29. Nouembris anno 3. in nouo Bullario 77. Adhuc tamen ex prædicta reductione nullatenus in hac parte læderetur Constitutio 136. vtpotè, quæ est omninò conformis dispositioni Sacr. Concilij Tridentini, quod *sess.*25. *de Regul. cap.*11. in Ecclesijs Curatis Regularium hoc solùm statuit, vt Curati earum, siue Regulares, siue sæculares in his, quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum subijciantur omnimodæ iurisdictionis Ordinarij, atque ad curam admitti non debeant, nisi præuio eiusdem Ordinarij examine, & approbatione. Sed quoad pertinentiam iuris eos deputandi, vel amouendi nihil omninò disponit, immò potiùs *in* §. *Nec ibi aliqui*, apertè præsupponit, eos posse ab alijs præterquam ab Ordinarijs deputari, etiam ad nutum amouibiles.

12 Ad 4. Nulla potest fieri difficultas, quando Episcopus huiusmodi Parochos à Commendatarijs deputatos simpliciter approbauerit, prout quatenus absolutè idonei sint, ab eo simpliciter approbandos esse censuit Sac. Congregatio Concilij in vna *Augustana* sub die 14. Decembris 1630. Non tamen controuertitur, quin si noua legitima causa superuenerit, propter quam secundùm rationabile iudicium dubitari possit de eorum habilitate; tunc possit Episcopus eos iterùm atque iterùm examinare, secus autem cessante huiusmodi causa, vt diffusè alibi.

Ad 5. vt distinctè procedamus; de taxa Seminarij extar decretum Sacri Concilij Tridentini, quòd illa imponi possit etiam super beneficijs exemptis, vt *in cap.*18. *sess.*23. *de reform.* Et exemptiones Militum Hierosolymitanorum intelligi debent iuxta dictum decretum Concilij, in quo excipiuntur tantùm ipsi milites, non autem Parochiales Sacerdotum Sæcularium, quæ ad eorum nominationem conferuntur. At enim verò tenendum est, milites Hierosolymitanos, qui habent beneficia sibi commendata alterius Ordinis, vel qualitatis teneri ad contributionem Seminarij ratione huiusmodi beneficiorum, cùm exceptio ipsorum facta à Tridentino *d. cap.*18. *sess.* 23. non respiciat personas, sed tantùm beneficia Ordinis Hierosolymitani. Et ita declarauit S. Congregatio in vna *Bracharensi*. 13

De Cathedratico autem, siue Synodatico, ac similibus videtur dicendum, quòd licèt Religio Hierosolymitana habeat exemptionem, attamen exinde non sequitur, quòd illa gaudeant Ecclesiæ parochiales ei vnitæ, reditus separatos habentes, quibus presbyteri sæculares præficiuntur; vnde sequitur conclusio, quòd etsi ab exemptis non possit Episcopus aliquid exigere, nihilominus ad huiusmodi onera teneantur Vicariæ eis vnitæ, quibus presbyteri Sæculares prouidentur, sicuti de Cathedratico, siue Synodatico est textus *in cap. Conquerente*, ibique Panorm. *num.* 1. *de offic. ordin.* traditque Henric. Boic. *de Synod. Episcop. p.*3. *num.*86. Et de charitatiuo subsidio idem in specie tradunt Cardin. *in d. cap. Conquerente num.*4. *notab.*50. Io. Andr. *num.*28. Panorm. *num.*1. Belline. *de charit. subsid. quæst.* 32. *num.*5. cum alijs. 18

Dum autem Pius V. *in Constit.*77. §.3. & Gregorius XIV. *in Constit.* 5. §.1. ampliant exemptionem ad presbyteros curam animarum exercentes, id videtur intelligendum de presbyteris regularibus, non autem de sæcularibus, & redditus distinctos habentibus, aut saltem de presbyteris simplicibus, Capellanis, vel Capellanias habentibus in locis, vbi morantur ipsi milites Hierosolymitani, non autem de Vicarijs, ac Parochis locorum sub ditione aliorum Principum, ita vt non deseruiant Commendatarijs, nisi pro excludendo onere, quo sunt affectæ Parochiæ Militum Commendis vnitæ, vt in hoc casu. Ponderando præsertim verba Constitutionum, ibi: *Etiam presbyteros, curam exercentes quandiu illam exercent, & in illorum obsequijs fuerint.* Quoniam non dicuntur in eorum obsequijs esse, qui Parochialibus inuigilant, & verè inseruiunt, sicut in simili de Vicarijs Episcoporum Cardinalium, qui non dicuntur familiares Cardinalium Romæ residentium, sed inseruire officio, & non personis Cardinalium tradidere Gonzal. *ad reg.*8. *glos.*51. *num.*66. & alij per Gratianum relati *discept.*257. *num.*40. 15

Nihilominus resoluendum est, à Cathedratico, siue Synodatico, & charitatiuo subsidio Ecclesias Regularium esse exemptas, etiam de iure communi, *cap.* 1. *de Stat. Monachor.* Rot. apud Cenc. *addit. dec.*110. *num.*2. Et etiam Parochias, quæ spectant ad Religionem Hierosolymitanam, vt declarauit S. Congregatio Episcop. in vna *Asculana* 11. Iulij 1581. 16

Ad 6. Exemptio non accedendi ad Synodum est contra decretum Sac. Concilij Trident. *sess.*24. *cap.*2. *de reform.* vbi expresè decernitur, quòd omnes etiam exempti, qui aliàs, cessante exemptione, interesse deberent, accedere teneantur ratione Parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, Rota coram Cardin. Seraph. *decis.*190. per totam. Neque contrarium dicunt Constitutiones Pij V. & Gregorij XIV. Immò de huiusmodi accessum ne verbum quidem vllum in eis legitur. Cùm enim huiusmodi Ecclesiæ sint de diœcesi, debent earum Rectores accedere, *cap. Quod desuper, de maior. & obed.* Frustraque visitarentur, nisi priùs in Synodo monerentur, & de agendis instruerentur, ex eodem Trident. *sess.*24. *cap.*9. & eius Sac. Congregatione 17. Augusti 1589. Vnde cùm die 21. Martij 1594. Episcopus Bituntinus consuluisset Sac. Congregationem, an ex dicto decreto Sac. Concilij tenerentur Monachi Oliuerani cuiusdam Monasterij, cui reperitur annexa quædam Ec- 17

clesia sæcularis simplex, omnes accedere ad Synodum ex verbis dicti decreti, Sacra Congregatio respondit, non teneri, si Ecclesia est simplex, nec accedere, nec aliquem eorum nomine mittere; sed si est parochialis, teneri eum, qui curam exercet ad Synodum accedere.

CONSVLTATIO LIX.

Quenam venatio Clericis prohibeatur? vbi de eorundem venandi libertate non pauca?

1 ILla venatio Clericis omninò prohibita videtur, quæ exprimitur *in cap.* 1. *d.* 34. ibi: *Episcopum, presbyterum, aut diaconus canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à Communione suspendatur, diaconus verò ab omni officio, & communione suspendatur. Et in cap.* 2. *ead. Omnibus seruis Dei venationes, & syluaticas vagationes cum canibus, & accipitres, aut falcones interdicimus.* Idem habetur ex *cap.* 1. *&* 2. *de cler. venat.* ac alibi. Quò respexit Sacr. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 12. *de refor.* ibi: *ac illicitis venationibus, & aucupijs, &c. abstineant.*

2 Ratio autem huiusmodi prohibitionis duplex est. Prima, quia tùm ratione status Clericos minimè deceat venatio, ac si frequens sit, & immodica animum à rebus diuinis seiunctum distrahat, præsertim cùm in causa esse soleat, vt illud, quod de redditibus Ecclesiasticis pauperibus erat erogandum, cum canibus, accipitribus, equis, & ministris ad eam necessarijs vanè, & inordinatè insumatur, meritò Clericis est prohibita.

3 Damnabilis igitur voluptas venationis in Clericis, qui quieti, & contemplationi, studijsque sacrarum litterarum, & pietate iugiter intenti esse debent, sed eo damnabilior, quòd bona Ecclesiæ, & fame pereuntium pauperum canes impinguent, quòd labentibus ædificijs sacris, cultu diuino diminuto, subtractis alimentis, & stipendijs Clericis, diuitiæ impijs, & nihili hominibus, venatoribus dico, concedantur, *cap. Esau.* 86. *d.* Qui venatoribus donant, non homini donant, sed arti nequissimæ. Nam, si homo tantùm esset, & venator non esset, non donares. Honoras in eo vitium, non naturam, ait D. Augustinus *in Psal.* 102. relatus *in d. cap. Qui venatoribus* 8. *& seq.* 86. *d.* & rursus *in Psal.* 147. *& in cap. qui vident* 10. *ead. d.* Qui vident venatorem, & delectantur, videbunt Saluatorem, & contristabuntur. Quare abusus profusionis in venationem habet peccata, profusionem pecuniæ præter intentionem fundatorum, sacrilegium, quia bona Ecclesiæ, & impietatem ratione artis damnatæ, & transgressionem ratione prohibitæ venationis Ecclesiasticis, quibus dictum est à Christo: *faciam quod eritis piscatores hominum, non venatores bestiarum.*

4 Secunda est periculum homicidij, quia fit cum armis, *cap. Qui venatoribus, & seq. & d. c. Esau.* & ibi Glos. *v. Piscatores d.* 86. *& in d. cap.* 1. *&* 2. vbi etiam Panorm. *de Cler. ven.* Et hanc tantùm venationem prohibuit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in vna *Casertana*, sub die 6. Iunij 1601. quæ pariter censuit, pœnam non debere esse nimis rigorosam, præcipuè in prima vice, vt in *Assisien.* 16. Martij 1622. Præsertim excommunicationis, vel aliarum censurarum ipso facto, vt in vna *Eugubina* 16. Ianuatij 1596. ac sæpè alibi censuit, quòd in prohibitionis venationis, vel delationis armorum, etiam prohibitorum facta quibuscunque, etiam Clericis, non debet apponi pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, nec priuatio priuilegij clericalis, sed aliæ pœnæ Sacrorum Canonum, vt die 2. Aprilis 1601. & in *Licien.* 18. Iunij 1602. & 5. Aprilis 1604. & *in Squillacen.* 15. Iulij 1605.

5 Ex his autem inferunt Doctores, quòd venatio quieta, ac modesta, quæ fit cum retibus, laqueis, paucisque canibus non est prohibita Ecclesiasticis, siue fiat causa necessitatis, siue exercitij, siue moderatæ recreationis, vt nominatim docent Medin. *quæst.* 12. *C. de restit.* Syluest. *v. Venatio*, Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 9. *num.* 42. Molin. *eod. arg. to.* 1. *tr.* 2. *disp.* 44. Campanil. *in diuers. iur. rubr.* 11. *c.* 33. *n.* 5. *& rub.* 4. *num.* 3. Marth. *de iurisd. cent.* 1. *cas.* 57. *num.* 47. Dian. *p.* 9. *tract.* 8. *resol.* 40. Sebast. Medic. *de venat. p.* 1. *quæst.* 8. *num.* 17. Petrus Nauar. *de restit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 289. & ante eos Panormit. *in d. cap.* 1. *de Cler. venat.* vbi etiam Glos. *v. Voluptate*, Cardin. *in Clem. ne in agro*, §. *Porro* 2. *de Stat. Monach.* Innoc. *in cap. Dudum* 2. *de elect.* per textum *in c. Nunquam, de consecrat. d.* 5. Anan. *in rubr. de Cler. venat. col.* 1. referens Paul. *in d.* §. *Porro*, Præposit. *in d. cap.* 1. *d.* 34. & Plat. *in l. Venatoribus, C. de excus. mun. lib.* 10. Iason. *cons.* 119. *num.* 8. *lib.* 4. Zoaner. *de duplic. venat. num.* 30. *&* 31. vbi probat primò, quòd etiam Clerici ipsi ita venari possint, vt absque canibus, & clamore, & auibus, & alijs feris laqueos, & retia tendant. Secundò, si saltus proprios, aut ius venandi alias habeant, quòd non ipsi quidem, sed per venatores laicos etiam clamosam venationem possint exercere. Quin etiamsi fieret cum canibus, dummodo fiat modestè, & cum silentio, est eis concessa, vt scribit Angel. *in sum. v. Venatio in princ.* Rainald. Cors. *indag. iur. lib.* 3. *cap.* 14. Turrecrem. *in d. cap. qui venatoribus*, Diaz. *in pr. can. cap.* 61. *num.* 13. Menoch. *de arb. lib.* 2. *cent.* 5. *cas.* 413. *num.* 16. ac plenè alios allegans Petr. Cened. *collect. iur. can. p.* 1. *collect.* 56. *num.* 8. quos sequitur Borrel. *in sum. dec. tit.* 11. *num.* 43. Et idem in Monachis esse, tradit Medin. *loc. cit.* Natt. *cons.* 604. *num.* 2. Franc. Marc. *decis.* 529. *num.* 11. Mandos. *de inhib. quæst.* 92. *num.* 4. Ias. *consil.* 119. *num.* 7. & Medin. *in summ. peccat. p.* 2. *tit.* 7. *qu.* 31. Ratio autem est, quia tale opus non est omninò statui Clericali indecens, neque periculosum, atque adeò cessant rationes prohibitionis canonicæ. Vnde Clericos non peccare, si venentur sine temeritate, contumacia, scandalo, & contemptu statuti Ecclesiastici, tradunt Armil. *v. Venatio*, Caiet. *v. peccata Clericorum*, & Sylu. *d. v. Venatio*, vbi ait, venari nullum esse peccatum in Clericis, vel Monachis, si fiat cum quiete, & modestia. Estque communis inter Canonistas. Quia quæcunque præcipiuntur Ecclesiasticis ratione decentis eorum status sine censura, aut præcepto obediendi, tantùm obligant, quantùm exigit decentia eorum status. Actus autem venandi, in quo nullum est scandalum, nec perturbatio, aut immodestia, non repugnet decentiæ eorum status. Ergo statuta Ecclesiæ, quibus prohibetur Ecclesiasticis venatio, quando sine scandalo, & cum quiete, ac modestia illam exercent, non obligant saltem ad mortale. Quare illa decreta intelligenda sunt de venantibus cum strepitu, immodestia, & scandalo sæcularium. Confirmaturque *ex c. Episcopum d.* 34. vbi non absolutè damnantur Clerici venatores, sed qui hac voluptate sæpiùs detenti desunt suo officio. Et in Concilio Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* præcipitur Canonicis abstinere ab illicitis venationibus. Vbi cùm non dicatur absolutè a venationibus, aut ab omnibus venationibus, sed ab illicitis, supponitur apertè aliquas esse ipsis licitas. Et hoc venandi genus saltem approbasse videtur S. Congregatio Immunitatis in vna *Ciuitatis Castellana, siue Hortana* libertatis venandi pro Clero Suriani, in qua sub die 23. Augusti anni 1667. censuit rescribendum ad A. C. non impedita interim venatione Ecclesiasticis, & sub die 20. Decembris eiusdem anni re iterùm proposita censuit, standum esse in decisis. Quòd quidem non decreuisset, si omnis venatio Clericis esset interdicta.

Quinimmò Anania, & Abbas *in d. cap.* 1. *de Cler. ve-* 6
nat. & Præposit. *in d. cap.* 1. *d.* 34. ponderant verba illa textus *sæpius detentos*, & dicunt, quod si rarissimè causa sanitatis, recreationis, vel recuperandi appetitum venationibus in illo canone expressis Clericus vteretur, id non esset prohibitum, & nec quando causa necessitatis, puta pro carnibus, vel pellibus habendis, vel quando fructus sui consisterent in Venationibus, prout dicitur esse in Gallia, vel si apri, vrsi, vel aliæ feræ deuastant segetes, vel vineas Clericorum, Host. & Anan. *in d. cap.* 1. Cardinalis, & alij supra citati. Videndi Carol. de Graff. *eff. Cler.* 31. *à num.* 12. Bellet. *disq. Cler. p.* 2. §. 14. *num.* 3. & Barbos. *de iur. Eccles. cap.* 40. *num.* 79. *cum seq.* Hæc autem venatio tanquam publicè vtilis, omnibus est permittenda, *l.* 1. *C. de venat. fer. lib.* 11. *cap.* 1. §. *siquis rusticus, vers. Nemorecta, de pac. ten.* Aliàs Principes, id prohibentes, tenentur damnum à feris datum plenè resarcire, Gail.

lib.

lib.2. obs.68. num.11. & Gutier. *quæst.can. lib.2. cap.28. num.* 15. notanique in dubio fieri recreationis causa, Alex. *cons.* 72. *vol. col.fin.* Anan. *in d. cap.1. col.2.* & Luc. de Penna *in d. l. Venatoribus*.

7 Atque vt id satis intelligatur, sciendum est venationem, piscationem, & aucupium pro vno eodemque iure poni *in l.2. & 5. ff. de acquir. rer. dom. & §. fera inst. eod.* idque ratione obiecti, ac impropriè quidem, cùm venatio sit nomen generis, & speciei, cuius obiectum solæ sunt feræ quadrupedes. Hinc est, quòd nonnihil inter hæc genera interest. Nam venari in alieno licèt, piscari non item, *l. iniuriarum 53. §. fin. de iniur.* Duaell. *lib.4. com.8.* licèt dissentiant Cuiac. *lib.4. obseru.2.* & Harprecht. *in §. fera, 14. inst. de rer. diuis.* affirmantes, quòd sicut in alieno venari, ita & piscari liceat. Deinde etsi aucupium venationi comparetur, *l. diuus, de ser. rust. præd. cap.2. de cler. venat.* tamen piscatio ab his separari solet non solùm tanquam ius magis licitum, & spectaculum minus cruentum, sed quia magis humilis, & ciuilis, quòd eiusmodi tumultu, canibus, clamoribus, &c. non eget, & ideò Clericis est permissa; tùm quòd Clerici prohibentur alere canes, & accipitres; tum quòd in *d. c. Esau. d.86.* legitur nullos fuisse venatores sanctos, sed fuisse sanctos piscatores. Eòque igitur piscatio Ecclesiasticis personis indistinctè permissa est, non autem venatio. Nam quò cruentius est ius venationis, eò videtur magis ab humanitate esse alienum, *l. cruenta spectacula, C. de glad. lib.1.* Xenoph. *in Cyrepæd.* minùsque Ecclesiasticis conuenire personis.

8 Venationum porrò etsi plures sint species, Gloss. & Doctores *in d. c.1. de Cler. venat. & in cap. Qui venatoribus d.86.* tamen hic tantùm de venatione ferarum agimus, quæ fit in saltibus cum canibus, vt loquuntur, & clamore, atque armis, vnde venationem saltuosam, & clamorosam, atque armatam doctores appellant, quam etsi quidam pro turpi, & illicito exercitio habent, propterea quòd Augustinus nequissimam eam artem appellet *in d. cap. Qui venatoribus*; tamen verior est Panormitani, & aliorum sententia *in d. cap.5. de Cler. venat.* scilicet vt abusus venationis, non vsus in turpibus sit habendus. Vsum porrò definiunt, quatenus seruit necessitati, victus scilicet, vel amictus, & valetudini. Abusum verò in eo, si quis ita se dedat venationibus, vt necessaria vocationis negocia omittat, *textus in cap. An putatis 86. d. & in l. Venatoribus 6. C. de excus. mun. lib.10.* si alendis equis, canibus bona sua perfundat. Nam lex non prohibet venationem velut illicitam, *d. l. venatoribus*, sed tantùm hoc addit, venatores non habere muneris necessarij excusationem, facilè vt intelligi possit, venationem legibus non damnari, sed propter eam necessaria Reipublicæ munera deferenda, negligendaque non esse. Et cum alibi venatores numerentur inter artifices Reipublicæ vtiles, & seruientes annonæ, ac commeatui, itaut propter ea grauioribus muneribus onerari non debeant, *l. vlt. v. venatores, ff. de iur. immun.* facilè intelligi potest, hoc exercitium non esse legibus improbatum.

8 Itaque hæc disputatio definienda est ex regula, quam alibi tradit idem Augustinus *in cap. Quisquis d.41. In omnibus*, inquit, *rebus istiusmodi, non ex earum rerum natura; quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo, idest temperamento*. Nam immodica in vino hærent, vel probandum est, vel improbandum quod facimus. Multò verò minus venatio in illis improbanda est, qui hoc artificio se sustentant, neque alium quæstum norunt, Glos. *in d. cap. qui venatoribus d.86.*

Nam quod ex textibus initio citatis adductum est, id intelligitur, si causa voluptatis id faciant, non sit recreationis, vel salubritatis gratia, vt voluerunt Doctores *in d. cap.1. de Cler. ven.* Innoc. *in d. cap. Dudum 2.* & ibi Panormit. *de elect.* Felinus, qui id commendat *in cap. Auditis col. penul. de præscript.* quos refert, ac sequitur præclarissimus Iurisperitus Tiraquellus *de nob. cap.37. num.* 148. Quod verò ex D. Augustino *in d. cap. qui venatoribus*, relatum est, venationem artem esse nequissimam, id non de hac specie, sed de arenaria venatione est accipiendum, quæ scilicet à histrionico more à conductis hominibus in publicis spectaculis depugnando cum bestijs exercetur, siquidem venatores istos arenarios inter infames refert *l.1. §. & qui operas, ff. de postul.* nisi talis sit fera, quæ regioni nocet; quo casu locans opera sua extra arenam non notatur infamia, *text. in d. l.1. §. si quis*, venatioque edi dicebatur, cum in arena populo bestiarum venatio exhibebatur, *l.122. ff. de legat.5.* ac dicebatur ludus, in quo feræ magno discrimine ab ijs, qui depugnabant, conficiebantur *d. l.1. §. bestias, ff. de postul. l. Ciuitatibus, ff. de legat.* Hinc venatorius ludus, genus illud pœnæ apud Vlpian. *l. aut damnum, §. fin. ff. de pœn.* Etenim in vniuersum iure ciuili artificium scenicum, & tota ars histrionica quasi ad nullam Reipublicæ vtilitatem, sed tantùm ad inanem voluptatem comparata pro turpi, & infami vitæ in genere habetur, *l.5. & 2. de his, qui not. infam. tot. tit. in auth. Scenicas non solum si fideiuss. &c. & tot. tit. de spect. scen. C. lib.11.* Hæc autem venatio adeò de iure Canonico reprobata est, vt etiam spectatores mortaliter peccent, textus *in d. cap. qui venatoribus d.86.* vbi notabilis Glos. & Glos. *in cap.5. de Cler. venat. v. voluptate*, Franc. Marc. *qu.530. num.1. cum seq.* Gail. *lib.2. obs.68. num.8.* De iure verò simili tunc licita est, quando non est mercenaria, sed fit virtutis ostendendæ causa. Vel de illis agit, qui venationem tanquam artem exercent, nec liquidò dixerim an intelligantur hi, qui prouinciam feris purgabant, vt adnotauit Gothifr. *ad l. vlt. de iur. immun.* an potiùs, qui in venationibus operam dabant Principibus Romanis, de quorum aliquibus legimus, quòd operam frequentem venationibus impenderint, qui vt & hodie ferè Principes voluptatis, & exercitij causa venationibus indulgent. Alia autem est venatio, de qua hic agimus, quæ non seruit spectaculis publicis, sed sanitati, & valetudini. Nam, vt inquit Plinius *lib.5. epist.* ad Cornelium Tacitum, mirum est, vt animus hac cogitatione, motuque corporis excitetur, nam vndique syluæ, & solitudo, illumque illud silentium, quòd venationi datur, magna cogitationis irritamenta sunt. Deinde etiam necessitati ad vsum victus, & vestitus. Nam ferarum carnibus vescimur, pellibus contegimur, *Genes.1.* quæ peræq[ue] adiungi ad nostras rectè vtilitates posse putandum est, atque ius dominiorum diuinitus concessum. Nam vsum animalium eadem ordinatione diuina sancitum esse, *Genes. 9. Timoth.4. creauit ad vtendum*, palam est, adeò vt D. Paul. *eo loco* doctrinam dæmoniorum iudicet prohibere animantium cibum ad vtendum, vescendumque à Deo ordinatum, & creatum.

Ex quo sequens est, etiam venationem, capturamque 10
ferarum permissam esse. Nam in omni concessione videntur omnia concessa, sine quibus id, quòd indultum est, quæri, aut teneri nequit, *l. ad rem 56. l. ad legat.62. de procur. l.2. de iurisd. cum similibus*. Quare, & Ecclesiasticis personis idem ius patere communius placuit Panormitano, & Doctoribus *in d. cap.1. & 2. de Cler. venat.* etiam cum sclopo, aliisue armis contra apros, vrsos, aliasque feras, vt in puncto firmat Bortel. *cons.* siue *controu.45. num.25.*

Equidem venatio, & à fortiori aucupatio est concessa 11
Clericis recreationis gratia, exceptis temporibus visitationis, solemnitatum, prædicationis, vt tradunt Abb. *in d. cap.1. de cler. ven.* Gulielm. de Bened. *in rep. cap. Raynutius, v. Et vxorem num.875.* Turrecrem. *in cap. qui venatoribus d.86.* Præpos. *in cap. Episcopum d.34.* Menoch. *d. cas.413. num.16.* Angel. *v. Venatio sub init. & alij communiter*. Ergo non aufertur illis facultas vtendi sclopeto, sed remanet concessus tanquam instrumentum pro aucupio. Nam concesso fine, censetur concessa etiam omnia, quibus peruenitur ad ipsum. Comprobatur, quia finis prohibitionis armorum non habet locum in vsu sclopeti pro aucupatione. Ideò enim prohibetur Clericos deferre arma, quia dedecent statum Clericalem, *cap. Clerici arma, de vit. & honest.* Marsil. cum alijs *in prax. §. pro complemento num.2.* Menoch. *de arb. cas.395. num.32.* Viu. *dec.26. num.4. lib.5.* & quia delatio armorum præbet occasionem violentijs, percussionibus, homicidijs, *l. Iubemus, C. de his, qui ad Eccles. confug.* & notant Afflict. *ad const. intentionis, rubr. de illic. port. arm. num.5.* Bruuor. à Sole *qu. legal.35. num.13.* Roland. *cons.3. num.26. lib.2.* Quæ cùm sint Clericis specialiter prohibita, ideò ad ea euitanda prohibetur etiam delatio armorum. Hæc autem ratio non militat in delatione sclopeti pro aucupatione, vt per se constat: Tum quia defertur in agris extra hominum commercium: Tum quia defertur tanquam instrumentum au-

aucupationis: Tum quia non est exilis armis, quæ ordinantur ad terrorem, aut ad offendendum. Quòd satis etiam ex eo constat, quòd vbi est prohibita laicis delatio sclopetorum, qui vacant aucupationi, deferunt fabricatos pro aucupatione.

12 Nec obstat, quòd Clericis prohibeatur armorum delatio *d. cap. Clerici arma, de vit. & honest.* Nam intelligitur de armis institutis ad offendendum, vt de statuto punien- te deferentes arma docent Ias. *in §. ex malefic. Instit. de act.* vbi & alij Doctores, Bart. *in l. 1. ff. de vi publ.* Rebuff. cum Angel. & Alber. *in l. armorum appellatio 41. ff. de verb. signif.* Iul. à Beyma *ibid. in fin.* Huiusmodi autem sclopeti non sunt ordinati ad offendendum, sed ad aucupandum. Et licèt armorum appellatione veniant tam defensiua, quàm offensiua, vt notant Decian. *tract. crimin. cap. 3. num. 14. lib. 8.* Perez *ad l. 2. glos. 1. tit. 14. lib. 4. ordin.* Bobadil. *lib. 1. polit. cap. 14. num. 62.* Immò etiam fustes, lapides, & quicquid nocere potest, *d. l. armorum appellatio, l. armatos, ff. ad leg. Iul. & §. Recuperandæ, instit. de interdict.* & notant Glos. *in d. l. armorum appellatio*, & Glos. Canonica *in Clem. ne in agro, §. quia verè v. arma, de stat. monach.* Roman. *singul. 267. v. armorum*, Felin. *in cap. Ita quorundam num. 2. de Iudæis*, Menoch. *cas. 394. num. 76.* Aretin. *cons. 108. num. 6.* Attamen in odiosis, præsertim quando agitur de pœna, non ita amplè arma accipiuntur, sed tantùm pro ijs, quæ ex institutione sua sunt ordinata ad offendendum, vt notant Doctores citati, & desumitur *ex l. si pignore, §. furem, ff. de furt.* & aduertunt etiam Bart. *ibid.* Aretin. *in §. Item lex Cornelia, inst. de publ. iud.* Giurb. *cons. 73. num. 13.* Et ideò lex prohibens arma Clericis, de his armis est accipienda. Item quia licèt hæc contineantur nomine armorum, quando agitur de pœna contra facientem vim, seu insultum cum armis; secus tamen quando est pœna contra deferentem simpliciter, seu tenentem arma, vt Farinac. *cons. crim. 169. num. 21.* & Caball. *resol. crim. cas. 63. num. 4. & seqq.* Ac insuper quanquam sclopus institutus ad aucupandum adhiberi possit etiam ad offendendum, in morali tamen existimatione non est ex armis ordinatis ad offendendum, quod sufficit, vt non comprehendatur sub appellatione armorum, quæ ordinata sunt ad offendendum, & quæ Clericis prohibentur. Vnde se habet sicuti arma defensiua, vt pelta, quæ non veniunt appellatione armorum, nisi adhibeantur ad offendendum, vt notat Bart. *in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & in d. l. si seruus, C. de his, qui ad Eccles. confug.* sicut etiam fustes, & lapides in stricta significatione, & odiosa non veniunt armorum appellatione, nisi ad offendendum adhibeantur, vt obseruant Marsil. *in pr. §. pro complemento num. 14.* Baiard. ad Clar. *quæst. 6. num. 63.* Azeued. *in rubr. num. 4. tit. 6. lib. 6. recopil.* Ac demum constat *ex d. l. 1. ff. ad leg. Iul.* vbi lex, quæ prohibet retinere arma apud se, declaratur, vt non comprehendat ea, quæ inseruiunt venationi.

13 Concludimus igitur, venationis abusum, non vsum esse Clericis prohibitum, hunc verò esse concessum iure diuino, & humano, hoc est iure naturæ, & gentium, *d. §. fera, Inst. de rer. diu. l. 2. & 3. de acquir. rer. dom.* atque etiam ciuili, *l. vn. C. de ven. fer. lib. 11.* ac tandem canonico, modo suprà explicato, in quo nec desunt sui Sancti, Eustachius 20. Septemb. Placidius, martyr. Hubertus 3. Nouemb. Corradus Placentinus 19. Februarij, Iulianus confessor 7. Ianuarij, & alij plures.

14 Neque obstat periculum homicidij, ac proindè irregularitatis. Nam dans operam rei licitæ, vel etiam illicitæ, si adhibeat sufficientem cautionem, ne inde aliquid incommodi sequatur, tunc etiam si fortè sequatur mors alicuius, etiam Clerici, non illi imputabitur. Quia neque in se, neque in causa mors illa est ipsi volita, atque adeò nullo modo voluntaria. Neque obstat quòd causa fuerit periculosa, ac proindè mors videatur volita in causa. Quia diligentia abstersit periculum. Quapropter neque erit reus homicidij, neque tenebitur ad restitutionem, neque erit excommunicatus, neque irregularis. Nam cùm non adsit culpa occisionis, non aderit excommunicatio, neque etiam irregularitas; hæc enim cùm in pœnam statuta sit, sine culpa non contrahitur. Ita in specie venationis docent Henriquez, Vasquez, Hurtados, Coninch. & Præpositus, apud Delbene *tr. 5. moral. sect. 5. num. 2.*

15 Quare licèt Principes sæculares habeant ius præscriptum, siue facultatem prohibendi venationem, de quo latè Bertazol. *cons. crim. 118. num. 6. & 7.* Cabed. *dec. Lusit. 89. p. 2.* Nouar. *grauam. vasal. 71. lib. 1.* Bellet. *loc. cit. num. 9.* Gram. *dec. 67. num. 9.* Tiraquel. *de nobil. cap. 37. num. 140.* Gail. *obs. 68. lib. 2. à num. 11.* Post. *de manut. obs. 40. sub num. 30.* Capibl. *de Baron. lib. 1. pragm. 1. cap. 5. num. 206. & seqq.* Sot. *lib. 4. de iust. quæst. 6. art. 4.* Card. Turrecrem. *in cap. qui venatoribus 86. d.* Caicp. *in tract. 17. cap. 12.* Ioan. à Medin. *de rest. d. quæst. 12.* Nauar. *in man. cap. 17. num. 120.* & alij, nuncupatim Pruckman. *in §. Venatio cap. 1.* Mindan. *lib. 2. de mand. Iud. cap. 36. num. 7.* Knich. *de prouil. Sax. cap. 5. & de iur. territ. num. 93. c. 4.* ac cæteri relati ab Harprech. *ad §. fera num. 133.* dissentientium argumentis respondente, eorumque discrepantes opiniones confutante, qui vel ad seruitutes reales ius venandi referunt, vel ad personales, vel ad pacta, vel ad iurisdictionis fructum. Ipse verò docet esse ius per se subsistens, velut alia varia iura Magnatibus, vel etiam priuatis competentia. Quidam tamen distinguunt inter venationem superiorem, & inferiorem, vt Andr. Knich. *p. 2. de vestitur pact. 2.* & Heig. *p. 1. q. 15.* Vnde verè ius venandi non est inter regalia. Primò, quoniam ius hoc multis etiam suo iure competit, qui superiorem recognoscunt. Secundò per *l. 9. §. aucupiorum l. 62. de vsufr. l. 26. de vsufr.* quibus textibus probatur, quòd ius venandi spectet ad priuatos, vt etiam ab vsufructuario ius illud vsurpari, reditusque venationum percipi possint. Tertiò, quia venationes non pertinent ad Maiestatem Imperij conseruandam, vt regalia. Quartò, quoniam ius venandi concessum à Principe transferri potest in alium, etiam sine eius consensu. Quòd tamen in regalibus secùs obtinet, Rossent. *in tract. de regal. num. 35.* Quintò, quòd regalia sine permissu Principis vsurpans, incidit in crimen læsæ Maiestatis, *arg. l. 3. in fin. ad l. Iul. Maiest.* Non item qui venationem, si credimus Vvesemb. *in paratitl. de acquir. rer. dom. num. 7. arg. l. 13. §. si quis me, de iniur.* Sextò, quoniam non refertur *in cap. vn. quæ sint regalia lib. 2. feud. tit. 56.* Tiraquel. *de nobil. cap. 37. num. 150.* Vvesemb. *ibid.* Vult. *1. de feud. 5.* & alij nonnulli.

16 Atque licèt priuatis rectè sit adempta venatio: Tum propter pacem publicam, & interdictum priuatis armorum vsum: Tum ne venationis studio auocentur homines ab agricoltura: Tum ne species ferarum prorsus intereat: Tum quoniam Principes loca publica ad se transtulerunt, eorumque domini facti sunt, *l. 3. ne quid in loc. publ. l. 9. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. 2. C. de quadr. præscript.* Tum quia si quod omninò sit violentiæ vitium, tamen per diuturnum populi consensum est purgatum, *l. si per vim, C. de his, quæ vi metusue caus.* Balb. *in lib. de coron. pag. 21.* Tum quoniam Princeps ex iusta causa potest alicui ius quæsitum auferre *l. 15. cap. 2. de rei vindic. lib. 11. de eust.* Ad pacem autem, & tranquillitatem publicam spectat, non esse commune omnibus venandi ius, *arg. l. 77. §. 20. de leg. 2. l. 26. de seruit. vrb. præd. lib. 13. §. æquissimum, de vsufr.* Gail. *lib. 2. obs. 98.* Vvesemb. *suprà d. num. 7.* Pruckman. *d. §. Venatio cap. 4. num. 51.* Fachin. *lib. 1. contr. 1.* Heig. *p. 1. quæst. 15. num. 53. & seqq.* dissentiente Antonio de Butrijs *in c. non est, de decim.*

17 Ac proindè mortis supplicio venationes suas rectè vindicent Principes. Quoniam leges obligant ad obedientiam, etiam in conscientia, Glos. *in cap. 7. de constit. in 6.* & S. Thom. *1. 2. quæst. 94. ar. 4. & 5.* alijque communiter. Quod est de fide, vel saltem ita certum, vt oppositum sit erroneum, probaturque *ex cap. 19. ad Rom.* Tum quia debet quisque ex ordinatione diuina obedire Principibus, atque adeò legibus: Tum quia resistens legibus, resistit Dei ordinationi, cui ex conscientia non possumus resistere: Tum quia qui resistit, acquirit sibi damnationem, quæ non imponitur, nisi fiat contra obligationem conscientiæ. Quoniam nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus sit, *l. 26. in fin. de pœn.* Quoniam non tam ratio captarum ferarum habetur, quam transgressionis legis, Heig. *d. quæst. 15. num. 80. arg.* Deuter. *17. num. 12. cap. 2. extr. de maior. & obed.* Nec enim subiectum in modo pœnæ consideratur, sed magis legis transgressio. Et quanquam pœna sit magis ex naturali ratione, modus tamen pœnæ magis nititur

au-

Digitized by Google

authoritate politica, quæ fulcrum habet in vtilitate, neceſſitateque Reipublicæ, Godd. *in proleg. ad inſtit. Vulſ.* quamuis diſſentiant Doctores communiter, vt Gail. & Vveſemb. *loco cit.* Tiraquel. *d.cap.*37. *num.*150. Pruckman. *d.§. Venatio cap.*4. *num.*63. Videnduſque Harprecht. *d.§. fera num.*256. *& ſeq.* vbi non inuenuſtè diſtinguit, Heig. *p.*1. *quæſt.*15.

18 Attamen nequeunt eorum edicta comprehendere Clericos ob defectum iuriſdictionis, *c. quanquam, de cenſib. in* 6. Cyriac. *contr.*144. *num.*6. Ciarlin. *contr.*63. *num.*27. *&* 28. Sperell. *dec.*123. *à num.*29. & Rota coram Roias *dec.* 138. *num.*2. Adeò enim Eccleſiaſtici exempti ſunt à iuriſdictione ſæculari, vt ne edicta quidem quantumuis honeſta, & fundata in publica vtilitate eos adſtringant vi coactiua, Ciarlin. *contr.*45. *num.*3. *&* 4. Sperell. *dec.*123. *num.* 25. *cum ſeqq.* & nos alibi, & in terminis venationis Bellet. *vbi ſupra num.*7.

19 Neque obſtat, quòd Sacri Canones, & Concilium Tridentinum interdicant Clericis venationem. Quia hæc ſolicitudo non incumbit Principibus, ſed Epiſcopis, qui tamen non pœnis edicti ſæcularis, ſed iuris Canonici debent animaduertere in Clericos venatores, Salzed. ad Diaz. *cap.*70. *verſ. non tamen poterit*, Bellet. *d.§.* 19. *num.*7. Sperell. *d. deciſ.*123. *num.*26. *cum duobus ſeqq. & num.*55. Nam cùm pœnæ illæ à ſacris canonicis Conſtitutionibus approbatæ non ſint, Iudex Eccleſiaſticus eas infligere non tenetur. Idque adeò verum eſt, vt neque miniſtri laici poſſint ſpoliare Clericos armis, retibus, canibus, auibus, Ciarlin. *contr.*20. *num.*74. *& ſeq.* vbi, reprobatis aduerſarijs, firmat, quòd ſpoliantes incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ. Vide Anguianum *tract. de legib. lib.*2. *contr.*15. *num.*31. Nam, vt aliàs tradidi, licèt Eccleſiaſtici teneantur obedire ſtatutis Principis iuſtis, & in bonum commune ordinatis in Ijs rebus, quæ ſpectant ad regimen Reipublicæ, ſi ſacris canonibus, & clericali ſtatui non repugnent, tamen ad id non tenentur directè, ſed indirectè, hoc eſt non ex vi legis, ſed rationis naturalis, vel ſi directè, non tenentur ſecundùm vim coactiuam, ſed ſolùm ſecundùm vim directiuam. Atque adeò ſi ſtatuta illa Eccleſiaſtici tranſgrediantur, non poſſunt à Iudice laico puniri, ſed vt puniantur ad Iudicem Eccleſiaſticum recurratur neceſſe eſt. Quod etiam docent Vaſquez *in p.*2. *tom.*2. *diſp.*167. *cap.*4. *num.*29. *&* 30. Salas *de legib. diſp.*14. *qu.*9. *num.*106. & alij.

20 Et dum edicta huiuſmodi prohibent, ne Clerici vti poſſint rebus, & facultatibus à iure communi conceſſis, non debent attendi, quia ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, Doctores *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* Redenaſc. *conſ.* 66. *num.* 24. Bellet. *p.*1. *tit. de exempt. Cler. à ſtat. ſecul.* §.1. *num.*22. *& ſeqq.* Thomat. *deciſ.*298. *num.*11.

21 Minuſque obſtat, quòd Principis poſſeſſio prohibendi venationem clariſſimè appareat ex edictis, & prohibitionibus ſpatio antiquiſſimi temporis, quibus Eccleſiaſtici acquieuerint, vt in puncto iuris venandi communiter affirmant Roland. *conſ.*22. *num.*23. *& ſeqq. lib.*2. Gambat. *in inſtitut. lib.*2. *tit. de rer. diuiſ.* §. *fera*, *num.*16. *& ſeqq.* Facchin. *contr. iur. lib.*1. *cap.*1. Gail. *lib.* 2. *obſ.*66. *num.*45. *&* 5. Capibl. *loc. cit. pragm.*14. *cap.*86. *num.*3. *& ſeqq. p.*1. Nonar. *dict. grauam.*71. *num.*18. Grammat. *deciſ.*67. *num.*13. & Franc. Marcb. *dec.*530. *num.*15. Et in terminis immemorabilis quod etiam in hoc Clericos adſtringat, docet Balſar. *in cap.*1. *num.*14. *de pact.* Gambat. *ſub num.*24. Salſed. ad Diaz. *cap.*67. *num.*6. & Fregoſ. *de regimin. Princip. p.*1. *lib.*3. *diſp.*7. §.1. *ſub num.*29. Immemorabilis enim tantæ virtutis eſt, vt eius vigore etiam Principi reſeruata acquirantur, vt in terminis venationis comprobat Veg. *conſ.* 20. *num.*4. *& ſeqq.* & ſentiunt Iaſ. *conſ.*208. *num.*2. *& ſeq. lib.*2. Surd. *conſ.*556. *num.*6. ac Rot. *dec.*295. *num.*26. *p.*6. *p.*7. *rec.* Id, inquam, non obſtant, quia conſuetudo quæcunque etiam immemorabilis cùm præiudicet libertati Eccleſiaſticæ, quæ eſt ex iure diuino, nullo modo præualere poteſt, etiamſi eſſet mixta Clericorum, & ſecularium, *cap. Quanquam* 4. *de cenſib. in* 6. Maſcard. *de interpr. ſtat. concl.*1. *num.*127. *& ſeqq.* Ciarlin. *contr.*31. *num.* 16. *&* 17. ac etiamſi eſſet particularis, *cap. Clericis, de iudic.* & Bulla Cœnæ. Quia cùm laici ſint incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nunquam poſſunt ſe tueri conſuetudine, etiam immemorabili, cùm numquam legitima eſſe poſſit ad præſcribendum. Tuncque ſolum conſuetudo Eccleſiaſticorum, & ſæcularium mixta Eccleſiaſticos obligat, quando conſuetudo mixta non præiudicat ſacris Canonibus, vel ab illis non ſit reprobata, Sitar. *ad Reg. Angl. lib.*4. *c.* 39. *num.*19. & Valboa *in cap.*1. *de for. comp. num.*6. Quia Clerici etiam volentes non poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni laicali.

22 De venationum ſpeciebus, puta clamoſa, ſaltuoſa, recreatiua, & oppreſſiua, item de licitis, & illicitis venationibus, tam Clericis, quàm laicis vide etiam Gloſ. *in d. cap. Qui venatoribus*, Doctores *in d. l.*1. *C. de venat. fer. lib.* 11. & Franc. Marc. *alleg. dec.*530.

CONSVLTATIO LX.

De ordinatione Græcorum, ac Latinorum, vbi ad id genus effata varia, veluti Canones.

1 IN *cap. cum ſecundum, de tempor. ordin.* Latini à Græcis, & Græci à Latinis ordinari non debent, ritum ſuum mutando, ſed quiſque ritum ſuum cuſtodire debet. Vnde neque poteſt Epiſcopus Latinus ſuo ſubdito Clerico latino licentiam dare, vt ordinetur à Græco Epiſcopo ritu græco, ſed ſolùm ritu latino, *cap. quod translationem, de temp. ord.* Abb. *in d. cap. Cum ſecundum*, Azor. *tom.*2. *lib.* 3. *cap.*48. *qu.*14. Aliàs ordinatus non recipit ordinis exequutionem, vt colligitur *ex dict. cap. quod translationem*, videlicet eſt ipſo facto ſuſpenſus.

2 Immò neque ipſe Epiſcopus latinus habens ſub ſe græcos ſubditos poteſt eo græco ritu ordinare, ſed tantùm latinè latinum ordinare poteſt, & pro Græcis debet habere Epiſcopum Vicarium græci ritus, qui eos græco ritu ordinet, *vt cap. quoniam, de offic. Iud. ord.* Aliàs enim qui ordinatur contra ritum ordinantis, vel ordinati, eſt ipſo iure ſuſpenſus, vt Maiol. *lib.*3. *cap.*32. *num.*1. *& lib.*4. *cap.*32. *num.*2.

3 Si tamen Græcus laicus mutet domicilium ad Eccleſiam latinam ſe transferendo, vel ipſe græcus ſubditus Epiſcopi latini conſentiat tranſire ad ritum latinum, & latinè à latino Epiſcopo ordinari, id fieri poterit, ſed non ordinabitur in ſacris, niſi promittat, & voueat caſtitatem ſaltem implicitè. Quòd ſi vxorem habeat, non poterint à latino ſic ordinari, niſi cum vxoris conſenſo voueat continentiam, Gloſ. *in d. cap. Quoniam, & cap. Nicena* 31. *d.* Imola *in cap. Cùm olim num.*6. *de Cler. coniug.* Aliàs ordinatus erit irregularis. Latinus verò laicus non poteſt, etiam mutando domicilium, ſe transferre ad ritum græcum, & ordinari à græco ad titulum Eccleſiæ græcæ, etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi latini. Quia ad ius canonicum, ſeu Pontifex non permittit. Vnde ſi vxorem habeat, & ſic in ſacris ordinetur à greco, non poterit vti matrimonio ſecundùm veriorem ſententiam, Hoſt. *in d. cap. Quod translationem*, vbi etiam Abb. *num.*3. Cardin. §. *Quæro in eo*.

4 Græci ordinati ab Epiſcopis ſchiſmaticis, aliàs ritè ordinatis, ſeruata debita forma, recipiunt quidem ordinem, ſed non exequutionem. Proinde ordinati ab Epiſcopis ſchiſmaticis, correcti, vel emendati reconciliandi ſunt, & abſoluendi cum pœnitentijs ſalutaribus, dummodo errores, vel ſaltem ſchiſma ordinatoris abiurent in iudicio, vel publicè, vel ſecretò pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos aliàs ritè ſuſceptis miniſtrare non permittantur, niſi cum ipſis ſuper irregularitate, huiuſmodi occaſione contracta, authoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ fuerit diſpenſatum.

5 Non ſunt admittendi Epiſcopi ſchiſmatici ſiue pro ordinibus ſiue pro alijs ſacramentis conferendis, ſed detinendi donec ſancta Sedes Apoſtolica conſulatur, & reſponſum habeatur.

6 Græci ſine literis dimiſſorijs Epiſcopi latini diœceſani ad ſacros ordines promoti, ſuſpenſi ſunt. Et, ſi ſuſpenſi ſuis ordinibus adminiſtrauerint, efficiuntur irregulares, ſicut & latini. Super huiuſmodi autem, & ſimilibus irregularitatibus diſpenſandi facultas à ſancta Sede Apoſtolica obtinenda eſt.

7 Si Epiſcopus latinus græcum aliquem ordinari voluerit, qui à presbytero græco in baptiſmo chriſmate in fronte de facto fuerit conſignatus, debet illum antea confirmare ſaltem ſub conditione.

8 Presbyteri vidui habitum deferre debent diuersum ab alijs.

9 Episcopus græcus non potest ordinare in Ecclesia latina secundùm suum ritum, neque Vicarius id ei concedere, S. Congreg. Episcop. in vna *Tranen.* 22. Ianuarij 1602. Eadem tamen S. Congreg. in vna *Messanensi* 5. Septembris 1606. concessit cuidam Episcopo, vt facultatem daret Episcopo græco ordinandi Græcos suæ diœcesis, & celebrandi tunc pontificaliter.

10 Er Vrbanus VIII. ad relationem S. Congregationis Concilij concessit, vt quidam Græci diœcesis Montis Regalia in Sicilia ordinari possent cum dimissorijs Vicarij Capitularis Montis Regalis ab Episcopo Coronensi græco, Melitæ residente, accedente consensu Episcopi Melitensis, faciente tamen expeditionem huiusmodi facultatis Congregatione S. Officij sub die 15. Maij 1632.

11 Romæ verò ex Constitutione 34. Clementis VIII. quæ incipit, *Sanctissimus*, residet Episcopus græcus, qui ordinat Græcos catholicos græco ritu. Et ex Constitutione Vrbani VIII. pro regimine Collegij Græcorum, *Curet Protector Collegij specialiter deputatus, vt græcus aliquis ex Oriente græco ritu consecratus Episcopus Romæ sit ad diuina officia, atque ordinationes ritu græco in Ecclesia S. Athanasij peragendas, quique ea, quæ ad cæremonias, & ritus Orientalis Ecclesiæ faciunt, docere Alumnos possit, & ipse per omnia seruet. Qui tamen nullum ius in Collegium, aut in Ecclesiam habeat, atque ad nutum amoueri à Protectore possit.*

12 Græci laici in Italia sumunt Eucharistiam sub vtraque specie: Quod ab Ordinarijs est prohibendum.

13 Non possunt Itali græci prohiberi, ne Sacerdotes in baptismo conferant Sacramentum confirmationis iuxta Breue Pauli III. & Pij V.

14 Græci Albanenses morantes in Sicilis non indigent confirmatione suorum priuilegiorum à Leone X. & Paulo III. concessorum.

15 Circa obseruationem festorum Ecclesiæ Latinæ obseruare debent instructionem Clementis VIII.

16 Græci ordinati ab Episcopo schismatico, habilitantur ad eaequutionem suorum ordinum in ritu græco tantùm.

17 Cum adscriptis seruitio Ecclesiæ græcæ, quæ fuit redacta ad ritum latinum, dispensat Papa, vt possint seruire iuxta ritum latinum, non tamen possunt amplius redire ad græcum.

18 Græci Itali ad ordines sacros promouendi debent accedere Romam, vt promoueantur ab Episcopo ad id deputato, & licentia suscipiendi Ordines ab alijs Episcopis est eis deneganda.

19 Presbyteri græci prohibentur latino more, & latini ritu græco Missas, & alia diuina officia celebrare ea Constitutione Pij V. *Prouidentia*, vbi reuocantur omnia priuilegia concessa in contrarium.

20 Græci orientales non admittuntur ad celebrationem Missarum, nisi habeant septem ordines, sintque ordinati ab Episcopo græco, communionem cum Sede Apostolica habente. Ex Constitutione autem Innocentij IV. incipiente, *sub Catholicæ professionis fidei*, Episcopi græci de cætero septem Ordines secundùm morem Ecclesiæ Romanæ conferre tenentur.

21 Episcopi græci non possunt in diœcesibus aliorum Episcoporum exercere Pontificalia, nisi de speciali licentia Sedis Apostolicæ, & facto priùs verbo in Sac. Congregatione coram Sanctissimo.

22 Græci non sunt permittendi orare pro Episcopo schismatico, eorum ordinatore, sed debent orare pro summo Pontifice, & eorum legitimo Episcopo. Pro schismaticis autem tantùm est orandum, vt conuertantur.

23 Sunt tolerandi, si absoluant pœnitentes forma consueta in Ecclesia occidentali, scilicet: *Gratia Sancti Spiritus per meam humilitatem habeat absolutum, & liberatum.* Vel ita: *Beatissime Rex, per me humilem, indignum seruum tuum remitte seruo tuo, &c.*

24 Ijs, si fieri potest, non permittatur, vt laicis ministrent Eucharistiam sub vtraque specie. Quoad vinum verò benedictum solitum dari infirmis post sumptionem Corporis, non sunt reprehendendi.

25 Licèt in conferendo baptismo faciant trinam aquæ aspersionem, dum dicunt. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen*, non sunt propterea molestandi.

Illiterati, sicuti latini non sunt promouendi ad ordines. 26
Promoti verò non sunt suspendendi.

Non licet eis curam animarum latinorum gerere, nec 27
munus Parochi eaercere.

Cùm Græcis ordinatis ad ordines sacros ab Episcopo 28
schismatico dispensatur super irregularitate, præuia fidei professione.

Græcis diaconis volentibus ordinari ad ritum latinum 29
denegatur licentia.

Catholici græci suscipientes ordines ab Episcopo schis- 30
matico, ignorantes esse schismaticum, eapediuntur cum professione fidei.

Ordinati ab Episcopo schismatico, celebrantes sunt su- 31
spensi, & irregulares, & dispensatio est Sedi Apostolicæ reseruata.

Græcorum filijs, qui matrem latinam habent, & mo- 32
re latinorum viuunt, vt patribus obsequantur, permittitur sumptio Eucharistiæ secundùm ritum græcum, vt videtur esse decisum in Instructione Græcorum, edita per fel. record. Clementem VIII. illis verbis: *Proles sequitur patris ritum, nisi præualuerit mater latina.* Et propterea cùm mater in educatione liberorum videatur præualere, deberent filijs seruare ritum latinum, etiam in sumenda Eucharistia, ad quod sunt persuadendi patres, non cogendi, sicut nec ipsi filij, si velint in ritu græco, dummodo sit probatus ab Ecclesia, viuere, sunt impediendi, secùs si velint partim græcè, & partim latinè viuere.

Vxores Græcorum, quamuis eorum more baptizatæ 33
secundùm instructionem Clementis VIII. debent retinere ritum latinum, si in reliquis ipsi latinè viuunt, vt conformentur cum proprijs viris.

Græci seruantes ritum latinum non debent audire Mis- 34
sam, & sumere Eucharistiam more Græcorum, & quem ritum elegerint, debent perfectè obseruare.

Græci Catholici in defectum Sacerdotum græcorum pos- 35
sunt iuxta ritum latinum confiteri sacramentaliter, & sacram Eucharistiam sumere.

Græcis habitantibus inter latinos non permittitur vsus 36
carnium die sabbathi. Habitantibus verò in villis, & Terris separatim absque latinis non prohibetur esus carnium iuxta eorum ritum.

Habentes coniuges latinas non possunt, neque debent 37
illas ad suum ritum trahere, licèt id coniuges latinè benignè, & non violenter facere possint. Quòd si renuerint, viuat vnusquisque iuxta ritum suum.

Græci Itali cogendi ad obseruantiam Calendarij Gre- 38
goriani.

Non possunt Græci suscipere ordines ab Episcopo schis- 39
matico, sed potiùs à latino, & sic ordinati possunt permitti, vt celebrent ritu græco.

Cum muliere græca, mortuo eius viro presbytero di- 40
spensatur, vt cum alio contrahere possit, non obstante græcorum consuetudo, quòd relicta presbyteri, alteri nubere non possit.

Nequeunt ob inopiam tritici in pane ordeaceo conse- 41
crare.

Denegatur græcis presbyteris facultas audiendi confes- 42
siones latinorum.

Episcopis græcis degentibus in Italia potest concedi licen- 43
tia græcos ordinandi.

Denegatur facultas græcis presbyteris celebrandi Mis- 44
sam lingua græca cum consecratione in azymis secundùm ritum latinum.

Cum græcis, qui susceperint ordines minores ritu græ- 45
co, dispensatur, vt ad ordines Sacros ritu latino promoueantur, dummodo omnes quatuor ordines minores iuxta ritum latinum susceperint, vel si quemquam omiserint, suppleant.

Presbyteris græcis potest concedi licentia celebrandi mis- 46
sam ritu græco vbique.

Itali græci prohibentur eaercere eaorcismos. 47

Contra Græcos, qui postquam transierant ad ritum 48
latinum, redeunt ad ritum græcum, si non reuertantur ad ritum latinum, grauibus pœnis procedendum est.

Nullatenus debent Græcis assignari Ecclesiæ latinorum, 49
vt in illis celebrent ritu græco.

Cùm

50 Cùm eo, qui à ritu latino transit ad ritum græcum, non dispensatur, vt in ritu græco manere possit.

51 Sacerdos ritus latini contrahens matrimonium cum muliere ritus græci, præuij examine, abiuratione, & reassumptione habitus clericalis, reconciliatur.

52 Diaconus ritus græci habilitatur ad suscipiendum presbyteratus ordinem ritu latino, dummodò amplius non redeat ad ritum græcum.

53 Cùm ijs, qui sunt ritus latini, non dispensatur ad seruanda ieiunia ritus græci.

54 Cùm græcis primam tonsuram more latino suscipientibus dispensatur, vt possint ad omnes alios ordines etiam sacros, & presbyteratum ritu græco promoueri.

55 Sacerdotes Catholici Rutheni possunt in casu necessitatis, & deuotionis in Ecclesia Catholicorum ritus latini altaribus, calicibus, & vestibus sacris eorumdem Catholicorum vti, & Missam celebrare ritu tamen Rutheno, ac etiam Sacerdotes Catholici in Ecclesijs Ruthenorum non schismaticorum celebrare ritu tamen latino, secluso ab vtraque parte omni scandalo.

56 Sacerdotes Rutheni non schismatici possunt confiteri Sacerdoti Catholico ritus latini, & è contra Sacerdotes Catholici Sacerdoti Rutheno in casu tamen necessitatis, & seruata forma Instructionis editus super ritibus Græcorum.

57 Sacerdotis Rutheni administrant laicis Ruthenis Sacramentum Eucharistiæ sub vtaque specie.

58 Ruthenis, qui morantur in Italia, potest concedi licentia celebrandi Missam secundùm suum ritum, recognitis priùs missalibus.

CONSVLTATIO LXI.

An Canonici, non obstante consuetudine, & quòd in fundatione non habeant onus celebrandi cum applicatione sacrificij, possint diebus, quibus per turnum iuxta tabellam Ecclesię Mißas celebrant, applicare sacrificium pro sibi elargientibus eleemosynam.

1 PRo libertate applicationis sacrificij respondendum videtur. Certi namque iuris est, quòd Sacerdos pro Ecclesiæ decore, vel populi commoditate ad celebrandum obligatus possit pro applicatione eleemosynam accipere, vt sentiunt communiter Doctores, ac præ cæteris Suarez *tom.* 3. *p.*3. *disp.*86. *sect.*3. Vasquez *disp.* 234. *cap.*6. Turrian. *in select. p.*2. *disp.*3. *dub.*2. & alij, quos adduxi *tom.*1. *Consult.*138. *num.*8. Quod extendunt ad Missam Conuentualem, siue solemnem Peyrinis *tom.* 3. *de priuil. Minim. cap.*1. *num.*20. Posseuin. *de offic. Cur. cap.*2. *num.*25. Franc. de Nigr. *in addit. ad Ruin. p.*1. *præsup.*1. *qu.*15. & Dian. *p.*5. *tract.*13. *resol.*51. Cordub. *in comp. priuil. Mend. v. Monialis, num.*3. Rodriq. *qu. regul.*43. *ar.*8. *tom.*1. Franc. Lugo *lib.*5. *de Sacram. cap.*11. *q.*1. *num.*12. qui citat Bonacinam, qui tamen non loquitur absolutè, Garz. *in Summ. tract.*3. *diffic.*3. *dub. vlt. num.* 5. supposito, quòd non adsit obligatio ex fundatione, aut consuetudine, Alphons. de Leon. *de offic. Capel. qu.* 8. *sect.*18. *num.*188. Diana *p.*5. *tract.*13. *resol.*51. Quart. *in rubr. Missal. p.*1. *tit.*5. *num.*3. & Auersa *qu.*11. *de Euchar. sect.*17. Quia non obstante celebrationis obligatione, dum remanet libera applicatio fructus sacrificij, remanet etiam liberum ministerium sacerdotale, & proindè obligari potest petentibus. Nam ministerium est propter oblationem sacrificij, & oblatio sacrificij ordinatur ad fructum. Si ergo remanet libera distributio fructus, remanebit liberum etiam ministerium. Et quia nullum apparet præceptum neque diuinum, neque humanum in contrarium, intrat regula, quòd omnia sunt concessa, quæ non sunt prohibita. Et quia non est inducenda obligatio, nisi de ipsa constet. Si igitur non constat de obligatione applicandi, immò ea fine institutionis præsumitur non adesse, non est afferenda, iuxtà *l. quicquid, ff. de verb. oblig.*

2 Id quod in hoc casu potiori iure tenendum est. Nam non versamur in Capellanis, vel Sacerdotibus simplicibus, qui potissimùm instituuntur pro Missis celebrandis, sed in Canonicis, qui nullum onus habent celebrandi ratione Canonicatus, cùm Canonici sint instituti ad decorem Ecclesiæ, & vt Episcopus opere, & officio iuuent, ex Sac. Concilio Trident. *sess.*24. *cap.*12. *de reform.* eorumque Canonicatus consistant in habendo stallum in Choro, ibique psallendo, vocem in Capitulo dando, & id genus alia, non verò in celebratione Missarum, ceu Capellani, Viuian. *de iurep. p.*1. *cap.*1. *num.*202. Lotter. *de re benefic. p.*2. *v. Canonicatus*. Et proindè censendum est, Canonicos de iure non teneri, nedum ad applicationem sacrificij, nisi expressè fuerit à fundatore declaratum, sed neque ad celebrationem, Suar. *d. disp.*86. *sect.*1. & 3. Cardinal. de Lugo *de Euchar. disp.*21. *sect.*1. *signatè num.*19. *vers. Infertur tertio Canonicos beneficiarios, & Parochos, quibus ex vi sui beneficij, vel præbenda non est specialis obligatio applicandi sacrificium pro aliquo, posse accipere stipendium pro Missa.* Idem tenent alij, qui post decreta S. Congregationis Concilij *de celebrat. Missar.* iussu Vrbani VIII. edita, scripserunt.

3 Hic autem nulla deducitur specialis obligatio ex fundatione, quæ non existit, & non entis nullæ sunt qualitates, atque adeò non potest imponi Canonicis obligatio applicandi sacrificium pro certis personis, immò nec simpliciter celebrandi certis diebus, sed solùm refertur consuetudo per tabellam celebrandi certis diebus. Nec seruitutes præsumuntur, præcipuè Missarum in Canonicatibus. Et cùm asserta consuetudo sit onerosa, ac proindè odiosa Canonicis, non debet ampliari, sed potiùs restringi. Eademque via, qua assertur consuetudo celebrandi, apparet similiter consuetudo, seu libertas Canonicorum recipiendi eleemosynam ab alijs personis pro applicatione sacrificij. Neque apparet pro quibus personis teneantur Canonici applicare sacrificium, an scilicet pro tali, vel tali fundatore, siue dotante. Quare non debet induci obligatio applicandi sacrificium vagè, & indefinitè pro quibuscunque seu pro incertis personis, adeòque remanet liberum Canonicis, quibus diebus ex consuetudine, seu ex tabella celebrant in dicta Ecclesia, recipere eleemosynam à quibusuis requirentibus sacrificium, & pro ijsdem applicare. Ipsa verò consuetudo, siue distributio per tabellam inter Canonicos celebrandi certis diebus præsumi debet introducta solùm fuisse pro seruitio Ecclesiæ, siue pro commoditate populi, & exercitio diuini cultus, ac pro celebritate loci, non autem pro applicatione sacrificij. Quinimmò pro Canonicorum libertate militat inueterata consuetudo, quæ concurrit cum ipsorum Canonicatuum institutionis memoria, & idcircò habet vim legis, idemque potest, quod fundator, si adfuisset. Vndè quemadmodum si expressè libertatem sacrificij applicandi concessisset, prout hic in Vrbe fecit in Sancta Maria Maiore san. mem. Sixtus V. ad altare Sanctissimi Præsepij, nulla esse posset difficultas, ita quando adest consuetudo applicandi sacrificium ad libitum absque aliqua fundatione, & obligatione celebrandi Missas ab Institutoribus imposita, poterunt ad libitum illud applicare, cùm hic consuetudo habeatur pro fundatione, ea qua consuetudine possunt solummodò Canonici ad celebrandum obligati reputari, & in ea quoque expressè legitur præseruatio libertatis applicationis sacrificij, quia si celebrarunt, pro libito applicarunt, & sicut illa inducit obligationem celebrationis, ita debet inducere applicationis libertatem cùm sint iunctæ, ab eodemque principio vtraque proueniat.

4 Neque obstat primò, quòd qui tenetur celebrare ratione beneficij, legati, aut salarij, non potest recipere eleemosynam ex applicatione, vt ex decretis dictæ Sacræ Congregationis, confirmatis ab Vrbano VIII. *in Constit.* 44. *declar.*4. *Bullar. nou. tom.*4. Quoniam id procedit, quando ea vtroque stipendio obligatur Sacerdos ad applicandum sacrificium, & sic solum intelligitur de sacerdotibus, qui non solum erant obligati pro decore Ecclesiæ, vel commoditate populi celebrare, sed etiam ex sua institutione pro applicatione sacrificij, vt ex Card. de Lugo loco citato, & alijs relatis, qui post dictam Constitutionem scripsere, manifestè ostenditur. Item obiectio procedit quando quis tenetur celebrare in aliquo loco ratione beneficij, seu Capellæ, legati, salarij. Tunc enim, quia præsumitur, quòd fundator, qui Missas voluit celebrari, eò magis voluerit Sacrificium sibi applicari, ideòque intrat dispositio dicti decreti, quod emanauit ad funda-

torum voluntates declarandas, ne debito sacrificij suffragio fundarentur, secus autem quando quis tenetur celebrare solùm ex consuetudine, vel ex aliquo synodali decreto. Quia tunc dicta præsumptio applicationis cessat in indiuiduo, Gauant. omninò videndus *in com. ad rubr. Missal. p.3. tit.12. num.5.* vbi in hac specie infert ad Canonicos, quòd non teneantur ad Missas, nisi ostendatur vel fundatio, vel legatum, vel salarium. Quæ omnia in casu nostro deficiunt.

5 Minusque aduersatur Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. p.2. c.12. de vot. disp. num.23. & seq.* dicens, quòd vbi non constat de onere beneficij circa Missarum celebrationem ea eo, quia vel scripturæ fuerint deperditæ, vel celatæ, si constet prædecessores celebrasse vnam Missam qualibet hebdomada, onus probandi libertatem transfertur in negantem seruitutem, & interim Episcopus manutenere debet Ecclesiam in sua quasi possessione, in qua existit, donec probatum fuerit, &c.

6 Nam Ecclesia non est in quasi possessiona applicationis, sed solùm celebrationis Missarum, vigore sæpiùs allegatæ consuetudinis. Nos autem fatemur obligationem celebrandi Missas ex consuetudine, at negamus onus applicandi, cùm simus in quasi possessione libertatis, quæ pro Ecclesia neque deducitur ex fundatione, neque ex consuetudine. Alij verò Doctores, qui in contrarium fortè adduci possent, si attentè perpendantur, longè ab hoc dubio distare dignoscentur. Loquuntur enim de Capellanis, vel de Sacerdotibus obligatis ad celebrationem Missarum ea fundatione, non autem de Canonicis, qui ab omnibus ea sui natura censentur liberi, ac immunes.

7 Denique non obstat Sacr. Conciliam Trident. *sess.24. cap.12. de reform.* vbi decernit, quòd in omnibus Ecclesijs Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habeant anneaum ordinem presbyteratus, diaconatus, vel subdiaconatus, & vbi consuetudo haber, vt plures, vel omnes sint presbyteri, omninò obseruetur. Ea quo deducitur, quòd si S.Concilium voluit esse presbyteros, idcircò id voluisse, vt celebrent.

8 Respondetur enim, quòd in pluribus Ecclesijs non adest talis distinctio, vnde non potest induci annexa præsumptio, quòd Concilium voluerit adesse sacerdotes, vt celebrare teneantur cum eodem stipendio Canonicorum, & Subdiaconorum. Deinde ex Concilio non inducitur, quòd aliqui Canonici sint presbyteri, vt celebrent, & applicent Sacrificium, sed vt possint functionibus Ecclesiasticis esse idonei, & supplere defectum Episcopi, ac gerere officia Pœnitentiarij, & Confessariorum, quæ requirunt ordinem presbyteratus, non autem vt ipsi actu celebrent, cùm non sint instituti pro Missarum celebratione, sed vt Episcopo celebranti, aut pontificalia exercenti assistant, atque inseruiant, in choro psallant, visitationibus præsint, inuigilent seminarijs, vt ea dicto Concilio habetur. Præterea dato, quòd Concilium requireret celebrationem, non videtur exinde sequi, quòd sint adstringendi ad applicationem.

9 At nihilominus tenendum est, Canonicos non posse diebus, quibus per turnum iuxta tabellam Ecclesiæ Missas celebrant, applicare sacrificium pro sibi largientibus eleemosynam. Etenim clarum est, obligationem celebrationis peruenire ratione oneris cuilibet Canonicatui annexi. Igitur illis diebus, quibus in Ecclesia ratione Canonicatus celebrare tenentur, non possunt ab alijs pro applicatione recipere eleemosynam. Quia intrat lex præscripta in generalibus decretis *de celebr. Missar.* 21. Iunij 1625. à S. Congregatione Concilij emissis, & à fan.mem. Vrbano VIII. confirmatis, vbi *num.4.* declaratum fuit generaliter ac statutum, Sacerdotes in diebus, quibus ratione beneficij celebrare tenentur, non posse illa die pro applicatione ab alijs recipere eleemosynam. Quod licèt loquatur de obligatis celebrare certis diebus ratione beneficij, tamen id etiam militat quoad obligatos ratione Canonicatuum. Quia Canonicatus cum præbenda sunt vera beneficia, & Canonici sunt veri beneficiati, *cap.2. de renunc. cap. Dilectus 19. de præb.* S. Concil. Trident. *sess.22. cap.4.* ibi: *Dignitates, præbendas, & qualibet alia beneficia*, Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.19. num.7.* Viuian. *de iurepatr. p.2. lib.6. cap.2. num.43.*

10 Eoque magis procedit, si vehementissimæ concurrerint verisimilitudines, & coniecturæ, onus Missarum huiusmodi fuisse appositum in primæua fundatione Canonicatuum, seu Capellaniarum eis annexarum, dum illorum fundatio non inuenitur. Prima nempè, quia à communiter accidentibus in dotatione, & fundatione pro salute animarum fundatorum huiusmodi onera celebrationis Missaram apponi consueuerant, vt docet communis experientia, & factum præsumitur quod communiter fieri solet, sicut in terminis, de quibus agitur firmat Ioan. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. p.2. cap.11. num.43. & 44. & cap.12. num.14.* Fraxinel. *de sacerd. oblig. sect.4. concl.6. §. 8. num.2.* Bonac. *de Sacram. Euchar. disp.4. quæst. vlt. punct.7. §.2. num.13. & seq.* Secunda, si ita deregatur in fundationibus aliorum canonicatuum eiusdem Ecclesiæ, quæ inueniuntur. Quod suadet idem dicendum de antiquis, ad quorum similitudinem, nouos fuisse institutos est valdè verisimile, cùm de similibus, & connexis idem sit iudicium, *cap.2.* ibi: *ad instar, de sponsal. cap. Cum secundum Apostolum in princ. de præb.* Tertia, si Canonicus omittens statis diebus celebrationem, diebus liberis easdem Missas adimplere teneatur. Hæc enim necessitas adimplendi omissas satis conuincit necessariam obligationem ex fundatione, non autem ex sola congruentia loci, seu voluntariæ consuetudinis descendere, sicut dictat ratio naturalis, quam absque alia allegatione iurium allegare sufficit, *cap. Ratio nulla*, vbi Abb. *num.1. de præb.* Ciarlin. *contr.17. num.17.* Quarta, si inæqualiter numero Missarum grauati reperiuntur, & plures qui pinguiorem, & pauciores, qui minus pinguem præbendam obtinent celebrare teneantur. De quo alia ratio reddi non potest, nisi quod ab initio fundationis pro qualitate, & quantitate redditus præbendarum hæ magis, & minus Missarum onere grauatæ fuerint. Quinta, si præcesserit Episcoporum ordinationes tam circa perscrutationem omissionum in celebratione, quàm circa satisfactionem Missarum omissarum. De qua alia ratio excogitari non potest, quàm eos de onere fundationi infixo sufficienter informatos fuisse.

Quæ verisimilitudines, & coniecturæ legitimam ex se constituunt probationem, onus descendere ea fundatione. Quia verisimile vnum, additum alteri, facit plenam probationem, Cranet. *cons.168. num.19.* Rota in Romana de Astallis 1. Februarij 1613. coram Coccino. Accedente præcipuè illa verisimilitudine, quòd scilicet Canonici Missas huiusmodi connumerent inter onera Canonicatus, vnà cum alijs Missis, quæ pro obligatione Capituli inuicem compartiuntur, itaut quoad applicationem eodem iure censeri debeant. Canonici enim Missas, quas pro Capituli obligatione celebrare tenentur, alijs applicare non possunt, tanquam pro Capituli obligatione applicandas, Bonac. *loc. cit. disp.4. quæst. vlt. punct.7. §.2. num.7.* vbi etiam ita à S. Congregatione Pœnitentiariæ resolutum refert, & declarauit S. Congregatio Concilij in vna Ciuitatis Castellanæ 10. Aprilis 1645. Ea quo resultat superlatiua probatio, quia in casu, quo scriptura fundationis non inuenitur, sola præsumptiua probatio, deducta à communiter accidentibus, & à consuetis censetur sufficiens, & canonica ad effectum, de quo agitur iuxta plenè deducta per Io. Franc. Leonem, Fraxinellum, & Bonacinam locis superiùs allegatis. 11

Confirmatur, quia ideò institutum est seruitium Ecclesiæ cum prouentibus, vt plurimum pinguibus, quibus alantur Canonici, vt exhibeant nomine populi debitum obsequium Deo, & Cultum. Cùm enim Ecclesia sit locus destinatus ad colendum Deum, dum instituitur seruitium Ecclesiæ, instituitur in ordine ad cultum Dei, & proinde destinati ad seruitium Ecclesiæ, tenentur etiam ad cultum Dei. In cultu autem Dei præcipuus actus est sacrificium. Rursus etiam inter præcipua munera, quæ Canonici debent exhibere populo, est sacrificium, quia tanquam sacerdotes sunt mediatores inter Deum, & homines ad offerenda sacrificia pro peccatis. Ergo ex vtroque capite tenentur destinati seruitio Ecclesiæ offerre in ipsa sacrificium. 12

Atque ex his necessariò sequitur, applicationem deberi pro fundatoribus, nec posse ab alijs eleemosynam recipi. Quia dum non constat de contrario, semper præsumitur obligationem fuisse iniunctam cum applicatione pro fundatoribus, Cardinal. de Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 21. sect.1. num.13.* Alphons. de Leon. *de Iubil. p.3. quæst.27. num.* 13

num.2. Dian. *tom.1. tr.4. de celebr. Miss.* Aldan. *de val. & applic. sacrif. tract.2. cap.30. num.20.* Ioan. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. p.2. cap.11. num.44.* vbi quòd dum non inueniuntur scripturæ, transfertur onus probandi in negante seruitutem, & applicationem, Bonacina eadem docens *de Sacram. Euchar. d. disp.4. quæst. vlt. punct.7. §.2. num.13. cum seq.* Nald. *v. Missa num.13.* Fraxinel. *de Miss. sacrif. sect.4. conclus.6. §.8. num.2.* Posseuin. *de offic. Curat. quæst.5. cap.2. num.22. & 25.* Homobon. *de exam. Eccles. p.1. tract.4. cap.13. quæst.21.* Hier. Ghilin. *resol. cas. consc. v. Missæ celebratio num. 22. & 23.* Quæ obligatio est suo modo de iure naturali, & ex iustitia. Nam oritur ex eo, quòd Canonici susceperint munus acceptando Canonicatum, aut aliud beneficium inseruiendi Ecclesiæ. Cùm enim debitum seruit um Ecclesiæ exigat celebrationem Missæ cum applicatione, dum enim ipsi suscipiunt munus inseruiendi, suscipiunt etiam munus præstandi totum id, quod exigit seruitium Ecclesiæ, atque adeò applicationem sacrificij pro fundatoribus. Quia fundatores non ita præcisè intendunt cultum Ecclesiæ, quin etiam exprimant aliquo modo intendere etiam fructum diuinorum officiorum pro se, & suis. Et quia Capitulum regulariter habet aliquas obligationes, ideò sacrificium solet regulariter applicari iuxta capituli obligationem, & proinde non remanet libera applicatio, Regnald. *lib.25. prax. for. pœn. num.168.* Bonac. *cit. disp. quæst. vlt. pun.7. §.2. num.7.*

18 Neque subsistit præsumptio canonicorum asserentium, obligationem esse ea consuetudine, & ad decorem, ac cultum Ecclesiæ, non autem ex fundatione. Nam licèt Canoniæ, & Dignitates omnes ad ornatum, & decorem domus Domini fuerint institutæ, & hæc causa generalis militans, quoad omnes Dignitates, & Canonicatus, etiam si non habeant annexum onus Missarum, soleat exprimi in confirmatione erectionis Canonicatuum, & Dignitatum, non desunt tamen aliæ causæ magis proximè, tam respicientes ipsam institutionem Dignitatum, sicut apparet ex S. Concilio Tridentino *sess. 24. cap.12. de reform. sub initio*, vbi adducitur, quòd Dignitates in Cathedralibus fuerint institutæ ad conseruandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam, vt qui eas obtinerent pietate præcellerent, alijsque exemplo essent, quàm etiam respicientes assignationem præbendarum Dignitatibus, & Canonicatibus, vt nempè qui deseruit altari, es altare viuere debeat, *cap. secundùm Apostolum, de præb.* & aliæ speciales causæ respicientes applicationem pro fundatoribus, vt scilicet sic alliciantur ad fundandum, & ne à fundationibus retrahentur, & ob fortissimam præsumptionem naturaliter, moraliter, & legaliter resultantem ex eorum voluntate, quòd nimirum sic voluerint verisimiliter prospicere animæ suæ. Ac proinde non potest ex dicta expressione causæ generalis desumi aliquod argumentum in contrarium quoad alias non expressas: Tum quia in iure argumentum à negatiuis non valet, Merlin. *dec.396. num.18.* Add. ad Buratt. *decis.641. num.29.* Tum etiam quia verba apposita ratione frequentioris vsus non restringunt dispositionem, Glos. *in l.1. C. de his, qui ad Eccles. confug. in fin.* Tum insuper quia verba procemialia, quæ apponuntur in confirmatione Canonicatuum respiciunt causam occasionalem illorum erectionis, non autem causam proximam, & immediatam, respicientem onus celebrationis Missarum, de quo nulla adest controuersia, & tamen de illa in Bullis confirmatorijs non fit mentio, & de causa occasionali non solet haberi ratio, Rot. *decis.277. num.4. p.2. rec.* Sperel. *dec.176. num.87.* Tum denique quòd etiam celebratio, quæ fit pro fundatoribus à Canonico in Cathedrali tendit ad Ecclesiæ decorem, cùm præcipuus Ecclesiæ decor consistat in sanctitudine, sicut decantatur in Psalmo 92. *Domum tuam Domine decet Sanctitudo*, cùm nulla maior sanctitudo dari possit, quàm celebrare Missas pro fundatoribus.

15 Ac demus tandem, quòd obligatio celebrandi fuisset inducta ex sola localitate, & ad decorem, ac diuinum cultum; attamen quia constat onus Canonicorum esse restrictum circa celebrationem in cathedrali, vel collegiata, & diebus certis hebdomadæ, eo ipso quòd obligatio celebrandi est cum præfinito loco, & cum præfinitis diebus non possunt canonici recipere eleemosynam pro applicatione, sed ad summum possunt illam gratis, seu ex sua deuotione applicare. Quia iuxta rationem, & veriorem sententiam Sacerdos ratione beneficij, seu canonicatus obligatus celebrare præfinito tempore, & præfinito loco, etiam sine onere applicationis, non potest pro ipsa applicatione stipendium accipere, sicut de obligato celebrare certa hora ratione canonicatus declarauit Sac. Congregatio Concilij in vna *Ciuitatis Castellana* 9. Iulij 1644. & 10. Aprilis 1645. & de obligato certo loco in vna *Traguren*si 9. Ianuarij 1627. & tradunt Dian. *d. p.1. tr.4. resol.8.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg.24. num. 15. & de offic. Paroch. cap. & num.11.* vbi etiam refert ita declaratum fuisse ab eadem Sac. Congregatione Concilij iussu fel. rec. Vrbani VIII. quod habetur in dictis decretis *de celebr. Missar.* in hunc modum. *Ad quartum* Sac. Congregatio respondit, *Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu Capellæ, legati aut Salarij, si eleemosynas etiam pro alijs Missis celebrandis susceperint, non posse eadem missa vtrique obligationi satisfacere.* Idem docent Aldan. *de val. & applic. sacrif. tract.2. cap.3. num.3.* Gauant. *in com. ad rubr. Missal. p.3. tit.12. num. 5.* & Faust. *lib.2. de Eucharist. quæst.155.* Quoniam licèt talis Sacerdos non teneatur applicare fructuum sacrificij, habet tamen stipendium pro sustentatione correspondens Missis, quas tenetur celebrare. Ergo non potest aliud stipendium accipere.

Comprobatur, quia stipendium non est licitum, nisi quatenus detur pro sustentatione in virtute obligationis de iure naturali subministrandi Sacerdoti dictam sustentationem, quatenus ipse vicissim obligat suum ministerium in ordine ad offerendum sacrificium ad alicuius instantiam. Ergo cùm iam habeat obligatum suum ministerium quoad hoc, non potest ponere de nouo hanc obligationem, cuius intuitu possit de iure naturali esse sibi debitum ab alio stipendium pro sustentatione. 16

Neque demum subsistit asserta consuetudo immemorialis libertatis applicationis, acquisita cum acquiescenti Episcoporum. Primò, quia huiusmodi immemorabilis probari debet iusta Glossam *in cap.1. de præscript. in 6.* Gregor. XV. *decis.296.* ibique Add. *num.3* & nos alibi. Secundò, quia obstant decreta generalia Sac. Congregationis Concilij. Ad hoc enim vt consuetudo possit ius scriptum in aliqua parte abrogare, præter alia est necessaria ex parte inducentis potestas contrariæ legis condendæ, vel statuendæ, ex eo quod consuetudinem inducere posse non secus ac legem condere, est iurisdictionis, Rot. *decis.479. num.3. p.3. recent.* Add. ad Buratt. *decis.3. nu. 14.* Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.20. num.112. & seq.* Canonici autem non habent iurisdictionem abrogandi Constitutiones Synodales, si quæ sunt, & decreta Sac. Congregationis. Vlterius desideratur possessio pacifica, & imperturbata, quæ debet tanquam substantiale requisitum probari ad effectum probandæ consuetudinis, Cauaìer. *dec.650. num.3.* Et quia nequit suffragari in præiudicium iuris positiui in contrarium resistentis, constitutionum, ac decretorum scilicet antedictorum, nisi fuerit rationabilis, quam non improbant iura, & legitimè præscripta saltem spatio quadraginta annorum, sciente, & non contradicente eo, qui potest ius condere, *cap. vlt.* iuncta Glossa *in v. Rationabilis, & v. legitimè præscripta, de consuet. & cap.1. de præscript. in 6.* Rot. *dec.355. num.2. & dec.497. num.5. p.1. rec.* 17

Et ita declarauit Sac. Congregatio Concilij in vna *Alexandrina* 26. Aprilis 1653. & 7. Februarij 1664. *ad decr. super celebr. Miss. & ad cap. vn. sess.22. de obs. & euit.* his verbis: *Sacra, &c. ad petitionem S. Congregationis Episcoporum respondit, Canonicos Oratores, non obstante allegata consuetudine, & quòd in fundatione non habeant onus celebrandi, & applicandi sacrificium, non posse diebus, quibus per turnum iuxta tabellam Ecclesiæ Missas celebrant, applicare sacrificium pro sibi elargientibus eleemosynas.* 18

Quòd ipsum decreuit S. Congregatio Episcoporum in eadem *Alexandrina* sub die 9. Maij 1653. nempè *Episcopo, qui procedat ad adimplementum onerum Missarum, etiam quoad omnes Canonicos pro præteritis à die adepti Canonicatus iuxta declarationem S. Congregationis Concilij, & moneat pro futuris.* Ac in supradicta *Ciuitatis Castellana* sub die 9. Iulij 1644. censuit *Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis Castellanæ anniuersariorum celebrationi non satisfacere celebratione Missæ Conuentualis. In Missa verò* 19

Digitized by Google

quam ijdem Canonici celebrant in aurora. si non habent onus illam celebrandi ratione Canonicatus, legati, Capellaniæ, & salarij, posse manualem eleemosynam recipere, & pro ea sacrificium Missæ applicare.

20 Et proposito tertiò eodem dubio in eadem Sac. Congregatione Concilij 3. Iunij 1654. illa respondit, *in decretis*. Et in vna Elnen. cùm quæreretur, an canonico celebranti Missam Conuentualem, vltra distributiones illius, debeantur eleemosynæ, quæ à Christi Fidelibus erogantur pro Missis celebrandis? Die 5. Martij 1646. Sacra Congregatio Concilij respondit, Canonicos, & beneficiatos pro missa conuentuali non posse aliam eleemosynam recipere, vel sacrificium alteri applicare.

23 Quare partes Episcoporum sunt præcipere, vt Dignitates, & Canonici in celebrandis Missis ordinem in tabella notarum obseruent, & illa die, in qua ipsis pro satisfactione onerum suæ cuiusque præbendæ incumbit celebrare, nulla quæuis alia onera sacrificandi recipiant. Qui autem secus fecerit, eleemosynas sic receptas amittat pijs vsibus applicandas, alijsque pœnis arbitrio Episcopi mulctetur.

CONSVLTATIO LXII.

De præbenda theologali multa, ac varia ad præscriptum Sac. Concilij Tridentini sess. 5. de reform. cap. 1.

1 LEctores Sacræ Theologiæ tenebantur olim per se ipsos muneri satisfacere, quia est electa industria personæ, *argum. cap. Significatum, de præb.* sed quoniam postmodum eorum stipendia concessa fuere ijs, qui prorsus ad legendum inhabiles erant, ideò Concilium Tridentinum *sess. 5. cap. 6.* huic malo remedio obtulit in futurum, *cap. Cognoscentes, de constitut.* nimirum, vt Ordinarij eos, qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi obtinent ad sacræ Scripturæ expositionem, & interpretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & alijs locorum Ordinarijs eligendum.

2 Vnde licèt regulariter qui potest rem per alium explere, sufficiat si eum eligat, quem ipse idoneum existimauerit, *cap. extirpanda, §. Qui verò, de præb.* tamen limitatur, quando lex aliter disponit, vt hic, & *sess. 6. cap. 2. in fin. & sess. 7. cap. 5. & 7. & sess. 21. cap. 6. & sess. 24. cap. 18.* vbi Ordinarius arbitrio suo Vicarium idoneum deputat in aliorum beneficijs, & in hoc Concilium innouat, quod vbi approbatio fiebat ab eo, qui electionem habebat, hic tamen electio, & approbatio spectat ab Episcopum.

3 Ordinarius verò propriè dicitur Episcopus, cùm habeat iurisdictionem ordinariam in temporalibus, & spiritualibus, *cap. At si Clerici, de iudic.* vbi Abb. *num.* 13. Sed etiam inferiores Prælati, si eandem in subditos exerceant iurisdictionem, ordinarij dici possunt. Etiam Abbates in Monachos, 18. *quæst.* 2. In hoc tamen casu Episcopus corrigit negligentiam horum Ordinariorum, ad quem pertinent omnia, quæ sunt intra diœcesim, *cap. dict. persona* 11. *quæst.* 1. *& Clement.* 1. *de offic. Ordin.*

4 Neque solùm Ordinarij possunt substitutum huiusmodi eligere, sed etiam cogere, & compellere. Datur enim beneficium propter officium, & sic imponitur onus personale, & requiritur industria personæ, quæ per alium expleri non potest, *cap. quoniam Apostolicam, de offic. deleg. & cap. quia nonnulli, de Cler. non resid.* & vtrobique Glossa.

5 Notandumque est, quòd *cap. Quia nonnullis, de magistris* non requirebat lectionem Sacræ Scripturæ, nisi in Metropolitana Ecclesia, Concilium verò hoc extendit ad Cathedralem, & Collegiatam. Et limitatio illa, si Ciuitas insignis, vel populosa, refertur ad Cathedralem tantùm, non autem ad Metropolitanam, de qua iam fuerat indistinctè dispositum *in d. cap. quia nonnullis, de mag.* & vt euitetur legum correctio quoad fieri potest, *cap. Cum expediat, de elect. in* 6. Et cùm procedat Concilium alternatiuè, sufficit alterum adimpleri, videlicet si Ciuitas sit insignis, vel populosa, Abb. *in cap. Inter cæteras num. 5. de rescript.* Nec dicit Collegiatis insignibus, *vt in sess. 24. cap. 12. de reform.* sed existentibus in aliquo insigni oppido, vbi numerosus est Clerus, & populus. Etiam nullius diœcesis, & sic Metropolitanus in diœcesi sua, & Episcopus in sua lectionem Sacræ Scripturæ institui curabunt, ac etiam in Ecclesijs, quæ sunt nullius diœcesis, quamuis in reliquis earum cura ad alios pertineat.

Vbi verò nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocunque, præterquam ex causa resignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuò constituta, & deputata intelligatur. Vbi ergo constituta reperietur, firma remaneat. Sed pone, quòd constitutum reperiatur stipendium, vel præstimonium, non autem præbenda, & ad præsens præbenda vacet, an deputari poterit ad hoc munus? Censeo negatiuè. Quia sufficit quoquo modo quòd olim fuerit merces constituta sufficienter. Quid autem si nihil olim constitutum fuerit, sed de præsenti eodem tempore vacet præbenda, & præstimonium, vel stipendium? Respondeo, quòd præbenda vacans, seu primò vacatura ad hoc munus deputata intelligatur, non autem præstimonium, seu stipendium. Quia Concilium ad præbendam solummodò se restringit in futurum, nihil subdens de præstimonio, vel stipendio. Præbenda autem, quæ excipitur ea causa resignationis, intelligitur de resignatione, quæ dicitur in fauorem certæ personæ, quæ vacationem non inducit, Cassador. *dec. 3. de renunc.* Sed resignatio simpliciter facta in manibus superioris benè facit vacare. 6

An autem possit ad id munus assumi theologus regularis, vel sæcularis, qui non sit de gremio ipsius Ecclesiæ? Affirmamus. Sed an interim isto occupante præbendam, Capitulum possit eligere canonicum in locum defuncti implendo sedem, & supplendo numerum, qui interea percipiat distributiones quotidianas? Et negamus, sed expectandum erit, donec ad id munus eligi possit aliquis ex canonicis, qui locum impleat per Glossam *in cap. quia nonnullis, de mag.* Et dicimus, quòd ipso facto constituta, & deputata censeatur præbenda perpetuò, sed respectu lectoris poterit institui certa lex, etiam ad tempus, vt si lectorem diligentiorem efficere poterit in sui muneris functione, triennium eius conductioni præfiniatur. 7

Et quatenus in ipsis Ecclesijs nulla, vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ Ciuitatis, & diœcesis, vel aliàs prout commodiùs fieri poterit de Capituli consilio ita prouideat, vt ipsa Sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, vt quæcunque aliæ lectiones vel consuetudine, vel quauis alia ratione institutæ propter id minimè prætermittantur. 8

Igitur vbi est præbenda sufficiens, cessat sequens prouisio per modum præstimonij, vel stipendij, vel alterius modi. Et nota, quòd paria sunt vel nullam esse præbendam, vel minus sufficientem, vt *sess. 21. cap. 2. & sess. 24. cap. 17.* Ista autem sufficientia pensatur ex qualitate personæ, vt per Glos. *in cap. Cum ab eo, de rescript.* Archid. *in cap. si Episcopus,* & Glos. *in v. Etiam, de præb. lib. 6.* Curata verò beneficia non vniuntur, *sess. 24. cap. 13. de reform.* Et licèt hoc beneficium sit simplex, non caret tamen liquo seruitio, puta officij, vel Missarum, quæ onera debita supportari debent, siue per se, siue per alium iuxta allegationem Lapi 35. *& alleg.* 116. & 117. Verba verò prout commodiùs fieri poterit arbitrium boni viri requirunt, nec certa regula dari potest. Non sic autem quando committitur per hæc verba: *Prout fieri poterit*. Quia strictius demandatur, vt *sess. 24. cap. 12. sub princ. & in vers. Hortatur*, Consilium verò Capituli Episcopus sequi non tenetur, Abb. *in cap. 4. de ijs, quæ fiunt à Præl.* secùs si dixisset de consensu Capituli. Quia consensum expectare, ac sequi tenemur. Lectio autem casuum conscientiæ, vel Theologiæ scholasticæ sufficit, cùm hæc sit lectio Sacræ Scripturæ, Abb. *in dict. cap. quia nonnullis, de mag. num. 1.* & nos alibi fusè. 9

In Monasterijs quoque Monachorum, vbi commodè fieri queat, etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur. Qua 10

in

Digitized by Google

sin te si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, vt Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. Vbi dictio *etiam* implicat nedum lectionem sacræ Scripturæ, sed Grammatices, *argum. cap. 1. de commod.* Et verba illa, vbi commodè fieri potest, ad lectionem sacræ Scripturæ referenda sunt, vt sit sensus; habeatur lectio Grammatices, & vbi commodè fieri potest etiam lectio sacræ Scripturæ. Quod fauore studiorum non absurdè esset dicendum, aliàs dictio *etiam* non operaretur suum effectum, licèt quandoque dictio *etiam* non implicet per omnia. sed coniungat præcedentibus sequentia, vt dicamus, sicut lectio Sacræ Scripturæ esse debet in Cathedrali, & Collegiata, vt supra, ita etiam in Monasteriis, *arg.* eorum quæ dicit Abb. *in cap. Cum sit, de appell. num. 19.* quæ opinio magis placet. In hoc igitur si negligentes fuerint, possunt ad id Episcopi compellere, Glos. *in Clem. ne in agro, §. ad ampliationem, v. facultates, de stat. Monach.* Sed hic additum est, vt Sedis Apostolicæ delegati. Quod colligitur ex illa particula *in hoc*, quasi dicat, in reliquis prout de iure. Quandoquidem non licet Episcopis quidquam facere, vt Sedis Apostolicæ delegatis, nisi in casibus per Concilium, vel aliàs iure communi, & Constitutionibus Apostolicis expressis, *vt in cap. Ad abolendam, de hæret.* in Constitutione Gregorii XV. *de priuil. exempt. & in d. sess. 5. cap. 2.* Hæc autem potestas simpliciter concessa reperitur Episcopis. Quandoque enim datur in casibus, quos iure ordinario nullo pacto explicare possunt, vt hic, *& sess. 6. cap. 3. sess. 22. cap. 5. & 10. sess. 24. cap. 9. 11. & 14. sess. 25. cap. 8. de Regul. & d. sess. 25. cap. 9. propè fin. de refor.* Quandoque in casibus, quos, etsi iure ordinario explicare possunt, tamen firmiùs, & maiori cum auctoritate idem poterunt, vti Sedis Apostolicæ delegati, *sess. 6. cap. 2. sess. 21. cap. 3. 6. & 8. sess. 22. cap. 3. & 8. sess. 24. cap. 10. sess. 25. cap. 14. de reform.* Quandoque in casibus, qui interim respectu quarundam personatum explicari possent iure ordinario, sed respectu aliarum non possent, vt *in d. sess. 5. cap. 2. sess. 14. cap. 4. sess. 22. de obser. & euit. ad fin. & sess. 25. cap. 5. de Regul.*

11 In Conuentibus verò aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur. Quæ lectio à Capitulis generalibus, vel prouincialibus assignetur dignioribus magistris. Huiusmodi igitur deputatio non ad Priorem Conuentus, sicut supra ad Abbatem monasterii, sed ad Capitulum generale, vel prouinciale spectat, & Episcopus hoc casu non supplet negligentiam Capituli generalis, vel prouincialis. Differentias porrò inter monachos, & Regulares ponit Abb. *in cap. Auaritia num. 5. de prob. & in cap. Ex parte de postul.* Et sicut non supplet Episcopus negligentiam Regularium, sic examinare, & approbare non potest de vita, moribus, & scientia eos, qui Sacram Scripturam interpretaturi sunt in claustris suis, & multò minus eos, qui tali munere fungi volent in claustris Monachorum, vt *in d. cap. 1. sess. 5. propè fin.* Sufficit enim si à suis Superioribus, quibus subsunt, approbentur, *arg. cap. 1. de priuil. lib. 6.* remanente Episcopis examine, & approbatione ad prædicationis munus. Nec sufficit, si hi magistri sint digniores, & doctiores, sed necesse est, quòd sint magistri graduati, qui propter assumptionem ad docturatum censentur in dignitate constitui. Non enim agitur hic de officio legendi, sed de magisterio doctoratus iusta doctrinam Abb. *in cap. quanto num. 1. de mag.*

12 Docentes verò ipsam sacram Scripturam, dum publicè in Scholis docuerint, & scholares, qui in ipsis scholis student, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à iure communi concessis plenè gaudeant, & fruantur, *cap. super specula, de mag.* Et sic theologus legens, quandiu legit, pro residente habetur, & recipiet omnes fructus, præter distributiones quotidianas, præsupposito, quòd adsit massa grossa, seu præbenda, iuxta *cap. licet*, vbi Glos. *de præb.* Oldrad. *cons. 300. num. 10.* Cassad. *dec. vn. de Cler. non resid. num. 3.* Quòd si sit eiusdem Ecclesiæ Canonicus, conuenit, vt distributiones quotidianæ præter instum stipendium à Choro absenti pridiè quàm legat, & die quo legit, concedantur, Concil. Colon. prouinc. sub Adolfo *tit. 2. cap. 9.* Sed de hoc *in 1. tom.*

Proferamus ex more nostro Sacrarum Congregationum decreta. *Sacra Congregatio Concilij in Burgen. ad d. cap. 1. sess. 5. Si in Ecclesia, in qua præbenda, aut stipendium pro lectore deputatur, & persona electa reperitur Ordinarij inferiores negligentes fuerint in compellendis lectoribus ad præscriptum huius decreti, Episcopus eos monere debebit, & terminum præfigere, quo elapso, ipse supplere poterit.* Quòd est etiam de iure, Cardin. *in Clem. Plerique quæst. 9. num. 11. de elect. cap. 2.* cum ibi *not. de concess. præb.* & de communi Abb. *in cap. Cum Ecclesia num. 7. de elect.* 13

In *Asculana*: Facta erectione præbendæ donec de idoneo Theologo prouideatur, Episcopus fructuum custodem non deputet, sed eos omnes Superiori alicuius Monasterij tradat, vt aliquis idoneus Theologus ex suis Regularibus publicè sacram Scripturam in Cathedrali doceat, eique in primis necessaria subministret ex dictis fructibus, reliquum verò in monasterij vsum conuertat ex decreto Pii V. & Gregorii XIII. ac Sacr. Congregationis super Episcopis *in Tertonen.* 2. Augusti 1581. *in Camerinen.* 26. Ianuarij 1594. & *in Beneuentana* 27. Octobris 1593. Regulari tamen in titulum dari non potest, eadem Sac. Congregatio in *S. Seuerini* Augusti 1605. Neque regularis huiusmodi potest interesse actibus Capitularibus, neque participare de distributionibus quotidianis, eadem Sac. Congregatio in Sebenici 20. Augusti 1596. Nisi præbenda alios fructus non haberet. Quia tunc assignari potest pars distributionum, eadem Sac. Congregatio *in Baren.* 19. Martii 1627. Interim verò dum præbenda vacat, Capitulum ad mercedem cogi non potest, S. Congregatio Concilii *in Assisien.* 14

Præbenda theologalis debet erigi sine præiudicio optionis, à Sancta Sede quibusdam Capitulis concessæ, S. Congregatio super Episcopis *in Maceraten.* 9. Iunii 1592. Vnde erectio in hoc casu locum habebit in præbenda dimissa ab eo, qui nouissimè optauit, S. Congregatio Concilii *in Theanen. ex cap. Cum in tua 4. de consuet. in 6.* Modò tamen antiquior optet intra viginti dies, *d. cap. Cum in tua.* Neque erigi potest de Canonicatu affecto, & reseruato, S. Congregatio super Episcopis *in Signina* 12. Ianuarii 1604. Licèt Episcopus sit Cardinalis, & gaudeat indulto, S. Congregatio Concilii *in Bergomen.* 1. Decembris 1580. Neque vbi ante Concilium Tridentinum habebatur stipendium deputatum in Cathedrali pro Lectore sacræ Theologiæ, eadem Sac. Congregatio Concilij in vna *Bracarensi*. 15

Cùm præbenda theologalis vacat, dari debet in Commendam Canonico idoneo eiusdem Capituli, donec Titularis prouideat. Aliàs poterit Episcopus applicare fructus alicuius personæ extra capitulum, quæ suppleat munus legendi, S. Congregatio Concilii *in Camerinen.* 8. Februarii 1594. 16

Vbi sunt præbenda, & Canonicatus non potest assignari aliud beneficium pro isto Theologo, vel Pœnitentiario, eadem Sac. Congregatio Concilii *in Seguntina*. 17

Præbenda, quæ debebat conferri Theologo legenti in Ecclesia iuxta hoc decretum, si conferatur inhabili ad hoc munus, valida erit collatio, dummodo non præcesserit actualis deputatio eius præbendæ in theologalem, eadem Sac. Congregatio Concilii *in Rauennatensi*. 18

In Collegiata, si concurrunt à Concilio requisita, potest Episcopus deputare primò vacaturam pro lectione sacræ Scripturæ, sed si persona ante vacationem non est nominanda, eiusdem electio spectabit ad Episcopum, collatio verò ad quem spectabat ante vacationem, eadem Sacra Congregatio Concilii *in Cæsaraugustana*. 19

Si nullæ sunt præbendæ, eò quia canonicatus distributiones quotidianas tantùm habent, idem statuendum est, quod de præbendis cum illarum loco succedant, eadem S. Congregatio Concilii *in Eugubina*. 20

Vacante præbenda, si inter Episcopum, & capitulum controuersia oriatur circa electione Theologi, ad Metropolitanum recurrendum erit, & eius iudicium seruan-

seruandum, eadem Sacra Congregatio *in Ragusina*.

22 Habita ratione consuetudini Ecclesiæ detur à capitulo perpetuum stipendium Theologo, & si magis expedire videbitur per triennium conducatur, eadem S. Congreg. *in Salernitana* 16. Iunii 1565.

23 Lectores sacræ Scripturæ in quibuscunque Conuentibus Regularium, de ipsorum licentia ab Episcopo loci approbandi non sunt, secus verò si extra; quia in hoc casu idem seruandum est, quod in Prædicatore, eadem S.Congregatio 25. Aprilis 1573.

24 *Quando per modo di prouisione si hà da condurre vn Teologo, dee eleggersi secolare, se si può fare, come si fe in S. Pietro di Roma, e non regolare, eccetto in caso, che non si troui secolare*, Congregatio super Episcopis Cardinali de Vrbino 5. Octobris 1573.

25 Hoc primum decretum non comprehendi Canonicatus, & præbendas vacantes in mensibus Sedi Apostolicæ reseruatis, sed Pœnitentiario, & sacræ Theologiæ Rectori prouidendum est de Canonicatibus vacantibus in mensibus Ordinariorum, Sac. Congregatio Concilij *in Parmen.* 7. Octob. 1574.

26 Præbendæ, seu præstimonij huiusmodi collatio ad eum pertinet, ad quem antea spectabat, eadem S. Congregatio *in Astoricen.* 3. Octobris 1576.

27 Satisfit Concilio, si theologia scolastica legatur, eadem S. Congr. 5. Aprilis 1576.

28 Canonicus Theologus non potest compelli ad ponendum substitutum, quando ex capite infirmitatis sanabilis impeditur, quominus per seipsum legere valeat. Eo verò casu, quo quis esset substituendus, electio substituti ad Episcopum spectat, S. Congregatio Concilij apud Garz. *de benefic. p. 5. cap. 5. n.* 159.

29 Qui resignauit in manibus Ordinarij præbendam theologalem, potest obtinere mediante optione pinguiorem præbendam cum retentione sui stalli in choro, Sacr. Rituum Congregatio *in Veronen.* 2. Septembris 1597.

30 Postquam vacauerit præbenda, quæ officio Canonicatus theologalis fuit vnita, & eam Theologus adeptus fuerit, debet sedere in loco sui canonicatus, S. Congregatio Concilij *loc. cit. n.* 111.

31 Eidem in vim vnionis factæ ab Episcopo de præbenda vacatura non competit ius aduersus canonicatum vacatum per resignationem, S. Congregatio Concilij *in Monopolitana* 29. Augusti 1626.

32 Qui diuinis pro præsente habetur diebus, quibus legit, non censetur præsens matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedenti pro die sequenti, S. Congregatio Concilij apud Garziam *p. 3. cap.* 2. *num.* 118.

33 Instanti sibi licere legere per substitutum, stante impedimento infirmitatis, fuit concessa licentia ad sex menses à Sacra Congregatione Concilij, sub die 13. Nouembris 1627.

34 Stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali, vt per quemlibet Canonicum, habentem præbendam canonicatui annexam, obtineatur vna ex dignitatibus in eadem Ecclesia, quæ nullum habet onus, seu emolumentum, sed solùm sedet super Canonicos, & illos in processionibus præcedit, potest Canonicus Theologus dictam dignitatem obtinere, S. Congregatio Concilij 18. Nouembris 1628.

35 Theologo legente casus conscientiæ, possunt cogi presbyteri ad eum audiendum, S. Congreg. Episcop. 16. Martij 1593.

36 Scholares audientes in Cathedralibus non gaudent ijsdem priuilegijs, quibus alij in publicis Academijs, ex decreto Sacræ Congregationis apud Garz. *loc. cit. p. 5. cap.* 4. *num.* 117.

37 Distributiones præbendarum vacantium licèt theologalis, vel Pœnitentiariæ, semper dantur præsentibus, & nunquam reseruantur successoribus, S. Congregatio super Episc. *in Mileten.* 11. Iulij 1636.

38 *Il Canonicò teologale leggendo la mattina dee essere esente dal seruitio del coro solamente la mattina. E così leggendo la sera, dagli officij della sera solamente*, Sac. Congreg. Episcopor. *in Vercellen.* 4. Augusti 1589. Vel ad summum ex gratia tamen pro tota die, qua ex officio legit. Eadem Sac. Congregatio *in Ferentin.* 27. Iulii 1604. Sicut & pro tota die, qua ex obligatione concionem habet, Sac. Congreg. Concilii. Non tamen lucratur anniuersaria, & alia emolumenta incerta, eadem Sacr. Congregatio *in Limana* 19. Augusti 1622. Potest tamen à lectionibus vacare mensibus Iulij, Augusti, & Septembris, licèt huiusmodi vacationis Concilium non meminerit, quia censetur institutus adinstar aliorum Lectorum, ex S. Congreg. apud Garz. *loc. cit. num.* 156. *& seqq.* Aliis verò temporibus cogitur legere, licèt antecessores nunquam legerint, S. Congr. Concilii *in Reatina*. Quod tamen intelligendum videtur, si adsit necessitas. Vnde S. Congreg. Episcoporum declarauit, Canonicum S. Petronii Bononiensis non teneri legere, quòd nulla eius lectionis adesset necessitas, & quod eius antecessores nunquam legerint, Sac. Congreg. Episcopor. 8. Maii 1637.

Quò verò ad audientes, si Theologus legat theologiam moralem, siue casus conscientiæ, potest Episcopus cogere Clericos ad lectiones accedere. Si verò legat materias speculatiuas, communi omnium captui non accomodatas, conniuere poterit, si non accedat, qui eas non intelligit, Sac. Congreg. Episcop. *in Fundana* 15. Februarii 1593. Dignitates verò, & Canonicos hortari debet Episcopus lectiones theologicas accedere, non cogere, Sac. Congreg. Concilii *in Bracharen.* 22. Maii 1610. 39

In Fossanen. lectionis 11. Martii 1662. Animaduertens D. Episcopus auditorium Canonici Theologi in Cathedrali legentis maximè infrequens, ac penè desertum esse, decreuit, vt in posterum lectiones in caedra Episcopi habeantur, compertum experientia habens non infrequenter, neque incommodè in eum locum auditores confluere. Sed quia nonnulli Canonici prænarratam loci designationem fieri haud potuisse contendunt, ideò Episcopus supplex petit hanc Sac. Congregationem declarari. 40

An ipse statuere potuerit, ne lectiones à Canonico Theologo non in Cathedrali Ecclesia, sed in Palatio Episcopali habeantur? 41

Item supplex petit. An ipse cogere possit Regulares, in quorum Monasteriis lectio sacræ Scripturæ minimè habetur, vt lectionibus per Canonicum Theologum habendis intersint? 42

Sac. Congreg. Concilii &c. censuit, ad primum, in casu, de quo agitur affirmatiuè. 43

Ad secundum, negatiuè. 44

At cum quæreretur in eadem Congregatione Concilii *in vna Vrbinaten.* 10. Martii 1663. quòd cum in erectione Canonicatus theologalis iuxta præscriptum Sacri Concilii Tridentini *sess. 5. cap. 1. de reform.* non sint assignati certi dies, in quibus Canonicus Theologus debeat sacram Scripturam interpretari, nec iidem ab ipso Canonico designati, an compelli possit ad explendum dictum munus saltem semel singulis hebdomadis, exceptis tribus mensibus æstiuis, vel toleranda consuetudo, quòd duodecim, vel quindecim faciat lectiones, quibus interesse debent sub pœna certæ punctaturæ omnes Canonici? Sacra Congregatio censuit respondendum, *arbitrio Archiepiscopi*. Porrò tempus, locum, & materiam Sacræ Scripturæ, super qua legendum sit, Sac. Congregatio Concilii remittit arbitrio Ordinarii *in Brixien.* 4. Aprilis 1596. & Sac. Congreg. Episcop. 11. Ianuarii 1594. 45

CON-

Digitized by Google

CONSVLTATIO LXIII.

An cum hæresim abiurantibus dispensari possit à Summo Pontifice in radice matrimonij, iam ante abiurationem contracti cum impedimento secundi gradus?

1 Respondeo affirmatiuè. Est communis Doctorum sententia, quæ generaliter asserit, Summum Pontificem, vt supremum iuris Canonici arbitrum, quodlibet impedimentum dirimens iure positiuo constitutum tollere posse, prout ex nunc, & remouere in ipsa radice matrimonij, adeo vt dispensatio ad illius initium retrotrahatur, & proinde censeatur fuisse ab initio validum, non minus quàm si ipsa dispensatio præcessisset, & nullum vnquam impedimentum irritans positum esset. Atque ita præ cæteris docent Couar. *de matrim. part. 2. cap. 8. num. 13.* & fusè probat Barbos. *in cap. Per venerabilem 13. qui fil. sint legit. num. 4. & seqq.* Doctores, quos refert, ac sequitur Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 7. num. 4. & seqq.* Pyrrhus Corrad. *in pr. dispensat. lib. 8. cap. 3. num. 46. & seqq.* cum plerisque alijs ibi citatis, & cum multis Garz. *de benef. par. 7. cap. 2. num. 41. & 42.* ac Pont. *de matrim. lib. 8. cap. 5. num. 9.*

2 Quod quidem in præsenti æquitas etiam suadet, & causa publica, quæ requiritur à Tridentino *sess. 24. cap. 5. de reform. matrim.* non deficit, nempè fauor fidei Catholicæ, quo faciliùs ad eam hæretici alliciantur. Ac rectè sequitur ex declarationibus Sac. Congregationis S. Officij, quæ sæpè ita censuit: *Cum hæreticis volentibus inter se in gradibus prohibitis matrimonium contrahere Apostolica Sedes non dispensat, nisi hæreses abiurauerint, & licet vnus sit Catholicus, alter verò hæreticus, si iste non abiurat, non conceditur dispensatio*, die 4. & 24. Octobris 1607. & 24. Iulij 1609. & 15. Aprilis 1610. & 24. Octobris 1613. & 18. Decembris 1608. & 28. Maij 1609. vbi denegata fuit dispensatio Duci Sabaudiæ volenti ducere vxorem filiam Regis Angliæ, nisi ista abiuraret. Fuit etiam denegata Duci Neuburgi Catholico, volenti ducere filiam Ducis Bipontini hæreticam, nisi quoque ista abiuraret. Et licèt post multa de facto contraxerit cum prætensa dispensatione, sibi concessa à Vicario Apostolico Hollandiæ in gradu prohibito, fuit tamen dictum, matrimonium esse nullum. Ergo si abiurarint, dispensatio eis non denegatur. Et 27. Maij 1627. cùm quidam Catholicus, qui scienter coram Parocho non suo contraxit cum hæretica sibi in secundo gradu consanguinitatis coniuncta petijsset dispensari, vt iterùm contrahere posset, cum ipsa sit parata hæreses abiurare, Sanctissimus mandauit committi Nuncio Apostolico, vt constito sibi de præmissis, & abiurata prius hæresi per dictam hæreticam cum oratoribus dispenset, vt non obstante dicto impedimento matrimonium inter se, seruata forma Concilij Tridentini de nouo contrahere valeant. Sic etiam sub 8. Decembris 1627. cum conuerso ad fidem Catholicam fuit dispensatum, vt virginem sibi in secundo affinitatis gradu coniunctam, & opera sua ad fidem conuersam ducat in vxorem.

3 Aduerto tamen, quòd hæc doctrina non potest sanum habere intellectum, nisi dumtaxat intelligatur quoad effectus merè ciuiles, & temporales, puta legitimationem, & similia, non autem, vt ipsum matrimonij sacramentum, quod ab initio non constitit, vel conualescat vnquam, vel valuisse censeatur. Fictiones enim, & effectus retroactiui in ciuilibus admittuntur, non autem in Sacramentis, quæ si ab initio non valuerint per superuenientem ab pòst facto dispensationem nulla possunt ratione confirmari. Et ideò quando matrimonium ob aliquam inhabilitatem est irritum, ad hoc vt conualescat, & fiat validum, requiritur necessariò consensus amborum coniugum, qui debent scire prius matrimonium fuisse inualidum, vt docent Host. *in cap. 5. de eo, qui duc. in matrim. sub princip.* & ibi Henriq. *num. 5.* Butr. *num. 8.* Præpos. *in cap. Non debet, de consang. num. 20.* D. Thom. *in 4. d. 40. qu. vn. num. 4. ad 6.* & alij apud Sanctarel. *var. resol. qu. 48. num. 31. par. 1.*

CONSVLTATIO LXIV.

An, & quatenus Vicarius generalis Episcopi præcedere debeat Canonicis, & Dignitatibus Cathedralis?

1 Negatiuè respondendum videtur. Siquidem Capitulum constituit vnum, ac idem corpus cum Episcopo, cuius corporis ipse est caput, & Canonici membra & partes, *cap. Nouit, de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. Cap.* Gloss. *in cap. Irrefragabili, de offic. Ord. v. per Capitulum*, Menoch. post Gloss. *in cap. A collatione, de appell. in 6.* Grat. *discept. for. cap. 111. num. 1. & seqq.* Conueniens autem non est, immò repugnat ordini naturali, quòd membra à suo capite separentur. Quod contingeret, si Vicarius præcederet Capitulo, quia interereretur inter Episcopum, & Capitulum. Ideò cum non deceat membra à capite separare, *can. Non decet. 22. d.* Canonici & Dignitates debent omnibus præcedere, quibus Episcopus præcedit ex regulis traditis in materia præcedentiæ, Gregorius XV. *decis. 284. num. 2. & seqq.* Et ita in specie quod Canonici, & Dignitates in choro, & cæteris actibus collegialibus debeant præcedere Vicarium generalem, tradit Gratian. *d. cap. 111. num. 18.* Menoch. *integro cons. 52. à num. 135. lib. 1. & cons. 25.* vbi latè ad fauorem Archidiaconi id probat, Gregor. *decis. 284.* vbi Add. *litt. A.* firmans deberi Capitulo præcedentiam in omnibus supra Vicarium generalem, præsente Episcopo.

2 Idque præcipuè locum habet, stante legitima consuetudine. Licèt enim Vicarius Episcopi de iure omnes præcedat, contraria tamen consuetudo valat, Nauar. *cons. 3. num. 1. de maior. & obed. par. 1.* Vel concordia, quæ ad euitandas turbas pro bono pacis validè fieri potuit absque beneplacito Apostolico ex *cap. fin. de pact. in 6.* & in specie dixit Rota coram Seraphin. *decis. 36. per tot.* & in Consentina præcedentiæ 1. Iunij 1618. coram Dunozetto. Maximè quia talis concordia est iuri conformis, ac etiam sustineretur, si esset aliquo modo illi contraria, cùm vel pacto, vel consuetudine ad euitandas dissensiones, vel ex alia rationabili causa fieri possit, vt etiam minus dignus in aliquo actu particulari præferatur digniori, Menoch. *cons. 52. n. 99.* Gregor. XV. *decis. 124. n. 4.* vbi sufficit, quòd sit decennalis, & in Seguntina præcedentiæ 23. Iunij 1609. coram Pamphilio, Mar. *consul. 26. num. 34.* Fab. Ann. *cons. 40. num. 4. lib. 1.* & declarauit S. Rituum Congregatio in vna Vercellen. mense Iunij 1669. in qua fuit resolutum, seruandam esse concordiam.

3 Nihilominus dicendum est, Vicario generali Episcopi deberi præcedentiam in omnibus actibus, ac locum eminentiorem super quibusuis Dignitatibus, & Canonicis. Est communis sententia, quam præ cæteris sequuntur Ias. *in l. de quibus num. 69. ff. de legib.* Felin. *in rubric. de maior. & obed. num. 10.* Abb. *cons. 21. part. 1. per tot.* Rocch. de Curt. *de consuet. cap. vlt. num. 110.* Bero. *cons. 21. per tot. vol. 1.* Card. *in cap. fin. de offic. Deleg. in 6.* Rebuff. *in prax. tit. de Vic. Episc. num. 7.* Boer. *de auct. magn. Consil. nu. 77. in fin.* Staphil. *de lit. grat. par. 2. de mod. & for. impetrat. v. dubitatur*, Gamb. *de legat. lib. 3. numer. 103.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 4. cons. 46.* Ricc. *in prax. tom. 2. res. 390.* Maller. *de hierar. Eccl. lib. 3. par. 1. tit. 7. nu. 6.* D. Fagnan. *in cap. Ad hæc, de præb. nu. 28. & seq.* Anton. de Prat. *de iurisd. Episc. cap. 6. num. 4.* & firmauit Rota coram Seraphin. *decis. 369. num. 10. part. 4.* Bott. *de Synod. par. 3. num. 20.* Cucch. *instit. can. tit. 8. de Vicar. Episc. num. 29. lib. 2.* Fusch. *lib. 1. de visit. cap. 2. num. 19.* Io. de Ann. *singul. 28. tom. 2. var. Doctor.* Zerol. *in prax. par. 1. v. Vicarius, §. 15.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 25. num. 1.* alijque penes ipsos. Nam Vicarius, licèt non esset Prælatus, est tamen superior, etiam in præsentia Episcopi, licèt non exerceat iurisdictionem, quia est electus ad iurisdictionem exercendam, habet gradum, titulum, atque adeò præcedentiam respectu cæterorum.

4 Quinimmo Vicarium esse Prælatum, constat ex eo, quòd exercet totam illam iurisdictionem, quam habet ipse Episcopus. Hæc autem iurisdictio constituit prælatiam. Et proinde censetur constitutus à lege per *reg. l. 2. ver. omnia enim, C. de vet. iur. enucl.* & notat Garz. *part. 1. de benefic. cap. 8.*

cap. 8. num. 25. plura adducens, & accipit iurisdictionem à lege vbi primum Vicarius constituitur, vt notant Gloss. *in cap. Romana, v. generaliter, de appell. in 6.* Gemin. *in cap. fin. de offic. Vicar. in 6.* Abb. *cap. 2. in fin. ne Prælati vices suas*, Sanch. *lib. 2. de matrim. disp. 29. num. 13.* Vnde habet iurisdictinnem ratione officij, & titulo Vicariarus, *cap. 2.* ibi: *Per commissionem officij, de offic. Vicar. in 6.* & notant. Abb. *cons. 21. num. 3. lib. 1.* Couar. *cap. 4. pract. num. 4. in fin.* Nam dignitas incipit ex electione, & acceptione *per l. ex eo tempore, ff. de test. mil.* vbi Bart. & alij Doctores, idem Bart. *in l. Publius init. ff. de condit. & demonst.* Alex. *in l. Diem functo, ff. de assess.*

5 Immò eius iurisdictio est ordinaria. Quia est Vicarius generalis, cùm in omnibus gerat vices sui Episcopi, Glos. *in l. fin. v. Rectorum, C. de offic. eius, qui Vic. & in cap. 2. v. Officialem, de offic. Vic. in 6. & in d. cap. Romana, v. Generaliter, de appell. etiam in 6.* & innumeri apud Sanch. *lib. 3. de matrim. dispat. 29. num. 3.* Quia iurisdictio concessa à lege est ordinaria, *can. A Iudicibus 2. qu. 6. & l. & quia, ff. de iurisd. omn. Iud.*

6 Quare de præsenti est subrogatus in locum Episcopi, in quo est præsens, & de præsenti constitutus in dignitate pro exercenda iurisdictione, & ideò tanquam de præsenti subrogatus, & de præsenti habens dignitatem subrogationis, debet etiam de præsenti frui priuilegijs illius, in cuius locum est subrogatus. Nam tunc solùm non debet frui, si existat is; in cuius locum est subrogatus, quando subrogatio non dat de præsenti gradum, & dignitatem. Nam si dat, confert quoque priuilegia gradus, & dignitatis, vt constat in Episcopis titularibus, qui nullum habent exercitium iurisdictionis.

7 Cùm igitur Vicarius sit superior, & Canonici, ac Dignitates ei subditæ, vtatur que auctoritate, & potestate Episcopi, vnde omnes illi, qui subduntur Episcopo, subduntur etiam Vicario; Canonici autem & Dignitates subduntur Episcopo, sequitur, quòd illi debeatur præcedentia. Esset enim irrationabile, si subditus præcederet superiorem.

8 Neque obstat, quòd non deceat membra à capite separari. Quia Vicarius constituit etiam vnum caput moraliter cum Episcopo, sicut constituit cum eo vnum, & idem tribunal, *cap. Non putamus, de consuet. in 6. & cap. Romana, de appellat. Clem. 2. de rescript.*

9 Minus etiam obstat concordia. Quia cùm non sit confirmata à Pontifice, non ligat successores, & tanquam irrationabilis attendi non debet, vt stabiliunt Riccius *dicto tom. 2. resol. 390.* & Abb. *d. cons. 21.* ac Leo in *thesaur. for. Eccl. par. 1. de Vicar. num. 11.* Nisi tamen fuerit per longum temporis spatium, puta per quadraginta annos obseruata, vt fuerat in allegata Vercellen.

10 Et hanc sententiam amplexa est Sac. Rituum Congregatio, quæ sæpiùs censuit, quòd Vicarius generalis Episcopi in Choro, in Ecclesia, & vbique præcedat omnibus Canonicis, & Dignitatibus, etiam primæ post Pontificalem, siue Archidiaconus, siue quomodocunque vocetur, vt in vna Montisregalis 20. Augusti 1586. in vna Fanen. 3. Octobris 1586. nempè. De præcedentia, & loco Vicarij Episcopi illud obseruetur, vt in choro, & extra chorum Vicarius Episcopi præcedat Dignitates, & Canonicos omnes publicè, priuatimque, vti eorum superior, ita tamen vt certum & immutabilem nullius locum occupet. Idem censuit in Lesinen. 3. Octobris eiusdem anni, & in vna Vicentina 16. Maij 1604. & in Mileten. 13. Iulij 1619. Ac etiam illis Dignitatibus, & Canonicis, qui habitu Prothonotarij incedunt, eadem Sacra Congregatio in Brundusina 16. Iulij 1605. ac qui in habitu canonicali, etiamsi rocchetto, & cappa vtuntur, stantibus aut sedentibus, eadem Sacra Congregatio in Nulana, & Lauretana 25. Martij 1610. Et hoc etiam non obstante consuetudine, aliisque in contrarium, eadem Sacra Congregatio in Andrien. 7. Augusti 1610. & in Ferrarien. 20. Decembris 1614. Et præsertim in Synodo, in qua indistinctè debet habere locum ante Canonicos, & Dignitates, etiam Ecclesiæ Cathedralis, S. Congregatio Concilij 19. Septembris 1637.

11 Idque etiam Episcopo præsente, maximè si talem illi locum assignauerit, eadem S. Congregatio in Egitanien. 20. Decembris 1601. & in Sutrina 1. Octobris 1616. & in Vtirana 5. Aprilis 1620. & in Gallipolen. 21. Decembris 1613. ac alibi. Vnde Vicario debent dari candelæ, palmæ, & thus ante Canonicos & Dignitates, exceptis ijs, qui cum paramentis assistunt, nempe pluuialibus, & alijs sacris indumentis, S. Rituum Congregatio in Bisinian. 16. Maij 1610. & in Egitanien. 3. Augusti 1602. in hæc verba: *Circa locum Vicario generali dandum, dum ab Episcopo pro negocijs vrgentibus tractandis ad Capitulum destinatur, cùm locus certus pro Vicario in Capitulo hactenus nō sit determinatus, licèt in processionibus Capitulum præcedere soleat, Sacra Congregatio respondit, Vicario generali conuenire locum supra omnes Canonicos tam in Congregationibus capitularibus, & sessionibus, quàm in processionibus, dummodo Canonici sacris vestibus parati non incedant.* Idem in vna *Ciuitatis Penna* die 12. Aprilis 1603. Fuit aliàs declaratum à Sac. Rituum Congregatione, vt Vicarius generalis præcedere debeat omnes Dignitates, & Canonicos, dummodo non sint parati sacris paramentis, & dummodo Vicarius non sit ex numero Dignitatum, vel Canonicorum eiusdem Ecclesiæ, & velit tanquam Dignitas, vel Canonicus in choro assistere, distributiones quotidianas lucrandi causa. Quia tunc sedere debet in stallo, seu loco suæ Dignitatis, vel Canonicatus. In reliquis omnibus Vicarium generalem præcedere debere, Sac. Rituum Congregatio censuit. Et idem seruandum esse cum Vicario Generali *Ciuitatis Penna*, quem esse Archipresbyterum, & secundam Dignitatem asserunt, declarauit die 12. Aprilis 1603.

Et in Reatina Vicarius generalis supplicauit deberi sibi 12
præcedentiam in processionibus supra Dignitates, & Canonicos tam præsente, quam absente Episcopo. Et Sacra Rituum Congregatio respondit: *Semper, & vbique deberi præcedentiam Vicario generali supra Dignitates, & Canonicos tam præsente, quam absente Episcopo, dummodo Vicarius incedat cum suo habitu Vicariali, nempè cum subtana, & mantello, & dummodo Dignitates, & Canonici non sint sacris vestibus induti, die 11. Maij 1641.*

Et *in Ciuitatis Plebis*. Sac. Rituum Congregatio iuxta 13
antiqua Decreta respondit: *Episcopo Ciuitatis Plebis, quod si eius Vicarius incedit in habitu vicariali præcedere debet omnes Dignitates & Canonicos quantumuis Prothonotarios; si verò assistat vti Canonicus debet sedere in loco suæ receptionis, die 26. Augusti 1645.*

Idem in vna Lauretana. Vicarium Ecclesiæ Lauretanæ 14
simplicem Clericum in habitu ordinario Clericali cum pileo nigro in choro, & processionibus etiam quando Canonici sunt parati præcedentiam prætendere supra omnes Dignitates & Canonicos, & inter illos in eodem habitu indigniori loco præter debitum ritum cœremoniarum incedere velle, S. Rituum Congregationi expositum fuit. Quæ quidem S. Congregatio, vt aliàs in similibus, ita etiam nunc in Lauretana Ecclesia seruandum esse censuit, & declarauit, vt scilicet Vicarius supra Dignitates, & Canonicos paratos nullam habeat præcedentiam, sed tantùm alijs præcedat, quando sunt in habitu Canonicali ordinario, & sine paramentis. Quare ad scandala, & indecentia remouenda, eadem Sacra Rituum Congregatio mandauit, vt Vicarius prædictus cum Canonicis paratis non incedat, & quòd huiusmodi Decretum in Lauretana Ecclesia publicetur, & Choro affigatur, ac inuiolabiliter seruetur, præcepit, & ordinauit die 6. Septembris 1603.

Hoc ipsum in vna Tyburtina. Canonici Ciuitatis Ty- 15
burtinæ petierunt declarari, An Vicarius generalis debeat illis præcedere, dum ipsi Canonici in Vesperis, vel in Missis solemnibus ab Episcopo celebratis sacris paramentis induti assistunt, & Episcopum associant, & cum eo in choro sedent, S. Rituum Congregatio inhærendo decretis aliàs in simili causa factis, respondit, præcedentiam dandam esse Canonicis paratis. Nec conuenire vt Vicarius Canonicis paratis præcedat. Et ita declarauit die 6. Martij 1610.

Et in vna Castellaneten. die 25. Septembris 1621. S. Ri- 17
tuum Congregatio inhærendo decretis aliàs in similibus factis censuit, præcedentiam competere Dignitatibus, & Canonicis paratis supra Vicarium generalem, neque allegatam consuetudinem, immò verius abusum suffragari. Et declarauit sæpiùs S. Congregatio Episcoporum, quòd absente Episcopo subintret prima Dignitas, & cæteri per ordinem, nec Vicarius, vti Vicarius potest Missas solemnes cantare, Sanctissimum Sacramentum, aut sacras reliquias paratus deferre, nec alijs ecclesiasticis functionibus se immiscere; sed tantùm præesse, vt omnia suo ordine fiant. Ita in

vna

Digitized by Google

vna Tusculana 14. Aprilis 1592. in Bisinianen. 16. Maij 1600. in Spoletana 22. Decembris 1611. & in Hortonen. 19. Septembris 1627.

17 Id enim non decet etiamsi Vicarius sit Protonotarius, & rochetto, ac mantelletto vtatur, eadem S. Congregatio in dicta Nolana, & Lauretana 23. Martij 1602. Ac etiam consuetudine in contrarium non obstante, eadem S. Congreg. in d. Castellanensi modò relata.

18 Debetque præcedere etiam Gubernatori ciuitatis, si est laicus, eadem S. Congr. in Ciuitatis Castelli 2. Aprilis 1591. Item omnibus Potestatibus, & Commissarijs, siue Iudicibus temporalibus in sua Diœcesi existentibus, eadem Sacra Congregatio in Nucerina 15. Maij 1610. & in Foroliuien. 24. Nouembris 1668. Ac Commissarijs vbique, ac in omni loco, tam præsente, quàm absente Episcopo, eadem Sacra Congregatio in Rauennaten. 28. Aprilis 1607. non obstante consuetudine, dummodò non sit de gremio Capituli, nec incedat in habitu canonicali, eadem S. Congregatio in Ripana 28. Maij 1616. & 19. Ianuarij 1619. & in Tarracinen. 19. Augusti 1617. Verùm in hac re extat decretum S. Rituum Congregationis, quæ censuit, quòd Gubernatores Ciuitatum & Prouinciarum circa eorum præcedentiam cum Vicarijs Episcoporum, vt si fuerint Præsides Prouinciarum, vti Bononiæ, Marchiæ Anconitanæ, Vmbriæ, & similium thurificentur, & habent parem immediatè post Episcopum, & ante Vicarium, etiam Episcopo absente. Ac Gubernatores Ciuitatum minorum, præsente Episcopo immediatè post ipsum, eo verò absente, si fuerint Episcopi ante Vicarium propter dignitatem Episcopalem, si verò non, post Vicarium immediatè ante Dignitates, & Canonicos, itaut Dignitas ecclesiastica, semper sæculari præferatur. Et secundùm hanc resolutionem S. Congregatio super Episcopis mandauit obseruandum fore vbicumque de hoc controuerteretur die 10. Iunij 1592.

19 Non debet tamen incedere in habitu suo ordinario inter Canonicos paratos, eadem S. Congregatio in Camerinen. 14. Iunij 1608. & in Casalen. 5. Iulij 1614. Et præsente Episcopo in die Purificationis non debet accipere candelam ante Canonicum, vel Dignitatem, quæ Episcopo ministrauit, eadem S. Congregatio in Lucerina 14. Maij 1608. Nec potest sedem arbitrio suo sibi parare, sed debet sedere in sede solita Vicario assignata, eadem S. Congregatio in Nentonen. 4. Maij 1606. Sed eius locus debet esse secundùm consuetudinem Ecclesiæ, quæ non est mutanda, eadem S. Congregatio in Alexandrina 15. Maij 1608. Nec ei licet occupare locum Episcopi absentis, nec parare sibi sedem cum tapete, & puluinari, sed idem debet esse eius locus, absente Episcopo, quem, illo præsente habere, consueuit, eadem S. Congregatio in Brondusina 16. Iulij 1605. & in Bisinianen. 16. Maij 1600. Debet tamen in choro, si non sit Canonicus in digniori sede, vel loco sedere, non tamen in solio Episcopali, S. Congregatio Episcoporum in Caetana 22. Ianuarij 1596. Quòd si dignior sedes esset occupata, Dignitas, & Canonici descendere debent inferius vno gradu, eadem S. Congregatio Episcoporum 28. Augusti 1589. & in Licien. 14. Augusti 1590. ac in Melphitana 28. Augusti 1589. per hæc verba: *Che il Vicario etiam Apostolico non dee occupare la sedia Episcopale nel Coro, nè altro luogo della Chiesa, non segli dee dare l'incenso se non due volte al piu, non segli dee dare à baciare il Vangelo. Non si dee fare accompagnare dal Palazzo alla Chiesa, nè dalla Chiesa à quello*. Quod etiam dixit in Tropien. mense Iulio 1581. in hunc modum. *Che il Vicario etiam che fosse Apostolico non si dee fare accompagnare quando và alla Chiesa da alcuno in nome del Capitulo, nè etiam dal Capitolo stesso*. Si autem non est Prælatus, licèt, absente Episcopo, cum suo habitu ordinario cum subtana & mantelletto nigro sedeat in choro primo loco supra Canonicos, thurificandus est duplici, non autem triplici ductu thuribuli, eadem Sacra Congregatio in Nepesina 14. Ianuarij 1617. Quin neque Vicarius Apostolicus thurificandus est triplici ductu in principio Missæ, post Euangelium, & in Offertorio; sed in Offertorio tantùm, absente quidem Episcopo ter, præsente verò bis ducto thuribulo; neque ei defertur debet Euangelij liber osculandus. Quia hæc sunt Episcopi priuilegia, S. Congregatio Episcoporum 28. Augusti 1589. & in Caetana 14. Ianuarij 1595. Nec præcedit quando adest aliqua Dignitas, vel aliquis Canonicus Episcopus. Nam tali assignatur locus super omnes Canonicos, & Dignitates.

Habeturque in decisione Oradini in causa Algaren. sibi proconcordia commissa cum voto Rotæ, quod in Capitulo si Archipresbyter sit caput Capituli, qui possit Capitulum conuocare, tunc Archipresbyter Vicario præferatur. Si verò Archipresbyter non sit caput Capituli, sed de capitulo, & Episcopus sit caput, tunc si Episcopus sit præsens, & Vicarius habeat vocem in Capitulo vt Vicarius, præferatur Vicarius, si autem vt Canonicus, præferatur Archipresbyter. In choro autem, & processionibus, & alijs actibus concernentibus Ecclesiæ seruitium, cultum, & officium diuinum, cùm præsupponatur, chorum esse diuisum in duas partes, & quod à dexteris habeat sedem primam Episcopus, & à sinistris prædictus Archipresbyter, & sic in præeminentiori loco sedeat, quàm Vicarius, qui ex eo, quòd est de Capitulo, venit & stat cum insignijs canonicalibus, præferatur Archipresbyter Vicario, excepta legitima consuetudine, si in hoc probabitur infra annum, in contrarium. 20

Aduerto tamen, quòd si Vicarius sit Canonicus, non poterit distributiones percipere, nisi sedeat, & incedat in loco suo cum habitu canonicali, & quando vult præcedere Canonicis, debet habitum canonicalem dimittere, & tunc non potest percipere distributiones, vt plures resoluit eadem S. Rituum Congregatio præsertim in Calaguritana 2. Augusti 1603. in Sutrina 26. Augusti 1599. in Laniconen. 24. Martij 1599. Ita etiam in funeribus debet cum Canonicis in suo loco incedere, aliàs non lucratur distributiones, eadem S. Congreg. in Nicien. 10. Maij 1604. Quia nullum ius habet ad percipiendas distributiones, tanquam Vicarius, sed tanquam canonicus, & ideò debet interesse, tanquam canonicus. Quando autem interest, tanquam canonicus, debet tenere locum, qui ei, vt tali competit, sicuti tradunt Felin. *in rubr. de maior. & obed. num. 4. in fin.* Menoch. *de arbitr. cas. 68. num. 23. lib. 2.* Boer. *tract. de author. Magn. Consil. num. 66.* Chassan. *in catal. glor. mund. par. 4. consid. 45.* Riminal. sent. *cons. 93. num. 31.* Barbat. *de præst. Cardin. num. 32.* Pauin. *de potest. Capit. sed. vac. par. 2. princip. quæst. 16. v. An autem*, Capyc. *decis. 27. n. 27.* Sbroz. *de offic. Vicar. quæst. 25. num. 17. lib. 2.* & Rota coram Verallo *decis. 306. num. 2. par. 1.* 21

Atque hæc locum habent tantummodo in Vicario Generali Episcopi, non autem in Vicario Generali Capituli, sede vacante. Nam illi competit præcedentia super omnes canonicos, & Dignitates, excepta prima post Pontificalem, vt censuit eadem S. Congregatio in vna Assisien. mense Augusto 1630. Quia cùm habeat auctoritatem & iurisdictionem à capitulo, est inferior capitulo, atque ideò non debet præcedere primam Dignitatem, in qua repræsentatur capitulum. Neque locum habent in Vicario foraneo, qui præcedentiam super alios Presbyteros non habet ex eo solo, quòd est Vicarius foraneus, nisi contrarium haberetur de consuetudine. Vnde super hoc innouatio fieri non debet, præsertim sede vacante, vt resoluit S. Congr. Episcopor. in Vritana 9. Ianu. 1587. in Nolana 15. Sept. 1600. & 16. Maij eiusdem, & in Tranen. 7. Aprilis 1601. & sæpè alibi. 22

At verò, quid si articuletur à Vicario prætensa consuetudo, ac petat ad eam probandam literas remissoriales? Censeo non esse concedendas. Nam S. Rituum Congregatio declarauit, consuetudinem, quam abusum vocat, Vicario non suffragari, vt in eadem Castellaneten. adducta. Idcircò quamuis etiam talis consuetudo probari posset; tamen quia probata non releuaret, non videtur concedenda dilatio, & articuli tanquam irrelenantes sunt reijciendi, *l. Ad probationem, C. de probat.* Carl. de Grass. *decis. 5. de dilat.* Gregor. XV. *decis. 81. n. 2.* 23

Neque obstat, quòd articuletur consuetudo immemorabilis, cui non censetur derogatum, licèt fuerit damnata consuetodo. Nam id procederet, si simpliciter fuisset dictæ consuetudini derogatum, sed cùm vlterius fuerit damnata, tanquam abusus, & sic tanquam iniqua, & irrationabilis, vtrique comprehenditur etiam immemorabilis iuxta distinctionem Card. *in Clem. vlt. § final. nu. 6. de reb. Eccles. non alienan.* vbi quòd id procedit etiamsi non fuerit addita dictio vniuersalis, Couarr. *var. resol. lib. 3. cap. 13. sub num. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 33. num. 9.* 24

In omnem autem euentum per modum prouisionis solet mandari Vicario generali, ne intersit processionibus, idque ad euitanda scandala. 25

CON-

CONSVLTATIO LXV.

CVm sacri ritus, vt scribit Tertullianus, sint firmissimi paxilli, quibus in vinea Domini innituntur palmites ecclesiasticæ disciplinæ. Si enim à choro, à nauigio, ab exercitu ordinem sustulerimus, confusionem inducemus in amœnam. Sic Templorum sacra mysteria, nisi ordinem, & disciplinam habuerint, nec decora esse possunt, nec vtilia satis, ac religiosa, vt aduertit P. Chrysol. *in Mystag.* Fac, inquit Roffensis *art. 27. contra Luterum*, ne quisquam lauet manus, ac genua flectat, aut ne tundat pectus, aut oret non velato capite, aut non in pedes erectus stet, dum legitur Euangelium, aut id genus aliqua prætermittat, videbis infra paucos dies, eam, quam vocas, deuotionem penitus euanescere. Nam ea, quæ in paucorum adhuc Christianorum pectoribus viget, quanquam sit pertenuis illius cultus scintillula, cœremonijs tamen enutritur. Propterea Sancti Patres tum ex traditione Apostolica, tum ex inspectatione diuina cœremonias semper tanti fecerunt, illas nobis summoperè commendantes, vt ex illorum setiptis quilibet videre potest. Earum fructus enumerar quoque Laurentius Beyerlinkius *in promp. festor. p. hiem. in festo Purific. B. Virg.* & summatim, vr habes in Theatro, sunt isti. Primò, quòd licèt in cœremonijs nulla constituatur perfectio, tamen ad eam veluti manuducant, eamque conseruent, dum animum excitant ad rerum diuinarum contemplationem, & deuotionem. Quod enim sal carnibus, cortex arboribus, sepes hortis, id Religioni sunt cœremoniæ, vnde absque his nullam Religionem subsistere diu posse asseruit Augustinus *lib. 19. contra Faust. Manith.* Secundò. Cœtemoniæ rudibus, & imperitis seruiunt loco imaginis, & sunt velut viuæ picturæ. Tertium sunt symbola militiæ Christianæ, quibus secernimur ab alijs sectis. Cuius rei typus fuit sanguis Agni illitus postibus Hebræorum, & funiculus coccineus suspensus in fenestra Rahab meretricis. Quartò; Excitant amorem erga Deum, & venerationem, dum mentem curis sæcularibus eneruatam sursum eleuant, & ad sancta sanè tractandum veluti manuducunt. Quæritur ideò ptopter nonnullas Ma nichæi, & Vigilantij reliquias.

1 *An deceat Archidiaconum pluuiali indutum, & Episcopo solemniter celebranti assistentem, prabere itonem, seu tabellam pacis Magistratui laico, vel potius hoc munus prastandum sit à Magistro Cæremoniarum, vel ab alio Mansionario?*

2 *An permittendum sit scamnum tapete ornatum, ac puluinaribus Magistratui laico intra presbyterium,*

3 *An Vicarius generalis rocchetto, & mantelletto indutus, cæterique Canonici cum cappis, & rocchetto associantes Episcopum ad Ecclesiam accedentem cum cappa magna ad peragendas functiones sacras, debeant ipsum immediatè subsequi?*

4 *An liceat duobus thuribulis eodem tempore thurificari Canonicos, & Magistratum à duobus Mansionarijs, & à Diacono?*

5 *An ad confessionem, & ad verba, Incarnatus est, in Symbolo à Choro cantata & ad benedictionem in Missa solemni, Magistratus debeat genu flectere?*

6 *An deceat, stantibus Vicario generali, & Canonicis, Magistratum sedere capite tecto coram Episcopo in presbyterio?*

ADprimum: Negatiuè. S. enim Rituum Congreg. 1
sub die 5. Iulij 1614. decreuit, vt Subdiaconus in Missa nullo modo ferat pacem laicis, etiamsi sint Priocipes. Ergn multò magis hoc dedecet primæ Dignitati.

Ad secundum; Etiam negatiuè. Est enim contra sacros 2
Canones, sanctnrum Patrum scripta, ac Conciliorum sanctiones, atque innumera S. Congreg. Rituum decreta, de quibus alibi.

Ad tertium: Affirmatiuè. Ita enim vbique locorum 3
moris est, cum inter caput & membra nullus debeat intercedere, atque adeò Magistratus sæculatis debet præire, vt in omnibus Ciuitatibus insignioribus seruatur, ac rituum obseruatin præscribit, salua semper Ecclesiastica hierarchia, contra qnam nulla præualet consuetudo immemorabilis, vt doceot Antonell. *de regim. Eccles. Episc. cap.* 18. *num.* 13. Ricc. *in prax. cap.* 1. *resol.* 163. & decreuit eadem Sac. Rituum Congregatio, cum confirmatinne san. mem. Alexandri VII. in causa præcedentiæ inter Canonicos S. Mariæ de Rotunda.

Ad quattum; Tntinius *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. si duo Acoly- 4
ti, inquit, cum duobus thuribulis essent, thurificato celebrante, posset vnus thurificare vnam chori partem, alter alteram, & ita partes populi, simul conueniendo, quod melius possent. Et Minores tam conuentuales, quàm Obseruantes in suo cœremoniali sic aiunt: In solemniotibus festiuitatibus adhiberi poterunt duo thuriferarij cum thuribulis, qui chorum incensantes, incensabunt suo quisque thuribulo suam partem eiusdem, ac vltimò populum. Ex quibus videtur dicendum, licere.

At nihilomious respondendum est, non licere. Nam, 5
vt cœremoniale Camaldulensium concludit, duo thuribula sunt contra vsum Romanæ Ecclesiæ, solùmque spectant ad processionem Sanctissimi Sacramenti, præsertim in cœna Domini, Parasceue, & festo Corporis Christi. Quòd notat cœremoniale canonicorum Regularium *cap.* 21. & est apud Aldanum *in comp. can. resol. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 34. & Barbos. *in Apostol. decis. collect.* 705. *num.* 1. à S. Rituum Congregatione 21. Iulij 1618. derlaratum bis verbis: Thurificatio iusta formam cœremonialis cum vnico tantum thuribulo facienda. Et ex Barbosa ibidem, & Aldano *num.* 46. Sacra eadem Congreg. 15. Martij 1608. duorum thuribulorum consuetudinem non probauit. Excipiuntur tamen à Bauldrio *in man. sacr. cærem. par.* 2. *cap.* 9. *art.* 1. *nu.* 2. processiones Sanctiss. Sacram. in quibus duo adhibentur, & etiam translationes Reliquiarum solemnium, in quibus duo adhiberi possunt, si opus sit. Nam si eodem tempore id liceret, non daretur locus præcedentiæ, ac ritibus Ecclesiasticis.

Ad quintum: Affirmatiuè iuxta præscriptum Rubricæ, 6
& commendabilem vsum Capellæ Pontificiæ, in qua Regum Oratores, cæterique Dynastæ genuflectunt. Porrò genuflectendi, corpusque inclinandi vsus vetnstissimus est, de quo Durant. de *ritib. Eccles. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 20. solùmque Iudæi, mentis superbiam demonstrantes, omnino id non faciunt, D. Hieronym. *in cap.* 45. *Isai.*

Ad sextum: Non decere. Ita censuit eadem S. Congregatio in Viterbien. die 23. Martij 1669. siquidem coram viris conspicuis non licet sedere, nec caput tegere absque eorum nutu. Quod etiam ex Scriptoribus sæculi monet Statius *in Theb. lib.* 1. *v.* 203. & ex Patribus Tertullian. *de orat. S. Basil. de abdic. sæcul.* Idque in signum humilitatis, ac reuerentiæ, Muret. *var. lect. lib.* 10. *cap.* 1. Apul. *in apolog.* 1. Minut. *in Octau.* Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Petr. Pit. *in aduers. lib.* 1. *cap.* 7. Fran. Luisin. *in parerg. lib.* 2. *cap.* 19. Rodigin. *lib.* 20. *cap.* 12. Val. Maxim. *lib.* 5. *cap.* 2. *in Sylla*, Arnob. *lib.* 7. & Erodot. *lib.* 2. & alij.

CON-

Digitized by Google

CONSVLTATIO LXVI.

Cùm Beneficiati, & Clerici cuiusdam Ecclesiæ surgere, ac detecto capite salutare debeant Canonicos accedentes ad illorum Ecclesiam die S. Marci, quæritur, an etiam debeant id obseruare cum Parochis, & cætero Clero sæculari & regulari ad eandem Ecclesiam eo die accedentibus?

1 RESpondeo affirmatiuè. Etenim mos reddendi salutationem est virtus ciuilis, antiquissima, naturalis. Eum Sacra Scriptura passim inducit, & Christus Dominus Discipulis suis piè commendauit, Matth. *cap.* 10. Ecclesiast. *cap.* 22. S. Basil. *in epist. de solit.* Idem faciunt Scriptores profani, Plutarch. *in Marc. Crass.* Isocrat. *ad Demon.* Euripid. *in Hippol. v.* 95. *& in Med. v.* 663. Io. Stuc. *in Com. Ant. lib.* 2. *cap.* 31. *&* 32. Solùmque Anabaptistæ hanc habebant superstitionem, Reges Numidiæ, & Nero hanc superbiam nemini reddendi salutationem. Quis igitur ex Christianis maluerit imitari illorum hæresim, istorum asinitatem, quàm morem Sanctorum, Angelorum Dei? Etiam statuæ, etiam bestiæ salutationem non reddunt. Vide S. August. *serm.* 42. *de Sanct.* Alex. *in genial. dier. lib.* 2. *cap.* 19. Io. Stuc. *lib.* 2. *cap.* 32. & Theophrast. *de contum.*

CONSVLTATIO LXVII.

Quibus modis incendia contingere soleant? Vbi de hac re plura ex vtroque iure.

1 ET quidem incendia contingre solent vel dolo, quando quis consultò, data opera, sciens, prænidensque incendium immittit, *l. Qui ædes* 9. *& l. vlt.* §. 1. *ff. de incend. ruin. naufrag.* talisque dolosus incendiarius, vel pœna capitis punitur, per *l.* 1. *in princ. & l. qui dolo, ff. ad leg. Corn. de Sicar. & l. data opera, C. de ys, qui accus. non pos.* de qua *d. l. qui ædes, ff. de incend. ruin. & naufrag. & l. capitalium*, §. *qui ob inimicitias, ff. de pœn.* Vel viui combustio, *d. l. capitalium, d. §. qui ob inimicitias*, cuius meminit *d. l. qui ædes*, & de vtraque Menoch. *de arb. cas.* 390. *n.* 31.

2 Vel lata culpa quando per summam, dissolutam, & supinam alicuius negligentiam exoriuntur, *l. si fortuito*, 11. ibi: *Nisi tam lata culpa fuit*, *eod. tit.* Quo casu pœna arbitraria locum habet, & insuper Incendiarius ad damni per incendium dati restitutionem tenetur.

3 Vel leui culpa, quando quis in habendo, & custodiendo igne non eam diligentiam adhibet, quam quilibet diligens, & frugi paterfamilias ad eum modum, quem hominum natura desiderat, rebus suis adhibere consueuit, *l. si vendita* 11. *ff. de peric. & commod. rei vend.* Hæcque negligentia damni restitutione coercetur, *l. Capitalium* 28. §. *Incendiarij* 12. *ff. de pœn. l.* 1. *C. de leg. Aquil.* Insuperque pœna pecuniaria, Fisco applicanda, punitur, *d. l. si fortuitò* 11. ibi: *Vt luxuria*, *ff. de incend. ruin. naufrag.*

4 Vel leuissima culpa, quando quis omittit, vel facit, quòd diligentissimus paterfamilias omissurus, vel facturus non fuisset, *l. In rebus* 16. *in princ. ff. commod.* Huiusque incendij, siue in omittendo, siue in faciendo, culpa leuissima constat, pœna est damni reparatio, aut si quis non soluendo fuerit, leuis castigatio, *d. l. qui ædes* 9. ibi: *Si verò casu, id est negligentia, ff. de incend. ruin. naufrag.* Estque in primis hoc intelligendum de eo, qui ex natura contractus de culpa leuissima tenetur. Quanquam si culpa leuissima in faciendo consistat, actione legis Aquiliæ teneantur etiam ij, qui de leuissima culpa obligati non sunt.

5 Vel casu fortuito, quando vi quadam maiori fit, quæ prouideri, aut auerti non potuit, *l. Contractus* 23. *in fin. ff. de reg. iud. l. Conductor* 15. §. *Si vis* 2. *&* §. *Cum quidam* 3. *l. si merces* 25. §. *Vis maior.* 6. *l. Qui insulam* 30. §. *Colonus* 4. *ff. locat. l. fluminum* 24. §. *Seruus* 4. *ff. de damn. infect.* Et huiusmodi incendium nullam omnino pœnam meretur, *d. l. si fortuito* 11. *ff. de incend. ruin. naufr.* Nisi culpa casum fortuitum præcesserit, Marian. Socin. *in cap. si quis domum* 6. *nu.* 13. *extr. de iniur.*

6 In dubio autem præsumitur dolosum, aut culposum. Quod est contra Gaill. *lib.* 2. *obser.* 21. *n.* 2. *& obs.* 23. *n.* 4. aliosque. Non tamen vt ex lata, vel leui culpa, sed leuissima culpa, & quidem tali, quæ in omittendo consistit, incendium exortum putemus præsumendum, per textum *in d. l.* 3. *de offic. Præf. vigil. & l. si vendita* 11. *ff. de pericul. & commod. rei vend.* Farinc. *in sua pract. crim. p.* 3. *q.* 150. *cap.* 2. *n.* 9. ibi: *Limita septimo, & num.* 92. ibi: *Et in ista culpa*, Menoch. *lib.* 2. *de arb. cent.* 4. *d. cas.* 390. *n.* 7. Præsumitur autem dolus, si etiam fiat, Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 107. Vel si manifesto cum periculo ignem quis applicauit, Menoch. *ibid. n.* 97. Onus igitur probandi incendium culpa lata, vel leui inhabitatoris esse ortum, incumbit ei, qui ad damni reparationem agit. Quando verò quis teneatur ad restitutionem ob culpam solam vide Rotæ Romanæ *dec.* 104. *tom.* 2. *posth. Farin.* vbi quòd si conuenitur ex contractu, vt locati, non tenetur, nisi adsit saltem lata, vel leuis culpa; si autem lege Aquilia de damno dato, tunc etiam de leuissima in committendo tenetur.

7 Quòd si domesticorum alicuius facto incendium ortum est, paterfamilias tenetur, si de certa persona ex domesticis constet, eaque circa officium suum deliquerit. Puta si stabularius ignem, vel candelam in stabulo, focaria in culina, lotria in lauatrina, calefactor in fornacibus negligenter custodiuerit, *l. si seruus* 27. §. *si fornicarius* 9. *ff. ad l. Aquil.* Gaill. *d. obs.* 21. *n.* 3. Quæ tamen sententia non procedit, si eiusdem personæ communiter pro fidelibus, & diligentibus habitæ, ac receptæ fuerint. Illud dubio caret, de incendio culpa hospitantium, & diuertentium exorto, non teneri cauponem, per tex. *in l.* 1. §. *vlt. v. Viatorum autem factum*, *ff. furti aduer. naut. cap. stabul.* Similiter nec dominum ob incendium culpa operariorum factum teneri magis est, vt dicamus, maximè si tales sint operarij, quos etiam diligentissimi patresfamilias simili modo conducere solent, sicut in specie de patrefamilias, qui mulierem ad torrendum canabem in furno, conduxerat, respondit Io. Cephal. *cons.* 362. *n.* 10. *& seqq. lib.* 3.

8 De eo quoque variant Interpretes, num si priuati inimici ædibus alicuius ignem supposuerint hicque in domos vicinorum processerit, easque consumpserit, vicinis damnum resarcire cogatur? Et quidem si vicini ab incendij auctoribus damni reparationem consequi nequeant, in subsidium, & illum ipsum, cuius domus ab inimicis fuit combusta, conueniri posse arbitror cum Alberic. de Rosat. *ad d. l.* 3. *de offic. Præf. Vigil. n. vlt. per textum in l. si merces* 25. §. *culpa* 4. *ff. locati*. Quid tamen, si inimicitiæ sine eius culpa ortæ sint? Idem dicendum putant plerique. Verùm hanc sententiam iniquam esse nullus dubitat, nisi verisimiliter cogitare potuisset, inimicos eius tale quid attentaturus. Tum enim vel pacem cum ipsis inire, vel domum suam cautiùs custodire debuisset, Mar. Socin. *in d. cap. si quis domum* 6. *nu.* 12. *extr. de iniur.*

9 Quid verò si incendium ortum sit in domo vicini mei, idque ob negligentiam meam in non extinguendo ignem aliorum vicinorum ædes transiuerit, anne hisce ad damni restitutionem tenebor? Vtique per textum *in l. Capitalium* 28. §. *Incendiarij* 12. *vers. Nam fortuita*, *ff. de pœn.* At nunquid liceat mihi ædes meas negligere, *arg. l. Sed & si lege* 25. §. *Consuluit* 11. *ff. de hæred. pet.* Non arbitror, cùm id cum damno vicinorum coniunctum fuerit, Alberic. de Rosat. *ad d. l.* 3. *de offic. Præf. Vigil. n.* 6.

10 Num autem si quis bombardam emiserit, & exindè aliorum ædificia exusta sint, ad damni emendationem obligetur? Affirmo, *arg. l. Si seruus*, 27. § *Si quis Insulam* 8. *& l. Qui occidit* 30. §. *In hac quoque actione* 3. *ff. ad leg. Aquil. l. vt dicamus* 11. §. *vlt. ff. locati*, Gaill. *lib.* 2. *obs.* 22. *n.* 7. vbi se meminisse ait ex facto nobilem quendam, qui ruri in columbam super columbario sedentem, bombardam emisit, & præter opinionem occulta vi pulueris, stramineum tectum incendit, vt indè progressus ignis vicina rusticorum tuguria simul consumpserit, in Camera ad refectionem damni ex lege Aquilia condemnatum esse.

11 *In cap. Tua nos, de sent. excom.* Incendiarij ea quo sunt per Ecclesiæ sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad Apostolicam Sedem sunt mittendi, sicut Clericorum percussores mittuntur. Sed *in c. Pessimam* 23. *q.* 8. dicitur, si quis malo studio, aut vindictæ cupiditate ignem apposuerit, excommunicetur, & si mortuus fuerit Incendiarius, careat sepultura Ecclesiastica. Item *in c. Si quis membrorum* 23. *q.* 8. incendia domorum faciens, & mandans, aut

con-

consemiens, si coram Episcopo requisitus separare damnum noluerit, ab Ecclesia se priuatum agnoscat.

12 Ex his iuribus aliqui absolutè dicunt, Incendiarios esse ipso iure excommunicatos, vt Iul.Clar. *in prax.* §. *fin. q.*77. *n.*19. Quod probari videtur *d.cap. Tua nos.* Hæc tamen sententia non recipitur, nisi ea consuetudine loci habeantur pro excommunicatis, Syluest. *v. Incendiarij, num.*2. Alij dicunt nullos Incendiarios esse ipso facto excommunicatos, sed excommunicandos, vt Suar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 2. *nu.* 17. Caiet. *v. Excommunicatio, cap.* 22. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 35. *n.* 5. Syluest. *v. Sacrilegium*, Nauar. *cap.* 27. *n.* 74. Em. Sà, *v. Excommunicatio Papa reseruata*, *n.* 7. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 29. *n.* 8. & videtur probari *d.c. Pessimam*. Alij autem distinguunt, quòd Incendiarij Ecclesiarum, vel locorum Religiosorum, seu Ecclesiasticorum sunt ipso facto excommunicati, & Incendiarij aliorum locorum sunt excommunicandi. Sed tam hi, quàm illi quoties fuerint declarati ab Ordinario excommunicati, excommunicatio erit Papæ reseruata, vt Glos. *in cap. Tua nos*, *v. Publicati*, Abb. *ibidem.* Turrecrem. *in d.c. Pessimam*, *n.* 1. Syluest. *v. Incendiarij*, *n.* 2. Less. *de iust. cap.* 45. *nu.* 22. *lib.* 2. Azor. *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 27. *q.* 11. dicens, licèt hoc aperto iure non probetur esse tamen consuetudine receptum. Quod etiam tenet Laym. *lib.* 4. *tr.* 10. *cap.* 7. *n.* 19. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 8. *nu.* 18. qui testatur esse communem sententiam, Farinac. *q.* 110. *n.* 15. & Salzed. *ad Diaz. cap.* 108. vbi ait communem.

13 Id, quod etiam procedit in muliere incendiaria. Hæc autem denunciata non potest absolui, nisi à Papa, Sayr. *loco cit.* Graff. *lib.* 2. *de casib. reser. cap.* 23. *n.* 8. Ita vt Legatus à Latere non possit tales denunciatos absoluere, Abb. *in cap. Ad eminentiam*, *nu.* 4. *de sent. excom.* S. Anton. *p.* 3. *tit.* 25. *nu.* 21. Syluest. *v. Excommunicatio* 7. *nu.* 14. §. *septima*, *vers. Secundo*, Sayr. *loc. cit. n.* 10. Et secundùm aliquos sufficit Incendiarios denunciari edicto generali edito contra incertos, ceu Suar. *n.* 18. Filiuc. *tr.* 15. *n.* 53. Sed magis communis requiritur nominatim esse denunciatos, Glos. *in d. cap. Tua nos*, Caiet. *cap.* 22. *sum.* Nauar. *loc. cit.* Sayr. *num.* 12.

14 Ex eodem *c. Pessimam*, aliqui dicunt Incendiarios quorumlibet locorum, & cooperantes incurrere interdictum ab Ecclesiastica sepultura. Alij dicunt, eos incurrere interdictum ab ingressu Ecclesiæ, si contumaces fuerint non satisfaciendi ab Episcopo moniti, per *d. c. Si quis membrorum*, Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 2. *n.* 15. *in fin.* Filiuc. *d. tr.* 15. *n.* 53. Sed verius est, non esse interdictum vllum latæ sententiæ, sed ob impœnitentiam, seu contumaciam notoriam carere Ecclesiastica sepultura, sicut alij notorij peccatores defuncti in impœnitentia.

15 Modus autem absoluendi Incendiarios est *in d. c. Pessimam*, statutus, vt cogantur prius damnum reparare, & iurare, se ampliùs non facturos incendia, & imponenda illis pœnitentia peregrinationis transmarinæ, vt in seruitio Dei per annum permaneant Hierosolymis, vel in Hispania, scilicet militando contra Infideles, vt Turrecrem. *n.* 1. *in d. c. Pessimam*. Sed non est ampliùs in vsu hæc pœnitentia. Ideò de forma absoluendi mox dicemus.

16 Incendiarij, quando fuerint in iudicio definitiua sententia de hoc crimine condemnati, scilicet de incendio dolo causato, incurrunt iuris infamiam. Quia hoc est crimen publicum, & capitale, vt *l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de sicar. l. Qui eius, ff. de incend. ruin. naufrag. l. Capitalium*, §. *nonnunquam*, *ff. de pœn.* Et consequenter taliter damnati sunt irregulares, vt alibi dictum est.

17 *In d.c. Pessimam*, Episcopus absoluens Incendiarium, non seruata forma ibi præscripta, scilicet præuiæ satisfactionis, iuratoriæ cautionis, & pœnitentiæ ibi præscriptæ impositionis, damnum restituat, & per annum ab officio Episcopali abstineat. Hanc esse suspensionem latæ sententiæ ait Alter. *tom.* 2. *tr. de suspens. disp.* 16. *cap.* 3. *in fin.* At verius est esse simplex præceptum, quia verba non sonant censuram. Vnde transgressor non esset irregularis. Ita Reginald. *lib.* 3. *tr.* 2. *n.* 182. Filiuc. *tr.* 20. *n.* 215. Immò hoc præceptum non videtur obligare ad pœnam ante sententiam, Sanch. *lib.* 9. *de matr. disp.* 30. *n.* 1. *& vlt.* Quinimmò hodie ille textus non videtur vsu receptus. Quia pœnitentia, de qua ibi, imponendæ peregrinationis, seu militiæ, non est in vsu.

Ita quoque *in c. Super eo, de raptor.* qui violenter insurrexerunt in rapinas, & notorij Ecclesiarum violatores, non sunt absoluendi, nisi restituant prius, vel si non possunt, saltem idoneè caueant, si possunt, quòd si id non faciant, cùm possint, non sunt admittendi ad pœnitentiam, & Sacramenta, & absolutio aliàs foret nulla propter particulam, *Pœnitentia beneficium eis penitus denegetur.* Quòd si in vita satisfacere noluerint, & in morte nec satisfacere, neque cauere idoneè potuerint, admitendi quidem sunt ad Sacramenta, & sepulturam in loco sacro; sed nullus Clericorum eorum sepulturæ interesse potest, aut eleemosynam pro eis accipere; & Clerici, vel Sacerdotes contra præmissam formam attentantes, id est admittentes illos ad pœnitentiam, vel sepulturæ inseruiendo, aut eleemosynas accipiendo contra prædicta, Ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & Ecclesiastico beneficio careant.

Per hæc autem verba inferri videtur. Primò, quod absolutio data contra formam prædictam, erit nulla propter illam particulam, *Penitus denegetur*. Quæ particula *penitus*, habet vim latæ sententiæ, & decreti irritantis. Tiraqu. cum magis communi *in l. si vnquam*, *v. Reuertantur* n. 105. *& seq.* Et maximè quia in eo textu adest illa particula, *Si pœnitentias dare attentauerint*, quæ significat actum de facto, & de iure nullum. Et confirmatur, quia vt ait Tiraq. *n.* 108. idem valet particula *penitus*, & particula *nullatenus*. Particulam autem *nullatenus*, ait esse latæ sententiæ, & decretum irritans continere. At verò si in Canone dicatur, *nullatenus absoluatur*, multi dicunt, fore nullam absolutionem, vt Suar. *de censur. disp.* 7. *sect.* 5. *n.* 44. Laym. *lib.* 1. *tr. de censur. excom. cap.* 6. *nu.* 8. Contra Coninch. *de censur. disp.* 14. *n.* 209. Alter. *tom.* 1. *disp.* 4. *lib.* 4. *c.* 4. *col.* 8. & in terminis de verbo *penitùs*, quòd valeat actus in contrarium, tenent nonnulli, quos allegat Tiraquel. *d. num.* 108. 18

Secundò, inferri videtur ex eo textu, Clericos transgressores talis præcepti incurrere priuationem beneficij ipso facto. Quia particula *careat*, est latæ sententiæ secundùm magis communem, quam probat Tiraq. *loc. cit. n.* 161. Vezin. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *nu.* 354. Gama *tr. de Sacram. præst. q.* 5. *n.* 17. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 26. Tamen contrarium tenet Abb. *in d. cap. super eo*, *nu.* 2. Anan. *n.* 5. Diaz *in prax. cap.* 109. *in non. impres. n.* 2. qui dicunt talem transgressorem esse priuandum beneficio. Et hoc puto verius. Quia, vt ait Tiraq. *nu.* 166. verbum *careat*, nonnunquam ex subiecta materia indicata sententiæ ferende. Et talis est coniectura, quando profertur simul cum alia pœna ferendæ sententiæ, quasi in illius consequentiam, vt in eo textu, cum pœna depositionis ibi statuta per illa verba, *Ordinis sui damnum patiatur*, sit sententiæ non ipso iure latæ, sed ferendæ, vt Abbas, & Diaz ibi docent, & patet ex verbo *patiantur*. Dicunt tamen Abbas, & Diaz, quòd licèt Episcopus non possit dispensare cum sic deposito, poterit tamen super beneficij priuatione dispensare cum Incendiario non deposito. 19

CONSVLTATIO LXVIII.

An Abbates Casinenses benedicere, ac consecrare possint Altaria fixa, & portatilia quarumcanque personarum, & Ecclesiarum, quæ suæ Religionis non sunt? Et quid de consecratione Campanarum, vasorum, ac vestium.

CErtum puto, Abbates prædictos nec vigore iuris communis, neque consuetudinis, aut præscriptionis, nec priuilegij prætextu id posse. 1

De iure quidem communi non posse, docet Glos. *in cap. Abbates in addit. vers. fin. de priuil. in* 6 & tradunt Lanret. de Francb. *de controu. inter Episc. & Regal. quæst.* 28. Nouar. *in Lucern. Regul. v. Benedicere*, *& Benedictio*, *nu.* 4. Azor. *instit. moral. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. cap.* 5. *de ordin. n.* 80. Dian. *tr.* 2. *de dub. Regul. resol.* 15. *n.* 1. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 3. Ius enim commune solis Episcopis Altarium consecrationem permittit, *c. Nullus Presbyter* 25. *d.* 1. *de consecr. c. Ministrare* 26. *q.* 6. vbi ex Concilio Agatense refertur: *Consecrare Altare Presbyter non præsumat, &c. Quamuis, d.* 68. *& in c. Quod in dubijs de consecr.* ibi: *Altare vero, in quo tabula, cui consecrationis benedictio Pontificali ministerio adhibetur*, traduntque Tabiena *v. Altare*, *n.* 5. Angel. *eod. v. nu.* 7. Syluest. *qu.* 2. Armil. *nu.* 5. Henriq. *lib.* 9. *c.* 28. *num.* 1. Vasq. *p.* 3. *disp.* 233. *n.* 12. Suar. *disp.* 81. *de Euchar. sect.* 5. Rodriq. *par.* 1. *sum.* 2

Digitized by Google

1. *sum. cap.* 249. *concl.* 15. Reginal. *lib.* 29. *prax. cap.* 9. *sect.* 6. *nu.* 190. Facund. *prac.* 1. *Eccles. lib.* 3. *c.* 22. *n.* 3. & alij communiter. Quia talis consecratio est actus Ordinis Episcop. ex iure Ecclesiast.

3 Non vigore consuetudinis, aut præscriptionis. Quia cùm actus consecrationis Altarium spectet ad Episcopum ratione Ordinis, qui sicut non potest exerceri à non habente Ordinem, ita nec ab ipso præscribi. Qui enim non est capax, non potest præscribere, & talis semper manet quandiu ab habente potestatem denudetur tali qualitate. Vnde si inferior Episcopo vsurparet sibi facultatem ad hos actus, nulliter ageret, nec præscriberet, quia exerceret actum, cuius non est capax, & proindè hoc ius à Presbyteris, & Abbatibus præscriptione, aut consuetudine acquiri non potest, Bald. *in cap. Audiiis*, *n.* 9. *de præscript.* Alzed. *d. cap.* 5. *n.* 89. *& seq.* Azor. *eo cap.* 27. & alij, ac censuit Sac. Rituum Congregatio 18. Augusti 1629. decernens, vigore præscriptionis, aut consuetudinis Abbates nequaquam id posse.

4 Neque prætextu priuilegij. Quia inter priuilegia Religioni Casinati à S. Sede Apostolica concessa id non legitur. Immò inter illa à Zaccharia Papa anno 7. Pontificatus Monasterio Casinensi data præcipitur, vt inuitent Catholicum Antistitem ad Altaris consecrationem. vt habetur *in append. ad* 1 *tom. de histor. gener. D. Benedicti script.* 3. Et idem etiam legitur *in script.* 19. Gregorij Magni. & *in script.* 32. Honorij III. *tom.* 1. *in appen.* & refertur ab Alzed. *d. c.* 5. *n.* 83. *& seqq.*

5 Priuilegium verò vltimo loco concessum à Pio IV. expressè loquitur pro altaribus proprijs suarum Ecclesiarum *dumtaxat.* Et sic extendi non potest pro altaribus, quæ suæ Religionis non sunt, patetque ex illius inspectione apud Cherubinum *tom.* 2. *Bullar. Constit.* 97. Pij IV. & traduut Tambur. *to.* 1. *de iur. Abb. disp.* 23. *q.* 3. *n.* 3. *& q.* 4. *n.* 1. Nouat. *in Lucern. Regul. d. verb. Benedicere, & Benedictio*, *n.* 2. fuitq; pluries decisum ab eadem S. Rituum Congregatione, præsertim in vna Spoletana 30. Septembris 1628. in vna Cameracen. 6. Decembris 1631. & alibi.

6 Nec denique inniti possunt priuilegio Innocentij III. concesso Religioni Cisterciensi sub prætextu, quòd priuilegia inter Cistercienses, & Casinates sint communia. Primò, quia de hanc communicatione non constat. Secundò, quia priuilegium Cisterciense comprehendit solummodò Generalem, & quatuor principaliores Abbates illius Religionis, non omnes Abbates, vt in eo legitur apud Tambur. *loc. cit. disp.* 23. *q.* 13. *n.* 1. Alzed. *d. cap.* 3. *n.* 92. Atque adeò non potest suffragari alijs, qui non sunt illius Religionis, & multò minus cùm non sint Generales, neque ex quatuor principalioribus Abbatibus. Tertiò, quia vigore communicationis priuilegiorum aliæ Religiones non gaudent, neq; gaudere possunt hoc priuilegio consecrationis altarium, vt in specie firmant Nouar. *loco alleg. n.* 7. & Diana *res. moral. tr.* 2. *de dub. regul. p.* 3. *resol.* 15. *in fin.* Nam hoc priuilegium habet pro fundamento vsum pontificalium, quo deficiente, deficit quoque concessio. Et sic non applicantur, quæ deducit Tamburinus vbi supra, quia loquitur de Cisterciensibus, & ex dictis non habent locum in hoc casu.

7 Atque ita declarauit S. Rituum Congregatio, nempè, *In causa Placentina Benedictionis inter Episcopum Placentinum ex vna, & Abbatem S. Sixti eius Ciuitatis Ordinis S. Benedicti, Congregationis Casinensis partes ex alia super iure consecrandi quæcunque altaria fixa, aut portatilia die* 16. *Augusti* 1644. *S. Rit. Congr. proponente Eminens. & Reuer. Cardinali Franciotto, auditis partibus, & attentis priuilegijs Ordini prædicto ab Apostolica Sede concessis, censuit, non licere Abbati consecrare altaria, nisi pro vsu propriarum Ecclesiarum, & Religiosorum eiusdem Ordinis tantum, & ita seruari mandauit.*

8 Idemque dicendum est de consecratione Campanarum, & sacrorum Vasorum Ecclesiæ, in quibus adhibetur sacra Vnctio, & benedictione sacrarum Vestium.

CONSVLTATIO LXIX.

An permittendum sit Confratribus vnius Sodalitatis, recens institutæ, suas habere supplicationes, siue processiones eodem tempore, atque eodem habitu, quo vtuntur, atque eas facere solent Confratres alterius Sodalitatis antiquioris?

RESpondeo, non esse permittendum. Momenti enim plurimum ad Religionem facit propter maiorem populi concursum, atque ordinis congruentiam, ne plures fiant tempore supplicationes, vt alias ad fauorem supplicationis Rosarij contra supplicationem B. Mariæ de Monte Carmelo posterius institutam decreuit S. Congr. Rituum in Hortana 24. Ianuarij 1615. Idem pluties declarauit Sac. Congreg. Episcop. & Regularium negocijs præposita, quòd scilicet Confraternitas posterior non debet facere processionem eadem die, ac hora cum antiqua, & sub die 28. Iulij 1620. & in vna Cremonensi 7. Iulij 1651. & eadem S. Rit. Congr. hunc in modum: *Conquerentibus Fratribus Seruitis loci Summæ Ripanæ Taurinensis diœcesis solitis in die Conceptionis B. Virg. facere solemnem processionem in honorem eiusdem gloriosissimæ Virg. de nonnullis alijs eiusdem loci, prætendentibus facere similem processionem eodem die in eodem loco, S. Rit. Congr. respondit, nullo modo esse permittendas duas processiones eodem die in eodem loco. Et ideo in casu proposito Fratres Seruitas manutenendos esse omnino in eorum solita processione, & non licere alijs eodem die facere similem processionem*, die 9. Aprilis 1633. Hinc Minores de Obseruantia prohibiti sunt facere eodem die processionem, vt aiunt, Cordonis, vbi Conuentuales eam facere consueuerant, ex S. Congr. Episcop. & Regul. 20. Martij 1653. & 7. Nouemb. eiusdem anni. Et antea huiusmodi verbis: *S. Congr. Rituum 9. Apr. 1633. censuit, manutenendos esse illos, qui in processione facienda antiquiores sunt, ita ut non liceat alijs eadem die facere similem processionem.* Eadem 5. Maij eiusdem anni. *Processiones duæ in eodem loco non sunt permittendæ, & qui vltimo suam facere intendunt in aliam diem protrahere debent.*

Atque maiori etiam ratione nouis Confratribus prohibenda est delatio habitus, quo vti solent Confratres antiqui. Nam indecorum planè est propria insignia mutare, & masimè ad solum effectum, vt aliena assumantur, Thesaur. *dec.* 270. *n.* 17. Gulielm. de Benedict. *in rep. cap. Raynucius*, *n.* 49. *extr. de testam.* Cioff. *cons.* 157. *in fin.* & censuit S. Congr. Rit. in Brundusina 9. Febr. 1608. ac S. Congreg. Episcop. & Regul. in Anconitana 20. Febr. 1601. vbi dixit, quòd mutatio habitus non debet Confraternitatibus facilè indulgeri; itaut si duæ Confraternitates eiusdem loci deferant eundem habitum, distingui debent, addito aliquo coloris signo, vt in vna Nouarien. 13. Maij 1586. Quòd si altera de nouo mutaret habitum, tunc cogi debet ad reassumendum antiquum, & in vna Sauonen. 6. Augusti 1586. Vnde ipsis non licet noua insignia præter antiquum & solitum habitum deferre, S. Rituum Congr. in Adrien. 21. Augusti 1604. 2

Siquidem vetitum est aliena assumere insignia, cùm ex illis qualitas personarum dignoscatur, atque habeatur distinctio honorum & dignitatum iusta test. *in l.* 1. *ff. de offic. Proconf. & Legat. l. Milites*, *C. de locat.* In his enim ius est quæsitum primæ Sodalitati, & illa, cui non est talis habitus, non habet ius illo vtendi ad æmulationem, iniuriam, seu æquiparationem alterius, *arg. l. nec Magistratibus*, *§. Quod si ex mineribus, cum seq. ff. de iniur. text in l. si iniuria, ff. eod.* Quippè posterior in delatione insignium debet cedere priori, quæ ratione prioritatis temporis est prior, *arg. l. a. l. prior, & si fundum, C. qui potiores pign. hab. & l. qui prior, ff. de iudic. & in l. operis ff. loc. & in l. quoties, C. de vsufr. & de alb. scrib. l.* 2. *& l.* 1. *de Consult. lib.* 12. 3

At quid si duæ Confraternitates haberent eadem insignia, nec constaret de prioritate, vel potioritate illarum? Respondeo, si altera habuit sua insignia à Summo Pontifice, præfertur, *l. si duas, in princ. ff. de excus. tut. l. restituenda, in fin. C. de Adu. diu. iud.* Ratio enim priuilegij habenda est, *l.* 3. *ibi: nisi quis priuilegiarius veniat, ff. quod cum eo, qui in al. potest.* Ac maioris dignitatis, *vt in l. Octauum, C. de test.* Id quod Bart. intelligit cæteris paribus, scilicet quod aliàs Sodalitates sint æqualis dignitatis, alioquin præfertur illa, 4

quæ

quæ esset in maiori dignitate per text. expressum *in l. 1. ff. de alb. scrib. & d. l. 1. C. de Consul.*

5 Quid etiam in casu, quo insignia essent similia, & non constaret de prioritate inter ipsas Sodalitates? Respondeo, licere ijs vti. Quia licèt sint similia, tamen non sunt eadem. Nullum enim simile est idem, *l. Quod Nerua*, vbi Bart. *ff. depositi, l. ad similitud. C. de Episc. & Cler.* Quia similitudo est inter diuersa, habentia conuenientiam aliquam, *l. qui liberis . §. 1. ff. de vulg. & pupil.* & vt inquit Iason *l. 1. col. 2. C. de iur. emphyt.* illa dicitur propriè similitudo, in qua plures sunt conuenientiæ, quàm differentiæ. Idem ait *in l. credite col. 2. ff. de nou. oper. nunc.* Non apparente igitur prioritate vsus, vel concessionis huiusmodi insignium, non potest altera dicere ab altera iniuriam, vel vim sibi fieri. Quia quælibet habet antiquitatem & titulum *arg. l. etiam, §. si quis, ff. de pet. hered.* potestque assignare causam suæ possessionis, scilicet antiquitatem antecessorum, propter quod nemo dicitur prædo per Innoc. *in cap. Cum venissent, de restit. spoliat.* Et antiquitas multum operatur, *l. 1. §. pen. ff. de aq. plu. arc.* notata *in auth. quas actiones*, per Bald. *C. de Sacros. Eccl.* Cúmq; sint pares, vna non impedit alteram, *l. cùm quidam, §. 1. ff. de acq. hered.* & obligationes paris potentiæ non se tollunt, *l. si reus, ff. de 2. reis.*

6 Idque potiori iure procederet, si insignia essent similia, different tamen in nomine. Tunc enim viderentur diuersa. Quia nominis diuersitas inducit diuersitatem rei, *l. si idem, C. de condit.* vbi Cyn. *& d. l. sunt duo Titij ff. de testam. tut. & c. Clerus 21. d. & c. 1. 99. d.* & nomina sunt rerum significantia, *vt in auth. de defens. ciuit. in princ. & l. 1. & ff. offic. Præf. Vrb. & l. 2. §. Exactis, ff. de orig. iur. & l. facta, §. in danda, ff. ad Trebell.*

7 Placet huc adducere facetiam Pogij de duorum contentione pro eodem armorum insigni. Eius verba sunt hæc. Ianuensis oneratiæ nauis patronus, qui in Gallia conductus à Rege aduersus Anglos nauigauit, gestabat scutum, in quo bouis caput depictum erat. Conspicatus hunc Gallus nobilis, cùm illud armorum insigne sibi vendicaret, altercatione Ianuensem ad certamen prouocauit. Ianuensis accepta prouocatione, in campum ad certamen nullo apparatu descendit; alter multis impensis ornatissimus in campum constitutum venit. Tum Ianuensis: Quid est, inquit, propter quod certaturi hodie inuicem sumus? Ille, assero inquit, tua insignia mea, meorumque prius, quàm tuorum fuisse. Cùm Ianuensis, quænam sua esse diceret; caput bouis, ait. Hic Ianuensis, non est opus certamine aliquo, inquit, nam hoc quod porto, non bouis, sed vaccæ est caput. Faceto dicto inanis Gallici viri iactantia est delusa. Porrò ratione insignium, siue armorum procedi posse ad pugnam probat Paris. de Put. *in tr. de mil. & duello.*

Illud aduerto, in huiusmodi materia posse declinari iurisdictionem Auditoris Cam. Apost. recurrendo ad S. Rituum Congr. quæ passim solet has causas definire tanquam suas peculiares, non obstante iudicio coram Auditore Cam. inchoato, seu inhibitione ab ipso emanata, vt fecit in vna Surrentina 27. Nouemb. 1641. in vna *Montis Pelusij* in hæc verba: *Episcopus petijt sibi committi non obstante inhibitione Aud. Cam. concessa Fratribus S. Francisci Min. Conuent. circa deductionem processionum per vias, & modo parum decenti, possit eisdem decernere loca, per quæ dirigendæ, & deducendæ sint. Et S. Rit. Congr. iuxta aliàs decreta respondit, ad Episcopum pertinere processiones deducere, &c. & monendum Aud. Cam. vt præfatam inhibitionem reuocet, & ab his in posterum abstineat. Die 31. Maij 1642.* Et in Fanen. 6. Iulij 1641. tenoris sequentis: *Plebanus Terræ Cartoceti conquestus est de Reg. Augustinianis, quod non obstante decreto S. Rit. Congr. prohibente fieri processiones extra claustrum, prætendant facere processiones particulares extra claustra, illos ob id obtinuisse ab Aud. Cam. inhibitionem, ne possint, ab aliquo circa processiones molestari, supplicando propterea pro prouisione. Et S. Rit. Congr. respondit, quod præuia auocatione ab Aud. Cam. & parito decreto per Augustinianos, ijdem audiantur. Die 6.* Iulij 1641. Idem quoque censuit S. Congr. Episc. & Regul. in Spoletana 14. Maij 1649. in qua fuit ordinatum, vt compelleretur Curatus S. Fabiani Rubi ad interessendum processionibus, non obstantibus omnibus inhibitionibus ab Auditore Cameræ obtentis. 8

Finis Tertij Tomi.

VAA 153 1261

Digitized by Google